


BIBLIOTECA HOSPITAL RE
GRANADA

Sala:

stal. 1

Número: 395



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

del collegio della compa de s. de granada B d.
SACRARVM B-8772

CERIMO
NIARVM, SIVE RI
T VVM ECCLESIASTICO-
RVM SANCTAE ROMANAЕ
ECCLESIAЕ
LIBRI FRES.

POST OMNES OMNIVM EDITIONES
summa denuo vigilantia recogniti.

Vniuersis Ecclesiasticis non tam iucundi, quam
vtiles & necessarij.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud heredes Arnoldi Birckmanni.
M. D. LXXII.

Cum gratia & Privilgio Cesa. Maiest.

del collegio della conf' de P. de granada B d.
S A C R A R V M B-8772

C E R I M O
N I A R V M , S I V E R I
T V V M E C C L E S I A S T I C O -
R V M S A N C T A E R O M A N A E
E C C L E S I A E
L I B R I F R E S .

P O S T O M N E S O M N I V M E D I T I O N E S
supima denuo vigilantia recogniti.

Vniuersis Ecclesiasticis non tam iucundi, quam
vtiles & necessarij.



C O L O N I A E A G R I P P I N A E
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
M. D. L X X I I .

Cum gratia & Privilio Cæs. Maiest.

SANCTISSIMO D. NO-
STRO DOMINO LEONI X.
PONT. MA X. CHRISTI MAR-
CEL. ELECTVS ARCHIEPI-
SCOPVS CORCIREN:
FOELICITATEM:




Etustissimam sacrarum ceremonia-
rum Observationem Beatiss. Pater: &
vna cum ip/a religiose ortam esse con-
spicuum est. Velut enim haec mortalibus
semper optima, ac summopere necessa-
ria extitit, ut potè, qua Deos immorta-
les suspicerent, admirarentur, & cole-
rent, ita sine debito ceremonialium ornata inculta est, infor-
mis, ac omni pulchritudine vacua. Placet recognitio Principi.
Benevolentius placet: At multo magis gratum obsequium, si
& gestuum veneratione, & compositione verborum, & mu-
nerum blandimentis afficiatur. Seder in sublimi solo Rex
omnium optimus, circumstant diuinæ metes, qua certatim se
illi gratas reddunt, diuersis agitationibus cœli mouentur. Coe-
unt partim, partim dissentiant clementia. Quod suum est agit
alia, & pro temporis varietate mutantur. Summa denique
confusione, diffabus tamen officiis, sibi ipsi consonat, suo-
que principio obsequitur virtuerum. Quare mortales quoque,
quos cum Diis mercaturam quædam exercere Plato
commemorat, et præcipue nos, qui supremi illius splendo-
ris fabi sumus diuina voluntate particeps, candidissi-
ma pietati, purissimisque sacrificijs, delectum ceremonia-
ram iniuinximus. Quem pia hæc editio tuo dicata nominis
continet, quæ post tot annos sub tanto principe in lucem
prodijisse letatur. Vbi non Delphica oracula, neque Tha-
more, aut Orphei hymnos, quibus se adeo iactauit Græcia,
non Sybillinos affatus, aut vanam Hebreorum superflatio-
uem, non mutabilem Caldeorum ignem neque ægyptiorum
Serapim,

*Serapim, aut Persarum solem inuenies, sed diuini numinis
 deductionem, preces castissimas, cœlestis patrie speciem, sa-
 cratissimos ritus, arcana prefigurata mysteria. Quid enim
 alia Pontificum electio, conciliorum norma, diuorum ad-
 scriptio, Cardinalium allelio, pontificalis pompa, admisio
 principum, aliisque sacrorum vissis, quam in unum totius re-
 nuerit principem summum consensum, Dei prouidentiam,
 potestatem, splendorem, imperium, liberalitatem ostendunt?
 Nobis certe hoc in Diogenis fano constitatis melius, quam per
 has ceremonias quibus adeo celeb. Roma, tuaque autho-
 ritas colitur, diuina omnia illucere non possent. Hanc itaque
 lucubrationem accipe sacratissime Pontifex, que tanis aufer-
 cis sub tuo augustinissimo principatu inuulgari prome-
 ruit. Hanc inquam accipe, letoque animo ample-
 ttere, quod tam pro sui ipsius dignitate, quam
 pro tua amplitudine grauiissima quidem om-
 nibus futura sit: & pluvinum in-
 cunditatis perpetuis temporis
 bus allatura.*
 (:)

TABVL A.

CAPIT ALIBI PRIMI.

SECTIO PRIMA.



E loco conclusis primum deli-
gendo.

Ordo eligendi Pontificis, & tra-
tio.

Exhortatio ut reuideantur ma-
iorum decreta super electio-
ne.

Quæ seruanda, ne electio possit impugnari.

De indumentis electi, & prima veneratione à Câr-
nalibus,

SECTIO SECUNDA.

De ordinatione, & consecratione summi Ponti-
fici.

Quomodo consecretur in Episcopum.

Coſecratio, benedictio, & coronatio simul Roma-
ni Pontificis.

SECTIO TERTIA.

De coniuicio solenni Pontificis cum Cardinali-
bus & prelatis.

SECTIO QVARTA.

Quæ muratur, si coronatio Pontificis fiat extra
vrbem.

SECTIO QVINTA.

De aduentu & coronatione electi in imperato-
rem Romanorum.

Quod veniente imperatore mittatur legati Apo-
stolici.

De vrbis ingressu imperatoris.

Procesio Pontificis & Cæsaris per vrbem.

De coronatione imperatoris absente Papa.

De coronatione imperatricis sine imperatore.

De triplici imperatorum corona.

68

8

17

19

23

28

42

46

47

48

49

61

63

65

68

SE C.

TABVLA

SECTIO SEXTA.

De canonizatione vnius sancti.	70.
De his, quæ fiunt in die canonizationis.	73.
Forma protestationis.	74.

SECTIO SEPTIMA.

De pluribus benedictionibus.	75.
Ordo seruandus in creatione noui ducis, à Paulo 2. institutus.	ibid.
Ordo benedicendi nouum militem.	76.
Quæ seruantur in duce minoris potentia.	80.
Ordo seruandus in benedictione, & inuestura noui aliae verbis præfetti, à Sixto 4. institutus.	ibid.
De benedictione rosæ, quæ fit dominica lætare Hierusalem, & eius traditione.	82.
De enē in nocte nativitatis domini dando, & benedicendo.	84.
De benedictione & traditione vexilli bellici.	86.
De consecratione Agnus Dei.	87.

SECTIO OCTAVA.

De creatione nouorum Cardinalium.	91.
De primo consistorio, an sunt creandi, & quot.	92.
De seruando consistorio, & forma pronunciandi Cardinales.	ibid.
Infirmorum vota exquirienda per duos Cardinales.	ibid.
Quod nouiter creati non sunt publice visitandi, anteq̄ capellum acceperint, & visitauerint.	93.
De consistorio publico, in quo publicantur Cardinales noui, & datur galerus presentibus.	ibid.
De receptione nouorum Cardinalium ad osculum pacis, & traditione galeri.	95.
De noui Cardinalis deductione.	96.
De modo visitandi.	97.
De modo & forma claudendi & aperiendi os nouis Cardinalibus.	ibid.
Forma aperiendi os.	98.

De dan-

TABVLA

De dandis titulis & annulis nouis Cardinalib. ib.	
Quod noui Cardinales non vtuntur titulis, antequam habeant titulum.	ibi.
Dispensatio, quod retineant beneficia.	99.
Galerus regulariter non mittitur absentibus.	ibi.
Quæ seruat cū mittitur galerus extra curiā.	ibi.
De creatione episcopi Cardinal. & q̄ Cardinalis, de quo aliquid tractatur, exit consistorio.	101.
De electione legati Apostolici de latere.	103.
De ordinatione Cardinaliū ad facros ordines.	104.
Quod apud altare S. Pet. sol. Papa cōsacratur.	ibid.
De novo Cardinali veniente ad curiam sine galero.	ibid.
De redditu noui Cardinalis cum galero.	106.
De novo Cardinali vel legato redeunte vacante sede.	ibid.

SECTIO NONA.

De loco & ordine consistorij.	ibid.
De habitu, & locis in publico consistorio.	106.
De consistorio secreto.	108.

SECTIO DECIMA.

De prouisione ecclesiistarum.	ibi.
Pronunciandi abbatis forma.	109.
De habitu, & prima visitatione prælatorum, & iumento.	110.
Qui appellantur eleſti.	ibi.
De pallio, & quomodo traditur.	112.

SECTIO VNDÉCIMA.

De publicationibus solennibus	113.
De publicatione pacis.	ibid.
In publicatione foederis initi contra hostes ecclesiæ, aut infideles.	116.
In publicatione foederis initi pro defensione ecclesiæ, & conseruatione pacis.	117.

SECTIO DVODECIMA.

Ordo quomodo Papa equitat in pontificalib. ib.	
Ordo	

TABVLA

- Ordo cùm Papa equitatis ad aliquam Ecclesiam
religibnis gratia, siue ad alium locum, & non
in Pontificalibus. 120.
Quando Cardinales debent præcedere Pontifi-
cem, & quando sequi. 121.
De itineratione Papæ quando ad alias vrbes, siue
ad alia loca vult se transferre. ibi.
Ordo intrandi aliquam vrbem in Pontificalibus
123.
Quid agendum, si cum Papa adesset vnu Diaco-
nus tantum cum uno episcopo, vel presbyte-
ro Cardinali. 124.

SECTIO TERTIA DECIMA.

- De receptione principum, & primò de receptio-
ne imperatoris, venientis ad vrbem peregrini-
nationis gratia. 125.
De receptione regis venientis ad vrbem. 129.
De receptione reginæ. 132.
De receptione primogeniti regis. 133.
De receptione principis non ita clari. 136.
De principe electore prælato. ibid.
De receptione oratorum, siue legatorum regum,
& principum, seu rerum publicarum. ibi.

SECTIO QVARTA DECIMA.

- De concilio generali. 139.
De loco, & sedilibus concilij. ibid.
Qui habent vocem deliberatiuā in cōciliis. 141.
De diuersis officialibus concilij. ibid.
Ordo sedendi in concilij. 142.
Ordo rerum gerendarum in concilij. 143.
De Constantiensi, & Basilien. concilij. ibid.
De generali congregatione in concilij. 145.
De publica sessione, & sacris precibus. ibid.

SECTIO QVINTA DECIMA.

- De morte & exequijs reuerendissimorum Cardi-
nalium. 148.

De ægrot-

TABVLA

- De ægrotatione, morte, & exequijs romani Pon-
tificis. 156.
De significatione mortis eius per collegium, &
de stilo scribendi. 160.
De Bullis plumbatorum per vicecancellarium
frangendis. ibid.
Officium missæ apostolica sede vacante. ibid.

CAPITA SECUNDI LIBRI.

SECTIO PRIMA.

- De prima dominica aduentus Domini. 164.
Ordo seruandus quando cantatur missa ordina-
ria coram Papa per prælatum. ibid.
De prima Dominica aduentus Papa absente. 171.
De missa Papali in dominicis aduentus. 173.
De secunda dominica aduentus. 174.
De tertia dominica aduentus. ibi.
De quarta dominica aduentus. 175.
De vigilia nativitatis Christi. ibid.
De vesperis vigilie nativitatis Christi Pontifice
in craftinum celebraturo. ibi.
De publica compositione, siue collocatione po-
tus in aula à præfis vocitatus. 178.
De matutinis nativitatis Christi Papa p̄sente. 181.
De ordine cantantium lectiones. 185.
De laudibus & missa in aurora. 186.
De missa maiori, Papa personaliter celebrat̄e. 187.
De traditiōe ensis, & pilei, cuius benedictionem
require suprā in prima parte. 201.
De vesperis in vigilia nativitatis Christi, Papa in
craftinum non celebrat̄o. 202.
De missa in die nativitatis Christi, Papa præsen-
te non celebrante. 204.
De vesperis vigilie in die nativitatis Christi, Pa-
pa absente. 205.
De i. missa nativitatis Christi Papa absente. 208.

* 5 Sipa.

TABVLA

Si Papa in nocte nativitatis Christi personaliter celebrat,	ibid.
de laudibus. & secunda missa, Papa absente,	ibid.
De tercia missa in die nativitatis Christi, papa ab sente,	209.
De die sancti Stephanii.	210.
De festo sancti Ioannis euangelistæ.	ibid.
De vigilia circumcisio[n]is & eius festo.	211.
De vigilia ephiphaniae Domini,	ibid.
De festo purificationis B. Mariæ virginis.	ibid.
Ordo distribuendi candelas,	217.
De die cinerum.	218.
De officio diei cinerum, Papa absente,	220.
Si Papa in die cinerum celebrabit.	222.
De prima dominica quadragesimæ,	223.
De secunda dominica quadragesimæ,	ibid.
De tercia dominica quadragesimæ.	ibid.
De quarta dominica quadragesimæ, quæ dicitur lætare, siue de rosa.	ibid.
De quinta dominica quadragesimæ,	224.
De sexta dominica quadragesimæ in palmis, Pa pa præsente,	225.
De officio dominice palmarū, papa celebrante,	228.
De officio dominice palmarū, Papa absente,	229.
De matutinis tenebrarum quartæ feriæ maioris hebdomadæ, papa præsente.	231.
De matutinis tenebrarum quartæ feriæ maioris hebdomadæ papa ab sente.	232.
De quinta feria maioris hebdomadæ, quæ cœna domini dicitur, papa præsente,	ibid.
De processibus qui sunt per papam,	234.
De mandato faciendo.	235.
De officio in cœna domini papa, celebrante,	237.
De officio diei Iouis sanctæ, papa absente,	238.
De lotione pedum 13. pauperū papa absente,	239.
Quando papa processibus tantū interesse volet & pu.,	

TABVLA

& publicam indulgentiam populo dare.	ibid.
De 6. feria maioris hebdomadæ papa præsente.	240.
De matutinis tenebrarum quintæ & sextæ feriæ maioris hebdomadæ.	246.
De indulgentia danda populo.	247.
De officio diei veneris papa celebrante.	ibid.
Quod papa hac die non sedet in sede. &c.	251.
De officio veneris sancti papa absente.	ibid.
De sabbato sancto papa præsente.	252.
De habitu pape.	256.
De sabbato sancto papa absente.	ibid.
De sabbato sancto papa celebrante.	ibid.
S E C T I O S E C V N D A.	
De festo resurrectionis domini, papa celebrante.	260.
De communione Imperatoris, aut regis.	264.
De festo paschatis papa non celebrante.	ibid.
De secunda feria post pascha.	ibid.
De feria tertia post pascha.	ibid.
De sabbato in albis, cum dantur agnus dei.	ibid.
De eodem die quando non fit agnus dei.	266.
De festo annunciationis Beatae Mariæ virginis, & vesperis papalibus in quadragesima.	ibid.
De festo sancti Marci.	267.
De vigilia & festo ascensionis Domini.	268.
De vigilia pentecostes, & mutatione capparū, ibi.	
De die pentecostes.	269.
De vigilia & festo sanctæ Trinitatis.	ibid.
De vigilia corporis Christi.	ibid.
De festo corporis Christi papa præsente	270.
De supplicatione huius diei papa absente.	271.
De vigilia & festo S. Ioannis Baptista.	272.
De vigilia & festo apostolorum Pet. & Pau.	ibid.
De festo visitationis B. Mariæ virginis.	ibid.
De vigilia & festo assumptionis Beatae Mariæ virginis.	273.
De vigilia & festo nativitatis Beatae Mariæ virginis	

TABVLA

ginis.	ibid.
De vigilia omnium sanctorum, et mutatione caparum.	ibi.
De festo omnium sanctorum.	ibid.
In vesperis & matutinis defunctorum Papa praesente.	274.
De vesperis & matutinis mortuorum Papa absente.	275.
De commemoratione animarum Papa presente.	276.
Quando Pontifex nollet absoluere.	278.
De commemoratione omnium fidelium defunctorum, Papa absente.	279.
De vigilia, & festo dedicationis Basilicæ salvatoris.	280.
De vigilia, & festo dedicationis Basilicæ principis apostolorum.	ibid.
De anniversario pontificis proxime defuncti.	ib.
De anniversario assumptionis summi Pontificis.	281.
De anniversario coronationis summi Pontificis.	ibi.
De anniversario generali omnium summorum Pontificum & Cardinalium sanctæ Romanae ecclesiæ defunctorum.	ibid.
De missa, quæ pro animabus imperatoris, Cardinalium, & regum nouiter defunctorum in capella dici consuevit.	282.

CAPITA TERTII LIBRI.

SECTIO PRIMA.

De reuerentijs, & primo de reuerentia altaris.	286.
Quod Pontifex Romanus nemini reuerentiam facit.	ibi.
De reuerentijs, quæ Romano pontifici exhibentur.	ibidem.
De solenni reuerentia Cardinalium. quomodo & quando	

TABVLA

quando fiat.	ibidem
De reuerentia Cardinalium ordinaria erga pontificem.	287.
De reuerentia cardinalium inter se.	ibid.
Quando affürgunt cardinales & prelati in capella.	288.
De reuerentia cardinalis, quando venit officio iam inchoato.	ibid.
Dereuerentia erga cardinales.	289.
De reuerentijs, quæ sunt cardinali diuinae celebrantia.	ibi.
De Bulla pro celebrando super altare sancti Petri	
290.	
De reuerentijs, quæ sunt Cardinalibus.	ibid.
De reuerentia episcoporum erga Cardinales.	ibi.
De reuerentia, quæ fit episcopo celebranti.	291.
SECTIO SECUNDA.	
De ordine sedendi in capella.	ibid.
De illis qui stant.	295.
De seruientibus armorum.	296.
De clericis ceremoniarum.	ibi.
De cardinali assistenti pontifici in diuinis.	297.
Quando episcopus cardinalis assistit papæ celebranti, & de diebus supplicationum.	ibid.
Quando prefbyter cardinalis assistit papæ celebranti.	298.
De assistentia in vesperis cum paramentis.	ibid.
De assistentia in missa cum paramentis.	299.
De assistentia cardinalis sine paramentis in vesperis.	301.
De assistentia in missa sine paramentis.	ibi.
Quomodo cardinalis assistens seruit in sua assistentia.	304.
Quod papæ debet osculari manus, cum aliquid traditur, sive ab eo accipitur.	ib.
De assistentia diaconorum Cardinalium, & quomodo	

T A B V L A

modo Papa paratur in camera ordinarie.	305.
De officio Cardinalis Diaconi Euangeliū le-	
sturi.	306.
De supplendis vicibus Cardinalium in assistētia	
Papæ deficiētium.	313.
De officio assistentium non Cardinalium, S. D.	
N. Papæ.	314.
De officio sacrifitæ.	316.
De officio protonotariorum.	317.
Deferritio subdiaconi apostolici.	ibid.
De auditoribus.	318.
De magistro sacri palatiij.	319.
De clericis cameræ.	320.
De acoluthis.	ibidem.
De cubicularijs secretis.	ibidem.
De secretarijs & aduocatis.	321.

S E C T I O T E R T I A .

De habitu omnium, tam celebratè Pōtifice, quā	
non celebra nte.	ibidem.
Vbi, & quando capiuntur paramenta.	ibidem.
De auditore & correctore.	322.
De habitu Papæ.	ibid.
De habitu Cardinalium.	323.
De habitu prælatorum.	ibidem.
De habitu Cardinalium, & prælatorum religio-	
forum.	324.
De habitu sermonem habituri.	ibidem.
De circulis Cardinaliū qui fuent ante Papam, ib.	

S E C T I O Q V A R T A .

De habentibus sermonem in capella papæ, & pri-	
mò de papa.	326.
De Cardinalibus.	326

S E C T I O Q V I N T A .

de quibusdam extraordinarijs, & regulis genera-	
libus, & primo de auditore & correctore.	327.
de incensatione altaris, & aliorum ordinarie, 328	
de or.	

T A B V L A

De ordine dandi pacem inter missarum solēnia,	
233.	
Quando Papa lauat manus ante missarum fo-	
lennia, & actibus publicis.	333
de luminalibus in capella Papæ, & sacrī imagi-	
nibus super altare.	334
de ministris celebrantib.	335
de Euangilio & Epistola græcē legendis.	ibid.
be genuflexionib in capella.	336
De mitris & tiara, cum triplici corona, quibus	
Papa vtitur.	337
de processibus.	338
Quibus diebus vocantur Cardinales ad capellā	
Papæ, & quibus fit sermo, & non fit sermo, &	
quando fuent Vespere, aut supplicatio.	339
dies in quibus nostro tempore Papa aut Cardi-	
nales celebrant.	340
Quibus diebus Pontifices Romani consūterū	
a consistorio secreto cessare.	341

F I N I S.

SACRA
RVM CERIMONIA-
RVM ROMANAECCLE-
SIAE LIBER PRIMVS.

*DE LOCO CONCLAVIS PRL
mum diligendo. Sectio
prima.*

A C R A s Apostolicae Sedis,
Romanique Pontificis Ceri-
monias, ritus, & obseruatio-
nes quibus Summi Pôtifice
vti consueuerunt, collecturi,
congruum arbitramur ab ipsa Romani An-
tistitis electione inchoare: Si prius locum in
quo electio ipsa celebranda est, descripseri-
mus. Et quâuis Romani Pôtificis electio, vbi
cunque Pontifex decesserit, ex Gregorij de
cimi, Clementis quinti decretis, & institutis
celebrari debeat: tamen quia frequenter Ro-
mæ, vbi plerunque agit, & auditores causa-
rum Pontifice absente relinqu consueu ère,
& in palatio apostolico apud Sanctum Pe-

A trum

SACRARVM CERIMONIARVM

trum haberis olet, ut pote in peculiari, & propria sede. locum conclavis (ita enim hodie appellant, ubi patres pro electione incliduntur) in ipso Apostolico Palatio designabimus. Is locus continet aulas superiores duas, siue tres, & Sacella duo, & ita vnde que firmis repagulis, muroque clauditur, ut ostia nulla, fenestræ nullæ nisi altissimæ, exitus nullus, introitus tantum unus superficit.

DESCRIPTIO ROMANI

Conclavis.

DVigitur Pótifici defuncto iusta per aguntur, Camerarius Sanctæ Romanae Ecclesiae, & qui cameræ præfunt, curam instruendi, ornandi que conclavis diligenter gerant: ad quem ascensum, aditumque unum tantum dimittant, qua ad Sanctum Petrum per ianuam in principio primæ aulae meridem versus descenditur. In ipsa prima aula, quæ Regia appellatur, eò quod ibi publica consistoria pro Regibus, Regisque legatis suscipiendis celebrari solent, fenestrae portaeque omnes muro, calcéque firmantur, praeter illas, quibus ad facella & ad secundam aulam itur. Porta prima in principio aulae ferreis vestib⁹ & ferris quatuor munitur. In medio porticulum habeat, quo esculenta & poculenta clausis patribus ministretur.

In an-

LIBER PRIMVS.

2

In angulo sinistrā intranti camerula aperiatur pro latrinis: quæ nullū exitum, nullamq; habeant fenestram, in casulō ardant lam pades, ibique ceremoniarum ministri dormiant. In facello, siue capella minori ad dextrā, quæ diu Nicolao dicata est, cōueniant patres ad diuinā peragenda, & ad electionē celebrandam: in maiori capella ad sinistram parentur cellulæ pro patribus tot, quot sunt numero Cardinales electioni interfuturi. In capite huius capellæ ad sinistram intranti cameræ sunt, in quibus sacrifitia palatiū Apostolici habitat, harum prima pars, quæ latrinas habet, pro cōclavi reseruetur, cætera omnia muro claudantur ita, ut tenebrosa fiat pars illa. Et ideo de prima camerula diximus, lampadibus accensis continuè illustretur. Cellulæ in ipsa capella maiori hinc inde cōstituantur, non muro, aut materia distinctæ, sed cortinis lineis, aut laneis tenuioribus separatae. Eriguntur namq; ipsæ cellulæ tignis quaternis, à superiore parte, à quib⁹ cortinæ dependent, firmanturq; ipsa tigna alijs lignis transuersis ita, ut locus nō maculetur, & inter cellulam & cellulam spatiū dimittitur palmi vel circa. Famuli Cardinalium, ut primū distributio cellularum facta, est illas ornare properent, quæ per literas alphabeti signantur. Inde non ordine, sed forte

A 2 patri-

SACRARVM CERIMONIARVM

patribus distribuantur pridie, quām ingredi
antur cōclauē: vt cortinis lectis & opportu-
na suppellectili in tempore possint ornari.
Locus ipse conclavis ita vndique clauden-
dus, ac muniendus est, vt aditum nullum
nisi vnum tantum (vt diximus) habeat, ne
moque inclusos alloqui videre seu quippi-
am ad eos clam mittere queat. Sed aduertē-
dum est maximē, ne supra aut infra, siue à la-
teribus habitationum conclavis ire, stare, ha-
bitarene quispiam possit, ne voce, signo, fo-
no, aut aliquo alio ingenio perscrutari quæ
intus sunt, valeat. Interea patres crebrō cō-
ueniant vel in sacrificia ecclesiæ, vbi exequiæ
defuncti Pontificis celebrantur: finita missa,
vel in domo Domini Camerarij (si ea est ido-
nea, & si es ex numero Cardinaliū). Nam
& extra collegiū potest esse Camerari⁹. Ad-
ministratio enim temporalium, & vrbis, ac
Romanæ curiæ gubernatio, vacante sede ad
sacrum Collegiū, & præcipuè ad ipsum Ca-
merarium spectat, & ideo apud nullum ali-
um Cardinalem, sed apud eum tantum, aut
apud aliquam ædem sacrā (si magis id libet)
cōuenire solent. Inter alia ibi constituit
quadruplices custodes futuri conclavis. Primæ
portæ palati⁹ custodia alicui magno præla-
to, vel nobili potent, vt primum obijt Pon-
tifex, committitur, qui armata cohorte die
noctu-

LIBER PRIMVS.

3

noctuque palati⁹, patresque tueatur: cui
ducenti, siue trecenti pedites assignantur.
Secunda custodia est in prima porta qua ad
locum conclavis ascenditur. Et hæc deman-
datur cōseruatoribus, & capitibus Regioni-
num vrbis: qui adiunctis fibi aliquibus nobi-
libus ciuibus, portam ipsam custodiant. Ter-
tia custodia in secunda porta aliquanto supe-
rius demandari solet oratoribus laicis, siue
non prælatis Règum, aut principum, aut eti-
am aliquibus magnis, & potentibus proce-
ribus, numero ad id idoneo. Quarta autem
custodia, quæ est in ipso aditu vnicō conclavi-
s, committi consuevit prælatis digniorib⁹
Romanae curiæ sex aut octo, siue sint orato-
res, siue non: & si commodè fieri potest, & al-
ij idonei censeantur, curandum, vt ex
diuersis nationibus elegantur, vt omnium
studijs tractetur, quod ad omnes pertinet.
Sed hæc omnia quoad custodiarum distinc-
tionem, & custodum numerum, & qualiti-
atem, in arbitrio sunt Sacri Senatus, qui pro
temporis & loci commoditate, & conditio-
ne opportunè prouidere consuevit. Custo-
des primæ portæ palati⁹ cum armatis, vt pri-
mùm obijt Pontifex, locum seruant, alij ve-
rò cùm patres intrant conclave. Et hæc qui
dem porta quatuor, vt diximus, ferris mu-
nitur, extra vna, supra porticulum duabus,

A 3

infra

SACRARVM CERIMONIARVM

Infra porticulū ipsum etiā vna. Et similiter interiore parte idem porticum vna: custodes ipsius loci claves duas portæ, & clavem porticuli retinēt clerici ceremoniarū: aliam portæ clavem & clavē porticulæ interioris: ita vt neq; porta, neq; porticulū aperiri possit sine cōfensiū illorū, qui sunt intus, & qui sunt extra. Aulæ siue duæ sint, siue trés, reseruantur pro deambulatione patrum. Et in vna ex eis remotiori scilicet, aliquando simul conuenire ad ea statuēda quæ sunt præter electionem Pontificis. Quāquam secūdum sacrorum canonum constitutionē fas non fit patribus aliud tractare ī cōclauī, nisi de prouidendo manifesto, & vrgēti periculo terris Ecclesiæ & de substituendo pro tēpore pœnitētario summo, & camerario. S. R. Ecclesiæ, si interea vacarent, nō est incoueniens & à maioribus nostris frequentatum est tractare aliqua, quæ etiā ipsum actū electionis præcisè non respiciat, tamen laudabile regimen futuri Pontificis concernunt, & ipsius Pontificis religiosam administrationem honestiori quodam vinculo temperant. Ceterum si aliquando contigerit, vt alibi celebranda esset pontificis electio, hinc esset sumēdum exemplum & curandum in primis, vt locus ipse idoneus, & tutus & fideli militū manus munitus sit: deinde vt aditus ad cōclauē tri-

plici

LIBER PRIMVS,

4

plici custodia firmari possit: tum aulam quādam ita capacem habeat, vt in ea cellulæ omnes pro cardinalibus commodè constituantur: Inde vt facellum contineat pro re diuina, & electione celebranda idoneum: demum aulas alias pro deambulatione, & latrinas ad partem: & ita claudēdum est ipsum conclave, vt nemo inclusos videre, nemo eos alloqui, aut ad eos quippiam latenter transmittere iacerēve ullo modo queat. In eum locum supellex opportuna cōuehenda est pro Cardinalibus & eorum famulis, esculenta & poculenta nulla, præter aquam & confectiones, & quæ ad medicinā pertinent. Quæ verò ad cibum & potum attinent, portantur vespere & mane singulis diebus. Descripta summarie loci i quo electio celebrari debet conuenienti forma, ad ipsam electiōem deueniendum est: cuius modum & originem altius aliquātulum repetere non incōgruit.

O R D O E L I G E N D I P O N-
tificis & ratio.

Caput II.

 vs itaque eligendi summi Pontificis à Christo domino derivatus est. Ipse n. Christ⁹ primū denominatione successorem instituit, dicens Petro: Pasce oues

A 4 oues

oues meas. Et ea ratione Petrus Clementem etiam nominauit: quod tamen ita creditur, si à Senatu ecclesiæ Roma. admitteretur. Senatorius autem Romanæ ecclesiæ à Petro diuina inspiratione institutus est, cū quo omnia ardua ecclesiæ negotia explicaret. Ad quæque referret, videlicet collegium. xxiiij. Senatorum ex presbyteris & diaconibus Romanæ vrbis, instar xxiiij. seniorum, quos agnus Dei Christus Saluator, in Apocalypsi Ioannis astantes habere perhibetur. Hos enim Petrus loco assidentium Apostolorum post eorum per orbem diuisionem elegerat ac designarat, ac consiliarios Romanæ ecclesiæ coadiutoresque atque Romani Pontificis electores instituit. Cognoscetes igitur huiusmodi denominationis formam grauiter in futurum Ecclesiæ posse nocere, Senatores non Clementem acceperūt, sed Linum elegerunt, & illum post Petru pontificati Romano præesse voluerunt: quamuis deinde Clemens decentibus Lino, & Cleto, ab ipso Senatu electus fuerit. Hic autem mos post Petrum lōgo tempore fuit obseruatus: vt videlicet Senatores Romanæ Ecclesiæ summum Pontificem eligerent: Ipsi autem Senatores presbyteri scilicet et diacones vrbis, temporib⁹ Sylvestri primi Papæ sunt appellati. S. R. E. Cardinales: principes videlicet in Ecclesia:

fia: qui postea tempore Innocētij Papæ. iiii. quod ille in concilio Lugdun. cauit pro insigni aristocratiæ & maiestatis in Ecclesia pilleum rubrum suscepere. Interē vero orientibus (vt assolet in rebus humanis) scandalis & scissuris, inter eosdē Senatores, reliqu⁹ clerus Romanus & populus ad præsentiam solummodo exhibendam in electione Pontificis, & eius corroborationem adiunctus est, inde (vt plerūque fit) inducta violētia aut aliter quomodocunq;, alij etiā Senatoribus ipsis ad ipsum actum & ius electionis actiū tantum cœperunt interuenire, licet passiuē priscis illis temporibus solis ipsis Senatorib⁹ in presbyteris & diaconibus. S. R. E. ius electionis in sumnum pontificem conueniret, prout patet ex cōcilio Stephani Papæ: & habetur in decretis. lxxix. di. Oportebat cum duobus sequentibus capitibus. Vnde satis liquet, à Petro de presbyteris & diaconibus. S. R. E. in summos pontifices eligendis, qui semper fuerunt Senatores ecclesiæ: & hodiē & Stephani temporibus Cardinales nominati. Procedente autem tempore ad sedandas maiores contentiones & tumultus, qui ob eam rem sapientie oriebantur, Romani imperatores manus ita apposuerunt, vt nemo in pontificem canonice electus dicaretur, nisi principis decreto esset confirmatus. Liberata post

hæc tempora Italia, ac Romana Ecclesiæ Longobardorum durissimo iugo erepta: Hadrianus primus vt.lxijj.di.c. Hadrianus, siue Leo.ijj.vt alij volunt, Romanum imperium ex Græcis in Germanos trâstulit, Carolū quem magnū Augustū declarauit:cui electio ne Romani pōtificis, & ius ordinādæ Romanæ ecclesiæ cōcessit. Nec multò pōst Leo o- Et auus imperium Othoni Alemanorum regi ex Saxonum prosapia primò cofirmauit. Ixijj.di.in synodo, sed postea pientissimi imperatores, quū experientia dīdicissent, alijs forsan nō ita pijs principib. succedētib. huiusmodi auctoritatē Romani ecclesiæ & rei publicæ christiane pernitiosam fore, p̄fertī quoniā Romanus pōtifex à Christo institutus est, vt imperatorē, & omnes oues pasceret, purgarit, atq; speritualiter iudicaret, illa se potestate abdicarūt, iusq; integrum ad senatum ecclesiæ & Romanū clerū, & populū redijt. Ludouico præsertim imperatore statuente atq; volēte.lxijj.di. Ego Ludouicus. ex quo prō vera Romani pontificis suprema monarchia satius ostēdenda ad id res dedūcta est, vt Gregorius. V. Othonie iij. consentiēt, imperatores de cetero à nōnullis principib. spiritualib. et s̄ecularib. fore eligēdos sanxerit: & sic ad summū Pōtificē Dei vices gerētē in terris, tāquā ad eum, per quē reges reg-

nant

nant, supremū Christianæ monarchię principem Romani imperij moderationem pertinere significauerit. Verū cùm varijs cōtra rijsq; vulgi seditiōibus atq; studijs, & aliquādo principium violentia in electione pontificis creberrimi tumultus, contentiones, rixæ, atq; etiam cruētissimæ pugnæ cōmitteretur: s̄apecq; altero per vim delecto alter cathedralm occuparet: res Romanę ecclesiæ in maximam perniciem deuenerat. Nam paruo annorum interuallo, decē diuersorum meritorum viri, Petri sedem tenuerunt, Benedictus nonus, Syluester tertius, Gregorius sextus, Clemens secundus, Damasus item secundus, Leo nonus, Victor etiam secundus, Stephanus nonus, Benedictus decimus: cuius successor Nicolaus secundus, pontifex maximæ prudentiae & sanctitatis, vt tantis malis obviaret, anno salutis quinquagesimo primo supra millesimum, in cōcilio Lateran. sacram legē de electione Ro. Pontificis per scruſenatū sacrosanctę Rōanę ecclesiæ Cardinaliū peragēdā esse: quod deinde ī cōcilio. Sen. Alexad. iij. et in Lug. Greg. decim⁹, ac Vienne. Clemēs quintus confirmauerūt: cuius quidē legis obseruātia Apostolicā sedem ex maxima calamitate liberauit. Deinde vt schismata tollerētur, Alex. iij. in cōcilio generalistauit, vt ille demū canonicè electus cōficeretur, in

in quem duæ collegij partes consensissent, sed vetuit Symmachus cuiquam licere pontifice adhuc superstite, verbo scripto, vel promissionibus, iuramento, aut aliquo alio modo agere de successore: transgressores dignitate & cōditione priuās, accusantesque & cōscios impunitate ac præmio afficiēdos cēfens. Nicolaus insuper præfatus voluit, Romani Pōtificis electionē cum deliberatione prædecessoris fieri debere. Posthæc autē ne diutinæ vacationis incommodis Rom. ecclesia premeretur néue patres varijs ambientiū studijs corrumpi possent, Gregorius p̄libat⁹ eius nominis decimus, in cōcilio Lugdunē. statuit, Romano Pontifice vita functio, Cardinales præsentes decem tantum dies absentes expectare debere, moxq; cū illis qui adfissent, locū conclavis in vrbe, in qua Pōtifax cum sua curia residuebat, simul ingredi cum vno tantum ministro: vel si patens necessitas fuerit, cum duob. Conclave ipsum nullo pariete aut velamine separandum: in communi habitandū, ita claudendū, vt nullus postquam conuenerit, egredi queat: Neminem colloquium admittendum, nisi forte re urgente, & vniuerso collegio approbatum, & à nemine nuncios, siue literas accipiendas, fenestrā siue porticulum vnum tantum dimittendū, quo subministrari possint, quæ ad vitā pertinent.

tinent. Si verò postquam patres intrauerint, intra tres dies electionē non perfecerint: per quinque sequentes dies tam in prandio quā in cœna vna tantum ferculo contentos esse oportere, quibus elapsis, si adhuc cōcordes non fuerint, panis tantum, vinum & aqua illicis administrentur, quoad Pontificem ritè elegant. Interim verò nihil de camera Apostolica à patribus percipiendum: nihil aliud omnino agendum, nisi communi consensu aliquid pro patrimonio ecclesiæ necessario sit prouidendum. Si quis ex patribus obducſam valetudinem, aut de nouo adueniens ingredi voluerit, re adhuc integra, admittendum ea conditione, vt eo vtatur quo alij patres tunc vtuntur. Si extra locum suæ curiæ Pontifex decesserit, conueniat Cardinales in ciuitate illius territorij, vbi decessit in palatio episcopali, vel alio condecenti loco, & omnia seruent quæ superius sunt dicta. Statuit & alia pleraque Gregorius, quæ ad dominos conclavis & patrum tutelā ac securitatem pertinēt: hortatur patres ad electionem ritè faciendam pro Dei honore & publica utilitate, & pactiones, iuramenta obligationesque omnes pro ea re factas damnat atq; irritat. Hoc Gregorij decretū Clemēs cofirmans declarat, illudq; per sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales vacante sede, nullo

SACRARVM CERIMONIARVM

nullo modo immutari posse:nec licere Cardinalib^o quicquā potestatis,aut iurisdictiōis pōfiscalis tunc exercere,nisi officio came-rarij & miaoris p̄cēnitētarij,si fortē per id tē-pus vacarent,pro tépore prouidere.Pro ter-ritorio autē diocesim intelligi voluit hac ad-ditione,quōd si audiētia earum & literarum Apostolicarū in aliquo certo loco Pontifice moriente remāserit,electiōne ,ibi nō autem vbi papa deceperat,esse celebrādā,nisi prius p Papā statutū fuisse de curia trāfferēda. Itē si electiōne non cōpleta, patres de cōclau-simul vel successiū exierit, cōpellēdos esse à dominis, seu magistratibus locorū,rursus ad cōclau redire,& opus perficere. Demū absoluīt omnes Cardinales ad effectūl clec-tionis ab omnibus censuris,& p̄enis. Extat & decretum Clemētis sexti circa annū salu-tis quadragesimum supra mille & trecentos editū:per quod superiora statuta limitantur. Quod quia ultimum est,& in sacrōrum ca-nonum codicibus nō adhuc descriptum, de verbo ad verbum duximus inferendum.

Clemens & c.ad perpetuam rei memoriā. Licet in cōstitutione à fe.re. Greg.papa.x.p̄-decessore nostro, super electiōne Roma,pō-tificis edita in cōcilio Lugd.inter cetera ca-ueatur expreſſe,quōd si eūdem pōfificem in ciuitate,qua cū ſua curia refidebat,dīe clau-dere

LIBER PRIMVS

dere contingat extreūm,Cardinales ī pa-latio,in quo idem pōtifex habitat,omnes cō-ueniant,& in eo singuli singulis,nisi illi, qui-bus ex patenti necessitate duo permittūtur, fint contenti ſeruientibus clericis vel laicis, prout elegerint:vnum conclaue nullo inter-medio pariete, vel alio velamine habitent in communi, & quod diebus certis non facta prouisione de pastore decurfūs,panis,vinū, & aqua tantummodo eisdem Cardinalibus, donec ſubſequatur prouisio,adminiſtretur. Quia tamen ſicut frequenti multorum aſſer-tione & in cardinalatu cōſtituti percepi-mus nonnulli ex Cardinalib^o ipſis in obſeruatiō-ne constitutionis ipſius grauati nimium exti-terunt:multiq; ex ipſis duos in dicto cōclau-habuerunt ſcrutatores non abſq; ſcrupulo conſcientiā, propter ambiguitatem dicto-rum verborum,videlicet ex patenti neceſſi-tate duo permittātur in dicta constitutione, vt p̄mittitur cōtentorū:Nos prouidere ſu-p̄ his cupiētes,ex his & alijs certis cauſis rati-onabilib^o.q ad id noſtrū animū iduxerūt,ri-go-re cōſtituiōis ipſi^o,& ad frātrū noſtrorū ſu-p̄plicationē in hoc p̄uidemus tēperandū. Sta-tuētes q̄ Cardinalib^o, poſtq̄ conclaue huius-modi,ſeu clausurū, p̄ dicta electiōne celebrāda intrauerint,singuli duos ſeruētes tātū cle-ricos vel laicos, p̄ ut duxerint eligendos, ac infuper

SACRARVM CERIMONIARVM

Insuper singulis diebꝫ preter panem, vinum & aquam in prandio, & in cœna vnum duntaxat ferculū carnium vnius speciei tātummodò, aut pīscium, seu ouorum cū vno portagio de carnibus vel pīscibus, principaliter non confecto, & decentibus falsamētis habere valcat vltra carnes salitas: et herbas crudas, ac caseū, fructus, siue electuaria. Ex quibus tamē nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret vel saporem, nullus verò eorū de alterius ferculo vesci possit: liceat etiam eis ex decētia honestatis habere in clausura huiusmodi, cū in lectis quiescendi causa, vel dormiendi esse voluerint, intermedia velamina simplicium tantummodò cortinarum, & fe.me. Clemētis papæ quinti prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus Apostolicis contrarijs: qui bus propter hoc in alijs derogari nolumus, non obstantibus quibuscumque. Nulli ergò, &c. Datum Auinioni. Viiij. Idus Decembris, Anno. X.

EXHORTATIO, VT REVIDE
antur maiorum decreta super electione.

HAEC pauca ex decretis sanctorum patrum libauimus, pro ingenij nostri imbecillitate. Sed hortamus Reurendissimos. D. Cardinales, vt cū electionis negotiū iminebit

LIBER PRIMVS.

9

minebit, secundum hostiensis in sua Lectura consilium, diligenter reuideant Pontificū & conciliorum statuta de electione Romani Pontificis editā, & doctorum super ea re interpretationes. Et quoniam res est maximē ardua, indigetque magna discussione, fiet fortassis super hac re specialis tractatus. Exequijs igitur defuncti Pontificis per nouem dies completis, & conclavi oportuno præparato: decima die patres conueniunt in Basilica sancti Petri, vel alibi, pro temporis et loci opportunitate: vbi per vnum ex cis misa de spiritu sancto celebratur, & in fine per aliquēm prælatum seu doctum virum habetur sermo, in quo moneantur patres, vt sepositis omnibus priuatis affectibus, Deum tantum præ oculis habentes, Sanctę Romanę & vniuersali Ecclesię de pastore idoneo prouidere curent. Estquē admodum conueniēt, vt decreta summorum pontificum pro electione huiusmodi statutā ab ipso oratore summatim repeatantur, & reducantur ad memoriā dominorum Cardinalium. Re diuina peracta, si placet patribus tūc intrare conclave, clericus ceremoniarum capiat crucē papalem, & procedat: quem Cardinales sequantur, Episcopi, Presbyteri, Diaconi: crucem præcedunt familiares Cardinalium laici, & immediate cantores cantantes hymnū

B veni

SACRARVM CERIMONIARVM

veni creator spiritus. Et in conclavi apud altare prior Cardinalium dicit orationem: Deus qui corda fideliū. Post Cardinales sequuntur prælati, & alij curiales cleri. Cardinales erunt cum suis cappis obscuris. Si verò volunt differre introitū ad vesperam, conueniant de hora, & vadant domum ad prædium, ubi hora congrua fuerit ante quā discedant: si prius hoc nō fecerint, q̄ facere conuenit: si post missam sunt ingressuri conclave, conuocent familiam suam vniuersitatem; moneant, hortentur omnes primū ad orandum clemētissimum Deum, ut patribus inspiret ea circa electionem futuri Póificis agere, quę suę placita sunt voluntati, & saluti sanctæ Romanæ ecclesiæ, atque vniuersitatis reipublicæ Christianæ profutura. Tum ut domum die noctuque bene custodiāt, magistro domus obedient: pacificè & quietè inter se vivant, & per urbem non multum vagentur. Noctu autem domi se omnino contineant: deinde hora præscripta in nomine Domini vadant ad basilicam sancti Petri, si Romæ & in palatio Apostolico sit conclave. Sin alibi ad Ecclesiastim conclavi proximam, & valde honestum, immo necessariū videtur, ut antequam cōclae ingrediantur, patres omnes Deo se recōciliēt, confiteantur peccata sua, & qui non sunt celebratiri communicent, ut sint capaces

LIBER PRIMVS.

IO

capaces gratię spiritus sancti, in tanta re peragenda admodū necessaria. Postq̄ verò oēs conuenerint, ascendat simul ad cōclae. Et quū ad altare cōclaus cōuenerint, prior Episcoporum Cardi. omnibꝫ alijs astantibus, & p̄sente ac rogato aliquo Notario exigat corporale iuramentū, tactis sacris Euangelijs à custodibus conclavis, & à sectūdis, ac tertīis custodibus, q̄ fideles & diligentes erunt ad custodiendum palatium & conclave Reuerend. D. Cardinalium, neque permittent Reuerendiſimos. D. Cardinales vlo modo grauari vltra constitutiones sanctorum patrum de electione Romani Pontificis statuentes, & maximè Clementis papę sexti, quas quantum ad eos pertinet, omni studio & inTEGRITATE seruabunt, & ab alijs pro viribus facient obseruari. Quarti verò custodes, id est, portæ vltimæ introitus conclavis, præter hæc iurabunt, quod non permittent aliquę appropinquare ad portam conclavis, aut loqui, siue literas dare aliquo modo illis, qui sunt intus, nisi de expresso consensu totius collegij, & scripta, quę ad collegium pertinerent. Item quod perscrutabuntur cibaria & vasā, quę intromittētur óni solertia et fide introspiciēdo epulas, fercūla, ne forsitan latenter aliq; literę vinū et aq; in vasis vitreis portari faciat et cōstitutiones p̄fatas integrē obseruabunt

B 2 seruabunt

SACRARVM CERIMONIARVM

uabunt. Tum exclusis omnibus alijs prior Episcoporum Cardinalium ipfos Cardinales verbis cōueniētibus hortabitur, vt velint cogitare magnitudinem rei, de qua sunt tractatur: nihil qua inter eos excellēti⁹ esse potest. Electuri enim sunt Iesu Christi vicarium, Petri successorem, Pastorem dominici gregis, aulæ cœlestis clauigerum, & omnium christi anorum prīcipem: debere illos memoria repetere formam, atq; rationem à sanctis patribus traditas in electione seruandas: quas fine grauissima Dei offensa & propriæ salutis discrimine, prætermittere non possunt. Pro inde dimissis omnibus animi affectibus, solum honorem Dei, salutem reipùblicæ christianæ, & Romanæ ecclesiæ commodum ante oculos habeāt, & talem eligere curēt, qui ecclesiæ Dei præfesse, & prodeesse valeat, & sciat. His peractis Reuerendissimi D. Cardinales ad cellulas quisque suas diuertunt: & camerarius aliquæ officiales cameræ apostolicæ omnes extra conclave abire iubent, præter eos, quos remanere oportet, vt infra dicemus. Tū omnibus p̄dictis expulsis porta cōclauis cū suo porticulo omnib. ferris claudatur int̄ & extra: a signeturq; claves duæ clericis ceremoniarū iteroribus, & tres prælati custodibus exteriorib. Deinde accensis funeralibus aliqui iussu patrū ad hoc deputati, latebras

LIBER PRIMVS.

II

latebras angulosque omnes concusuis diligenter scrutatur, ne quis extra ordinem inter clausos remanere posset, in cōclauis ordinariis. Siremanēt omnes Reuerendissimi D. Cardinales & vnuſquisque illorum pro suo seruitio retinet duos seruētestantur: si quis autem aduersa valetudine premeretur, conceditur sibi tertius minister ex cōsuetudine, non ex constitutione. Præterea sacrista sacri palati solus & duo clerici ceremoniarum. Seruitores Dominorum Cardinalium quisque hero suo famulatur. Sacrista diuina celebrat in cōmuni coram patribus, & vestes, ac paramenta futuri pontificis seruat, præparatq; clerici ceremoniarum celebranti subministrant: subsellia pro dominis Cardinalibus, vbi & quomodo illis placet, præparant, & in cōmuni omnibus patribus seruiunt: confueruntque alijs superioribus temporibus instrumentum de electione Pontificis confici. Cūm prandij seu cœnæ tempore cibaria afferuntur, familiae Cardinalium cornutas (ita enim coffinos appellant, quibus illa portantur) visque ad secundam custodiam deducunt. Tum præfetus familiae illius Cardinalis cum duobus qui cornutam portant, visq; ad ultimam custodiam accedunt. Prælati custodes cornutam aperiunt, fercula & omnia, quæ intus sunt diligenter perscrutan-

tur, nequid literarum infit. Tum aperto extinsecus porticulo intrinsecus aperiri per clericum ceremoniarum, vocariq; seruientes illius Cardinalis, cuius cornuta est adiecta, iubent: illiq; cornutam cum cibis aspergiant, & vini quod est in vitreis phialis allatum. Seruitores, qui extra stant, ad portā conclavis non accedunt: & qui intus sunt, à prælatis custodibus cornutas recipiunt, & qui primum venerint, primum expediuntur. Ante portam intus aliquantulū remotè suspenditur cortina quædam, ne per porticulum, cùm aperitur, videri possint, qui sint intus. Et hoc semper seruatur cùm cibaria portantur.

Primitis tribus diebus ministrantur patribus cibi liberè pro eorum voluntate, illis elapsis, panis, vinum, & aqua cum uno ferculo tantum carnium, piscium, vel ouorum vnius speciei cum falsamentis, sapore, caseo, herbis crudis, & fructibus. Neq; secundum constitutioem Clementis licet alicui ex tribus de ferculo alterius vesci. Dum patres comedūt, aut aliquid aliud in cellulis agnūt, cortinæ anteriores & collaterales apertæ semper esse debent, nisi cum in lecto interdiu, siue noctu quiescunt. Cùm autem collegialiter à patribus est aliquid agendum, videntur croceis obscuris, & subtus paruo ca-

putio

putio supra rochettum. Est autē crocea genus chlamidis longè ad terram vsq; à parte anteriori aperta, à summo ad imū circa collare rugosæ, in formam capparum prælatorum, si demas cucullum, quādo autem sunt in cellis, aut per aulas deambulant, possunt esse in rochettis siue cū paruis mantellis despuper, vt magis placet. Caevant diligenter patres, ne cum horas canonicas soli, vel cū alio legunt, seu quippiā aliud in cella agunt, molestiam aut impedimentum inferant. Et in primis ne conuenticula noctu agitant, neque ambiendo per cellulas, siue per aulas immoderatè discurrant. Idq; multò magis current seruientes, maximè, ne dum patres qui-escunt, sursum & deorsum discurrendo strepitum faciant. Noctu locis opportunis ardeant lampades, & assiduò in locis tenebrosis apud latrinas. Confuerunt nostris temporibus patres, antequam ad electionem deueniant, statuere quædam communi consensu à futuro Pontifice confirmando, quæ postea singuli subscriptiunt, juramentōq; astringunt se obseruaturos, si ad Pontificatū assumentur, hæc vbi perfecerunt, de electione agere incipiunt.

QVÆ SERVANDA, NE ELE-
ctio pos sit impugnari.

B 4 Sed

Sed aduertendum est, per Reuerendissimos D. Cardinales, vt in electione seruat sanctorum patrum canonicas cōstitutiones, Nicolai secundi, sed Alexandri tertij, Gregorij decimi, Clémentis quinti, & sexti, & aliorum si quæ sunt, ne impugnari possit electione. Sciantque tam Episcopos, quām presbyteros, seu Diaconos Cardinales æqualem in eligendo potestatem habere, neque fieri relationem meriti ad meritum, neque zeli ad zelum: sed numeri ad numerum, ita vt ille, qui à duabus partibus Cardinalium cuiuscunque ordinis sit, rite electus sit, pro vero & indubitate Pontifice habeatur, & Cardinales nouos, vt primum creati & publicati fuerint, eandem habere potestatem in electione, nisi os fuerit eis clausum à Pontifice, & non apertum ante mortem, quia tunc nō haberent potestatem, si autem non fuisset eis os clausum, integra permaneat potestas. Post mortē Innocentij VI. in electione successoris, in qua fuit electus Vrbanus quintus extra collegium, tunc Abbas Sancti Germani Altisiodorensis de Rocha. Abbas Cluniacensis assumptus in Cardinalem per Innocentium, primò venit ad Curiam in die obitus dicti Innocentij: & quanuis installatus non esset in consistorio, nec haberet titulum, fuit admissus per alios Cardinales ad cōclavē

clave electiōis, vt alij Cardinales antiqui & i-ta duo ex Cardinalibus antiquis ex commis-sione collegij causa cognita indicarunt esse faciēdum, q̄a sola assumptio ad cardinalatū habet ius eligendi, & alia Cardinalibus cōuenientia, & propterea Papa in tēpore clau-sit os nouis, quod prius erat apertū. Et quān uis Romanus Pontifex canonice institutus, nullo humano iudicio iudicari possit, nisi sit hæreticus, si tamen contra formam istarum constitutionum Papatum sibi usurpauerit, tam ipse quām ei adhærentes sunt excom-municati, & similiter electi per seditionem, impressionem, vel quodlibet aliud ingeniu, videlicet per calliditatem & fraudem. Con-suetudo fuit apud superiores, vt duæ Missæ singulis diebus in conclavi dicerentur, vna de die currenti, altera propria, quæ sede va-cante diciuntur, & scripta in fine huius volumi-nis, vna per sacristam, altera per aliquem ex Capellanis Cardinalium, nisi ipsi Cardinales personaliter velint celebrare. Cū igitur de elec-tione agere volunt audita Missa, Domini Cardinales soli i Capella illa remanēt, sed ēq; super scabella, siue scāma illis parata: super al-tare restat calix vacu⁹, & patena, āte altare mēsa parua rubeo pāno cooperta pōitur, et su-per ēa pugillares, & papirus. Inter concavū & altare iuxta mensam ponuntur scabella

tria. In quorum medio Episcoporum, à dextris presbyterorum, & à sinistris Diaconorum Cardinalium priores sedent. Sacrista verò, familiares Cardinalium, & omnes alij, qui in conclave reperiuntur, in capella maiori vbi cellulæ sunt, clauduntur, soli clerici ceremoniarum solent extra portam capellæ paruae, vbi patres clausi de electione tractant, expectare, præsto venturi, si à patribus pro aliqua re vocarentur. Cum omnes ordine suo confederint, prior Episcoporum in loco prædicto fedens, commodis verbis hortatur patres ad prouidendum sanctæ Romanae Ecclesiæ de viro idoneo, & sufficieti, & qui tantum onus utiliter ferre queat. Deinde apponit eis per quam viam ad electionem procedere placet, per viam cōpromissi, siue per viam scrutinij. Quod si forte aliquis patrum diceret in hanc sententiam: Reuerendissimi Domini perspecta singulari virtute, probitate &c. Reuerendiss. D.N. ego iudicarem sine alio processu, ipsum eligendum ad summum Pontificatum, et ex nunc ego eligo ipsum in summum Pontificem sanctæ Romanae Ecclesiæ: si alij vel saltem duæ partes istius sententiam sequerentur, & via uocis simili modo illum talem eligerent, ille esset canonice electus, & versus Papa. Et vocatur per viam spiritus sancti talis electio sine schedulis aut cōpromisso:

Sepe

Sæpeq; apud maiores nostros fuit celebrata hæc via. Si Dominis Cardinalibus placuerit procedere per viam compromissi, oportet quod omnes concordent ad compromissandum, alter nō tenet: nisi forte duæ partes tandem in sententia permanerent, quoad compromissari electum nominarent, illumque compromittentes comprobarent, tuncque ut electus à duabus partibus esset canonice electus, forma autem talis compromissi est eiusmodi.

IN NOME Domini amen. Anno eiusdem &c. die &c. Nos Episcopi, presbyteri, & Diaconi sanctæ Rōmanæ Ecclesiæ Cardinals omnes & singuli in consistorio existentes, videlicet. T. Ostiē. D. Portuens. et sigil latim omnes alij nō innotescunt. Cardinals de electione tractantes summi Pontificis: elegimus & elegimus per viam procedere compromissi, & unanimiter & cōcorditer, nemine discrepante, legimus cōpromissarios Reuerendissimos patres Dōinos T. Episcopū &c. A. tit. sancti, N. presbyterum & L. sancti Hadriani Diaconū Cardinals quibusdam plenariā potestatē prouideli sanctæ Rōmanæ ecclesiæ de pastore, sub hac forma, videlicet quod duo ex ipsis possint eligere tertium de se ipsis, & unes tres cōcorditer de collegio, vel de extra possint Romanę et vniuersali Ecclesię prouidere. Et

volu-

volumus, quod dicta potestas duret usque ad consumptiōē candelā inibi ex consensu singulorū accensae, & promittimus nos illū pro Romano Pontifice habituros quem dicti cōpromissarij in forma predicta duxerint eligendum, &c. cōpromissarij verò ad partem in aliquo loco separato se retrahant, & primum inter se protestentur, quod per quā cunque prolationem verborum nō intelligunt dare consensum suum, nisi in scriptis illum expressè ponant, vt inter se possint uti verbis humanis & reuerentialibus sine præiudicio. Alius modus est, & magis tritus procedendi per viam scrutinij, qui si magis placet primò deliberađum est, an post scrutinium eadem die sit attentanda via per accessum. Deinde omnibus in locis suis in capella conserđibus, prior Episcoporum cum schedula sua in manu, accedit ad altare, & genu flexus aliquantulū orat, tum surgit, & schedulā predictā, quam primò osculatur, in calice reponit, Priore Diaconorum à sinistra parte altaris, ubi Epistola legitur, stāte, & patenam manu sua eleuāte has schedulas, quę vota eorum continent, scribere solent Reuerendissimi Domini ad partē, quomodo eis placet in hāc formā, Ego A. Episcopus Ostiensis, Cardi. &c. eligo summū Pōtificem Reuerendissimum Dominum meum. D. S. titu. Sā-
cti

Et Marci Presbyterum Cardinalem, & eodem modo quisque nominare potest duos, aut plures de collegio in eadem schedula, & aliquē extra collegium à tergo ipsius schedulæ. Schedulam ipsam benē plicatā, sigillo sua annulari signat: & vt diximus, facta prius oratione illam deosculatā quisque in calicem ponit. Ut autem prior Episcoporum schedulā in calice posuit, accedit ad dexterum eorum altaris, & ibi cum priore Diaconorum patenam eleuat, dum patres votorū schedulas calici imponūt. Qui ordine suo omnes sigillatim Episcopi, Presbyteri & Diaconi eodē modo, vt de priore Episcoporū dixim⁹, schedulas in calicē mittunt: schedulis in calice depositis sedent patres, & quisque ante se scabellum habet cum papyro & pugillaribus: in papiro scripta sunt per ordinē patrum omnium præsentium nomina cum aliqua distinția, ita vt unum tantum nomen in quolibet verfu contineatur, in hunc formā modum: Reuerendissimus Dominus Nicanor habet. Reuerendissimus Dominus Rothomagenis habet.
& sic de singulis. Et scribuntur nomina, quibus communiter appellantur, propter breuitatem, & non nomina titulorum. Tum prior Episcoporum calicem de altari simul cum Diaconorum priore sumens illud. su-

per mensam prædictam imponit. Deinde ipse & Diacóus sedent à dexteris priore Presbyterorum sedéte, vt prædiximus. Prior deinde Episcoporum sedens calicē manu dextra capiens, ac sinistra patenam firmam retinens, calicem ipsum super patenam immittit. Ita tamen vt nihil effundat, & iterum calicem erigens super mensam, vt prius erat, illum constituit, tum sinistra aliquantulum patenam eleuans dextra schedulā vnam, quæ forte ad manus venit, palam digitis duobus extrahit: illamq; primo priori Presbyterorū ostendens, legēdam porrigit Diaconorum priori: qui eam mox aperit, & voce qua ab omnibus exaudiri posit, distinctè legit, Ego. N. Cardinalis Papien. eligo in summum Pontificem Reuerendissimū Dominum meum. D. B. titu. sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem, &c. vt vbi scriptū inuenit. Cardinales omnes tam ipsi tres priores quam alij, super nomina in schedula nominatorū, eligentium nomina scribunt in papyris suis, vel signū aliquod faciunt, omnibus schedulis perlectis, & votis eligētiū descriptis. Tres priores vota cōputant, & alta voce habentes plures voces Diaconus nō inat, dicendo: Reuerendissimus D. A. habet voces decē, & Reuerendissimus V. habet voces octo, & Reuerendissimus D. habet voces septē. Deinde si

non

non potest attemperari via per accessum, & voces non sufficiunt, re infecta patres discedunt: neque per totum diem aliud agi potest circa actum electionis, quia non fit bis in die scrutinium. Sequenti die iterum summo mane in capella cōueniunt, & re diuina pera cta, scrutiniū, vt die præterita, faciunt: schedulas in calicem mittunt, quæ à prioribus extrahuntur, leguntur, & computantur, vt supra. Deinde si due partes in schedulis nō conueniunt, procedunt electionem per viā accessus. Nam hoc pacto celerius ad finem electiōis peruenitur ad illos accedēdo, quos in schedula non nominauerit, et pōt fieri accessus ad vnum, vel plures, sicut & nominatio in schedulis, sed ex honestate & decoro iuniores debēt aliquātulum expectare, quod antiquiores accessū incipiāt. Illis vero diuti⁹ supersedentib⁹, quilibet potest incipere, surgit qui vult icipere, & dicit: Ego accedo ad Reuerendissimū Dominū meum talem, & statim omnes signāt super nōmē electi nomen accendentis, & simili modo & alij qui volunt, accedant, & signātur si non cōcurrunt due partes, nihil factum, & sequēti die ad scrutinium revertuntur. Si autem voces sufficiunt, qui vltimō ex necessarijs vocibus accedit, solet dicere: Et ego accedo ad Reuerendissimū Dominū meum talem, & facio cum

Papam

Papam. Et notandū, quod si accessus fieret ad plures imperceptibiliter, & inconfuse ita, vt duo haberent duas partes, nemini ius acquiritur, & pro infecto habetur. Legimus superioribus temporibus, cū duæ partes in electione concordabant, priorem Diaconorū consueuisse induere electum mātum Papale, dicēdo: Ego inuestio te de Papatu, vt prefis vrbi & orbi. Sed hodiè non seruatur. Conuenientibus duabus partibus in vnum quēpiam, ille verus & indubitatus est Pontifex: tamen consueuerunt & alij accedere, & rursus prior Episcoporum omnibus sedentibus nomine totius collegij, illum talcm eligit in Romanum pontificem, & eius ascensum requirit. Quo habito, omnes surgunt primò ad congratularidum, deinde eum exuunt crocea, & caputio paruo, & sic cum suo rochetto faciūt illum sedere super ornatā fede, quā locant ante mensam, vbi priores sedebant. Imponunt illi annulum pescatoris, & exquirunt quo nomine velit nuncupari: & tunc sollet subscribere constitutiones ante electiōnem firmatas, & iuratas, & signare aliquas supplicationes.

Interim verò prior Diaconorum aperta sacrarij fenestrella, qua populus expectans videri potest, crucem profert, alta voce clamās, Annuntio vobis gaudium magnum: Pa-

pam

pam habemus. Reuerendissimus Dominus Cardinalis Malfectensis electus est in summum Pontificem, & elegit sibi nomen, Innocentius octauus.

D E I N D V M E N T I S E L E C T I,
& prima veneratione à Cardinalibus.

His peractis ducitur electus in sacrariū, & à Diaconis Cardinalibus exultit vestimentis communib⁹, quæ ex antiqua consuetudine cedunt clericis ceremoniarum, induiturq; Papali habitu, toga scilicet lanea albi coloris, caligis rubeis, sandalijs rubeis aurea cruce ornatis, cingulo rubeo cū aureis fibulis, birreto etiam rubeo, & demum mundo nitideq; rochettō, deinde imponunt ei amictum albam longam, cingulum, & stolam ornatam cum perlis pendentem à collo, si est presbyter, aut Episcopus. Si autem esset diaconus, stola sit super humerum sinistrū in formam diaconi: si sit subdiaconus, vel infra, non ponatur ei stola & ita indutum educunt, ac super prædictā sedem rursus sedere iubent: ibi q; supplicationes complures signat. demum Domini Cardinales depositis croceis, & paruis caputijs cappas suas reassumunt: Imponunt novo Pontifici pluiale rubeum preciosum,

C & mi-

SACRARVM CERIMONIARVM

& mitrā auro & gēmis ornataam: illumq; se-
derē faciunt super altare, cui Cardinales ol-
mnes reuerentiam exhibent per ordinē, pe-
des manus, & os deosculantēs.

Dum hæc aguntur, portæ conclusis o-
mnes aperiuntur: repagula, muriq; ostiorū
& fenestrarum deiçiūtur: pulsentur cāpanē
& signa lœtitia omnis generis edūtur. Pon-
tifex nouū præcedēte cruce & Cardinalib;
ad ecclesiā Sancti Petri descēdit: & prostra-
tus ante altare sine mitra aliquādiu orat: a-
gitq; gratias Deo, & beatis Apostolis. Tum
surgēs à Cardinalibus super altare ad seden-
dū constituitur cum mitra, & prior Episco-
porum genuflexus incipit, Te Deum lauda-
mus: quē hymnū Cantores prosequuntur.
Interim Cardinales pedes electi, manus &
os deosculātur seruato ordine: quod & alij,
qui adsunt, prælati & nobiles faciunt. Finito
hymno idem prior Episcoporum stas à cor-
nu sinistro altaris, vbi Epitola legitur, dicit
super electum, Pater noster. Deinde & nos,
&c. Sed libera &c. Saluum fac Domine ser-
uum tuum electum nostrum. Respon. Deus
meus sperantem in te. Vers. Domine exaudi
orationem meam. Respond. Et clamor meus
&c. Vers. Dominus vobiscum. Respond. Et
cum spiritu tuo. Oremus, Omnipotens sem-
piterne Deus, miserere famulo tuo. N. elec-
to in

LIBER PRIMVS.

18

Eto in summm Pontificem, & dirige eum
secundum tuam clementiam in viam salutis
eternæ: vt te donante tibi placita cupiat, &
tota virtute perficiat, per Christum Domi-
num nostrum, Amén. His seruatis descendit
electus de altari, & versus ad populum so-
lenniter benedicit, dicens: Sit nomē Domini
benedictum. Tum eodem ordine, reuer-
titur ad cameram Papalem, & ibi quiescit,
& Domini Cardinales reuertuntur ad pro-
pria.

Quod si electus esset aliquis extra colle-
gium, & tamen in virbe, vel loco vicino, an-
tequam patres exeant ē conclavi, vocetur
nomine collegij ab aliquibus Prælatis, & in-
troducedus in conclavi, à priore Episcoporu
intimetur ei electio, & requiratur eius cōsen-
sus: quo habito, omnia fiant quæ de electo
præsente superius dicta sunt. Si autem non
consentiret, iterum ad nouam electionem fa-
ciendam procedant. Si autem canonicè e-
lectus eslet absens, ita quod per aliquos di-
es eius præsentia haberi non posset: patres
publicata cius electione, & destinata ad e-
lectum idonea legatione, conclavi exeant:
legati cum mandatis, & autenticis docu-
mentis nominato electionem insinuent, &
consensum exquirant: acceptantem, sum-
mum Pontificem salutēt, et habitu Pōtificali

C 2

exor-

SACRARVM CERIMONIARVM

exornent, referantque patribus, deinde reliqua peraguntur, ut nouo electo, & collegio videbitur. Si autem acceptare noluerit, iterum Domini Cardinales in conclave reuertantur ad nouam electionem peragen- dam. Ante coronationem suam electus Romanus Pontifex consistoria tenere non consuevit, neque prouisiones aliquas ecclesiarum facere. Si tamen aliquo impedimento coronationem diutius differre oporteret, & vrgeret necessitas, Ecclesijs recte posset prouidere, & omnia quae essent pro utilitate Rei publicae, peragere, & hoc tempore Bulla plu- bea literarum suarum ab una tantum parte imprimetur, vbi sunt capita Apostolorum; ab alia autem, vbi literae sui nominis imprimi solent, nihil erit. In principio, si prius erat Episcopus consecratus, scriberetur Innocentius Episcopus seruus &c. vt aliás. Si autem non esset consecratus Episcopus, scriberetur Innocentius electus seruus seruorum Dei. In fine autem literarum anta Data, ad duntur hæc verba, Nec mireris quod bulla experiens nomen nostrum, non est appensa presentibus. Nam hi, qui fuerunt haec tenus electi in Romanos Pontifices, ante suæ consecrationis, & benedictionis solennia in suis bullandis literis modum huiusmodi obseruare consueuerunt. In Data autem dicitur loco

LIBER PRIMVS.

21

loco Pontificatus nostri, suscepisti à nobis Apostolatus offici anno primo.

D E O R D I N A T I O N E
et consecratione summi Pontificis.

Sectio II.

 AEterum si electus in Romanum Pontificem non esset in sacris ordinibus constitutus, vt de Petro Moroneo anachoreta, & de quibusdam alijs patrum nostrorum memoria accedit, statuta per eum die ante diem coronationis, per aliquem Episcopum Cardinalem, vel alium, si magis placet, ordinetur, & ad omnes ordines etiam presbyteratum poterit in eadē die simul, vel interpellatis diebus promoueri, vt placuit. In promotione autem hæc seruabuntur. Conuenient in loco, vbi ordinatio fieri debet, electus Pontifex cum duobus diaconis, & aliquibus presbyteris Cardinalibus, subdiacono & acoluthis apostolicis: & omnes conuenientibus sibi & tempori paramentis ornentur. Deinde Episcopus consecrator cum suis ministris paretur: paretur etiam ante altare, credencia pro consecratore, & credencia pro Pontifice electo cum rebus opportinis ad ordinationem. Electus ordinandus ad subdiaconatum, in sede sua in loco conuenienti constituta, primò lauet manus,

C 3 tum

tum supra rochetum paretur amictū, ita tamen ut possit imponi supra caput cū temp̄ erit, alba, & cingulo deinde pluuiale, quod post collum remittit, ut totum retro dependeat: tum mitrā accipiat tempori opportu- nā. Cum omnia parata erūt, electus accedit ad altare, procumbet ad orationē sine mitra, & surgēs faciet cōfessionē cum ordinatore, deinde reuertetur ad sedē suam & leget introitum &c. vt aliās. & ordinator procedet in missa more consueto, vsq; ad collectā ante epistolā exclusiuē. Tunc electus super faldistorium procumbet sine mitra, ordinator autē in scabello ad eius sinistrā cum mitra: & alij omnes in locis suis sine mitra, & fieri litanīa per subdiaconū, & cū peruentum fuerit ad locum consuetum, surget ordinator, et benedicet electum tertio dicens, Vt hunc electum &c. vt in ordinario. Deinde iterum procumbet, & finicitur litanīa. Tum electus sumpta mitra reuertitur ad sedē suam, & ordinator accedet ad eum, & sedenti cum mitra ipse stans cum mitra dat electo calicem vacuū cū patena, & mox vreculos cū vino, & aqua, baccala, & manutergium. Quæ omnia electus tanget ambabus manibus ordinatore dicente. Vide huiusmodi ministerium &c. deinde successiue etiam cum mitra ordinator dicit, Oremus Deum patrē,

Domi-

Dominum nostrū. & c. Tum deposita mitra dicit, Oremus, fle & tamen genua, leuate. Et in terim etiā electus surgit sine mitra, & ordinator p̄sequitur: Domine sancte pater omnipotens, xterne De⁹ & c. qua finita oratiōe, electus sedet sine mitra, & ordinator accep- ta mitra imponit amictū super caput electi, dicens: Accipe amictū & c. qui mox real- sumit mitrā, & Ordinator imponit illi manipulū in brachio sinistro, dicens: Accipe ma- nipulū &c. tum surgit electus: exrahitur sibi mitra & pluuiale, & ordinator induit cum tu- nicella, dicēs: Induat te Dominus veste &c. Sedet deinde electus cum mitra, & ordinator tradit illi librū Epistolarū &c. Finita ordinatiōe, Subdiaconatus, si electus non vult vte- rius p̄cedere, reassumit pluuiale, & finitumissa more consueto. Si verò placuerit ad Diaconatū p̄cedere, ordinator apud altare i- suō faldistorio p̄sequitur collectā diei cū oratiōe p̄ ordinādo sub codē p̄ Dominū, & diceſ epistola suo ordine. Qua finita, si elec̄to ante electionē erat subdiacon⁹, paretur in principio, sicut dixim⁹, addito manipulo, & finita epistola p̄cubat in faldistorio, et fieri li- tanīa, vt dixim⁹. Si aut̄ tūc ordinat⁹ est finita e- pistola surgat & deponat tunicellā, & iterū se- deat cū mitra & pluuialiā collo, ordinator au-

tem ad eum accedit, & stans cum mitra dimis
sis alijs rebus, dicit, Oremus dilectissimi De
um patrem omnipotētem &c. & cùm per
uenerit ad per omnia secula in præfatione,
deponit mitram, & prosequitur præfationē
vsque ad eum locum, vbi dicitur, Et quæ sūt
agendā concedere, tunc electo fine mitra
sedenti imponet ipse solus dextram manum
super caput, dicens: Accipe spiritum sanctū
ad robur &c. Deinde prosequitur præfati
onem vsque in finem, tunc deposito pluuiali
& mitra ab assistentibus electostanti ordina
tor cum mitra ponit illi stolam super hume
rum sinistrum, dicens: Accipe stolam candi
dam &c. Deinde induit eū dalmatica, dicens:
Induat te Dominus &c. & mox tradit illi se
denti Euangeliorum librum, dicens: Accipe
potestatem &c. Quo facto, electo fine mitra
surgete, ordinator deposita mitra versus ad
altare dicit, Oremus: & ministri, flectamus
genua &c. Et ipse prosequitur versus ad ele
ctum, Exaudi Domine, &c. Et Domine san
cte pater &c. His completis, si voluerit ad vi
teriora procedere, missa suo ordinē finitur.
Si autem ad presbyteratum, tunc erit promo
uendus: ordinator reuertetur ad suū faldi
storum, & leget graduale, & alleluia siue tra
ctum: & postea procedet ad ordinem sacer
dotale, vt sequitur. Quod si elect⁹ erat prius

Diaco-

Diaconus, parabuntur omnia, vt supra: & ip
si addetur stola super leuā, in formam Dia
coni.

Electus pontifex in ordine Diacōnatus
existens cum ad presbyteratum voluerit or
dinari, parabitur vt suprà diximus, & in missa
procedetur vsque ad Alleluia, siue tractum
exclusiue, vt prædictum est, & tunc Pontifex
electus paratus amictu albo, cingulo, mani
pulo, stola in modum Diaconi, & pluuiali
a collo retro pendente, procumbit super fal
distorium ad letaniam, si non est facta, & illa,
vt præmissum est, in subdiaconatu finita, re
uertitur ad fedem suam, ordinator verò cū
mitra ad electum sedentem accedens, man⁹
ambas super caput electi detectum imponit.
nihil dicens. Et idem faciunt omnes Episco
pi, siue presbyteri Cardinales præsentes, ac
cedentes tamen cum reuerentia, & detectis
capitibus. Deinde ordinator stans cum mi
tra extenta manu super electum stantem di
cit, Oremus, dilectissimi Deum patrem om
nipotentem &c, vt in ordinario. Deinde de
posita mitra, Oremus: ministri, flectamus ge
nua, leuate: & rursum, Exaudi nos quæsu
mus Domine. Et in fine expansis manib⁹ di
cit præfationē, Per omnia secula seculorū. Et
vsque in finem. Deinde deponitur pluuiale
electi, et ordinator accedēs cū mitra reflectit

C 5 orari

orarium electo ante pectus in modū crucis, dicens: Accipe iugū domini &c. & mox imponit illi casulā ad scapulas à parte anteriori pendētem, dicens: Accipe vestē sacerdotalē &c. Posthac deposita mitra ordinator supra electū dicit, Deus sanctificationū omnium auctōr. & finita oratione genuflexus ad altare incipit hymnū, Veni creator spiritus. & similiter electus genuflexus, & dicto primo versu surgit, & alij prosequuntur, ipse verò ordinator accedit cū mitra ad electū sedētem, cū mitra, & inungit ei ambas manus de oleo sancto, catechuminū producens cū pollice suo intincto duas lineas à pollice dextre manus electi ad indicem sinistrum: & à pollice sinistro ad indicē dextrū, & mox palmas & reliqua intus pungit dicens, Consecrare, &c. manus electi ita perūctæ: vna super alterā imponuntur. Tunc ordinator detergo aliquātulum digito cū mica panis tradit in manus electi calicē cum vino & aqua, et patenā cum hostia, quę omnia electus tangit ordinatore dicēte, Accipe potestatē offerre, &c. Quibus peractis electus à sua sede, & ordinator in suo faldistorio lauabunt manus cū mica panis & aqua. Deinde legatur Euāgeliū more solito, & liber offeretur osculādis electo. Tū ordinator dicit, Dominus vobiscū & offertorium & mox accedet ad electum sēdentem

dentē cū mitra: & ipse sine mitra accipiāt de eius manibus offertorium intorticia accesa, panem & vinū, vt est moris: & per singula ofculatoꝝ manū electi offerētis: post hāc reuertitur ordinatus ad faldistoriu, & iterum tam ipse quā electus lauant manus: & statim intrant ad altare. Electus accedit ad cornu altaris, vbi dicetur Epistola, & Presbytero Cardinale ministrante & seruiente de libro stas sine mitra, & voce submissa omnia dicit cum ordinatore, & cum ipso cōcelebrat signādo & etiam verba cōsecrationis cū ipso profere do: non tamen mouet se loco suo vsque ad cōmunionē, & proceditur in missā in omnibꝫ, vt consuetum est: & pro secreta de die dicuntur secreta pro ordinato sub eodē per Domīnum. Postea quā ordinator sumperit sacra eucharistiā & partem sanguinis Christi cū particula corporis Christi, quę erat int̄ cōmunicet electo stati i ipso cornu de corpore et sāguine Christi, & postea ambopurifi cetur cū vino, vt ipsi placuerit. His peractis elect⁹ reuertitur ad sedē suā cum mitra, et ordinator cū mitra lauat manus, deinde accedēt ad electū, stans sine mitra, dicit supra electū stantem sine mitra. Respon. Iā non dicā vos seruos, &c. Quo finito ordinator impōit ambas manus super eius caput, dicens: Accipe spiritū sanctū, quorū remiscritis & c. Et mox

mox explicat casulam, quæ in scapulis erat electi, dicens: Stola innocetiae induat te Dominus. Quibus finitis imponitur mitra electo. Et tam ordinator quam alij Cardinales & praediti assistentes recipiuntur ad osculum manus, pedis, & oris electi: post haec ordinator redibit ad altare, & perficiet missam cum oratione pro ordinato, & dicto: Ite missa est, vel Benedicamus Domino, electus crucem ante se habens stans sine mitra in medio altaris, benedicet omnibus, dicendo: Sit nomen Domini benedictum. &c. & mox ordinator accedes versus electum, tertio genu flexus, cum distantia conuenienter ter dicit, Ad multos annos, & solus recipietur ad osculumoris, & sic expleta ordinatione exuet se vestibus sacris cum orationibus consuetis.

Ethic modus de benedictione & ad multis annos seruatur, etiamsi ordines accipere in pluribus diebus sigillatim. Si electus nullum haberet ordinem, haec ordinatio coegeretur fieri poterit die sabbati praecedente diem dominicum consecrationis Episcopalis. Quod si forte electus in Papam esset merus laicus (nam & laicus eligi potest, dummodo sit Christianus & catholicus) accipiet primam tonsuram & minores ordines, ut alij inferiores, nisi quod erit induitus cum rochetto & manto post collum & mitra. Et in suo

suo faldistorio recipiet instrumenta ordinum, & habitum, & non dicuntur monitiones, siue exhortationes, sed a substantialibus incipiuntur.

Episcopalis consecratio electi in Romanum Pontificem, si prius non erat Episcopus, fieri debet secundum maiorum nostrorum constitutiones eadem die, qua benedicitur, & coronatur. Sed quoniam nostris temporibus breuitatis studio alio die facta est: ut in persona fe. re. Sixti Papæ quarti, qui cum fuit electus, presbyter tantum erat: primo ponemus ordinem ipsius consecrationis Episcopalis sine benedictione & coronatione: deinde consecrationem cum benedictione & coronatione.

QUOMODO CONSERETUR in Episcopum.

Si igitur electo placet consecrari ante solemnia coronationis, & priuatim hoc poterit fieri, quando ei placebit: sed conuenientius die dominico, vel festi, & fiet hoc modo: Die statuto & in loco ipsi electo commodo, tam consecrator quam electus, parabuntur omnibus paramentis Pontificalibus cum psalmis, Quam dilecta, & alijs orationibus consuetis. Electus chirothecas & annulum tantum non accipiet: alia autem omnia

omnia. Assistunt ad min^o duo vel tres Diaconi, & unus presbyter Cardinalis, & cum ipso consecratore, si est Episcopus Cardinalis, vt decet, duo alij Episcopi Cardinales, aliqui Subdiaconi & acoluthi Apostolici, & prælatorum domestici omnes, cum parametris sibi conuenientibus. De prelatistamē paratis preter Cardinales, nō est necessariū, sed fiet ex sententia Pontificis: parentur duæ credētiae, vna pro electo, & altera pro consecrante, & vnu altare tātūm. Pro electo paretur sedes ornata in loco cōpetenti, & faldistoriū altare pro cōsecrante faldistorium consuetum in cornu Epistolæ, pro alijs scabella consueta. In credētijs pārentur opportuna ad cōsecrationem, & ad celebrationem Missæ, candela braque cum luminaribus opportunis ī altari, & credētia. Paratis omnibus rebus, electus accedat ad altare, & deposita mitra, pro cumbat super faldistorium. Orabit & surget, & remoto faldistorio, faciet confessionem cum consecratore à sinistra sibi assistente. Finita confessione electus cum mitra reueretur ad sedem suam. Consecrator accedet ad altare, osculabitur, incensabit, si placuerit, more solito, & reuersus ad suum faldistorium, leget Introitum, & Kyrieleison, & alia usque ad alleluia, siue ultimum versum

tractus exclusus, & cum oratione diei dicitur oratio pro electo, vt suprā. Idē faciet electus in sua fedē cū suis assistentibus versus ad latare.

His dictis electus procumbet, cū mitra in faldistorio ante altare, consecrator ab eius sinistris super aliquo scabellō, alij autem in suis scabellis, & per vnum ex subdiaconis fit litanīa: nam examinatio antiqua sanctorum patrum, & alia præcedentia omissuntur. Cum ventum erit ad locum, ubi dicitur, Vt hunc electum. surgit deinde consecrator non tamē cum baculo: & versus ad electum, tertio dicit signans, Vt hunc electum, &c. Et alij omnes Episcopi Cardinales cum suis libris procumbentes, tamen erecta aliquantulum facie idem faciant. Finita litanīa surgunt omnes, & electus reuertitur ad sedem suam, & sedet cū mitra. Consecrator venit ante eum, & alijs prætermisis s̄tans cum mitra simul eum adiuuantibus Episcopis Cardinalibus imponit librum Euangeliorum supra ceruicem electi sine mitra sedentis: nam tunc mitra ei abstrahitur, quam duo Diaconi retinent usque in finem: & consecrator atque assistentes Episcopi ponūt ambas manus sup caput electi, dicen-

SACRARVM CERIMONIARVM

Eti, dicētes, Accipe spiritum sanctum, quod tamen consecrator altè dicit, alij submisse, vt alia omnia. Si aderunt alij Episcopi parati, poterūt & ipsi manus imponere, & omnia legere, vt Cardinales assistentes deinde surgit electus, & Diaconi assistentes retinent librum super illius spatalis: consecrator autem sine mitra dicit, super eam orationem: Propitiare Domine supplicatio nibus nostris, et inclinato super hunc famulum tuum cornu gratie sacerdotalis benedictionis tue, in eum infunde virtutem, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti Deus. Deinde voce mediocri extensis manibus ante pectus dicat hanc præfationem: Per omnia secula seculorum. Respon. Amen. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo Sursum corda. Respon. Habemus ad Dominum. Gratias agamus domino Deo nostro. Respon. Dignum & iustum est. Vere dignum & iustum est, æquum, & salutare, Nos tibi semper, & vbique gratias agere Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, honor omnium dignitatum, quæ gloria tuae facris famulantur ordinibus. Deus qui per Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cætera cœlestis documenta cultitiae, de habitu quoque indumenti sa-

cer-

LIBER PRIMVS.

25

cerdotalis instituens, electum. Aaron mystico amictu vestiri inter sacra iussisti, vt intelligenzia sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ vlli decresset ætati. Cum & apud veteres reuerentiam ipsam sanctificationum species obtineret: & apud nos certiora essent experimenta rerum, quæm ænigmata figurarum, illius nanque sacerdotij anterioris habitus nostræ mentis ornatus est: & Pontificalè gloriam iam non nobis honor commendat vestitum, sed splendor animarum. Quia & illa, quæ tunc Cardinalibus blandiebantur ob tutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda, poscebant, & idcirco huic famulo tuo. N. quem Apostolicae sedis præsulem, & primatem omnium, qui in orbe terrarum sunt sacerdotum, & vniuersalis Ecclesiæ doctorem dedisti, atque ad summum sacerdotij ministerium elegisti: hanc quæsumus Domine gratiam largiaris, vt quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis varietate signabant, hoc in eius moribus, actibusque clarescant, comple in sacerdote tuo ministerij tui summam: & ornamentis totius glorificationis instructum cœlestis vnguenti ror sanctifica. Tunc consecrator genuflexus & sine mitra versus ad altare, incipit hymnum

D num

num, Veni creator spiritus, & tam electo quālij genu flectunt codem modo: finito vero primo versu surgūt omnes: & chorus proficitur hymnū. Interim caput electi sedentis in sua sede circuligatur pāniculo lineo subtili per Diaconum, ne oleū fluat super capitulos, ita ut pāniculi extremitates retrō sup ceterū uicem pendeat. Deinde cōsiderator accedet ad electū cum mitra & intincto pollice dextre manus in Sacro Chrismate, stās vngit caput electi sedentis, formans primū signum Crucis, quo coronam totam amplectatur. Deinde vngat reliquum coronæ, dicendo: Vngatur & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine Pōficali, In nomine patris ☧ & filij ☧ & spiritus sancti, ☧ Amē Pax tibi, & cum spiritu tuo, & absterto aliquātulum pollice, cum mica panis deposita mitra prosequatur præfationem, incipiens: Hoc Domine copiose in caput eius influat: hoc in oris subiecta decurrat: hoc in totius corporis extrema descēdat, vt tui spiritus virtus & interiora cius impleat, & exteriora circumtegat, abundet in eo constātia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis: sint speciosi munere tuo pedes cius ad euangelizādam pacē, ad euangelizanda bona tua. Da ei Domine ministeriuu recōciliationis in verbo & in factis, & in virtute signorum & prodigiōrum:

orum, sit sermo eius & prædicatio non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis. Da ei Domine claves regni cœlorū, vt vtatur, nō vt glorietur potestate, quam tribuis in cōdificationem, non in destrūctionem, quodcūque ligauerit super terram, sit ligatum & in cœlis: & quodcunque soluerit in terris, sit solutum & in cœlis, quorum detinuerit peccata, detenta sint: & quorum demiserit, tu dimittas. Qui maledixerit ei, sit ille maledictus: & qui benedixerit, benedictionibus repleatur. Sit fidelis seruus & prudens, quem constituas tu Domine, super familiam tuam, vt det illi cibum in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominem perfectum: Sit sollicitudine non piger, sit spiritu feruens: oderit superbiam: humilitatem ac virtutem diligat, neque eam unquam deserat, aut laudibus aut tumore superatus. Nō ponat lucē tenebras, nec tenebras lucem: nō dicat malum bonū, neq; bonum malum. Sit sapientibus & insipientibus debitor, vt fructum de profectu omnium consequatur: Tribuas ei Domine cathedram Pontificalem ad regendam ecclesiam, & plebem tuæ fortis intra mundi limites uiuērsi. Sis ei auctoritas, sis ei potestas, sis ei securitas: multiplica super eū bene ☧ dictionē Sc

SACRARVM CERIMONIARVM

gratiam tuam, vt ad exorādam semper misericordiam tuam, tuo munere idoneus & tua gratia posse esse deuotus: per Dominū nostrum Iesum Christum filiuū tuum: qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorū. Ref. Amen. Post hæc cōsecrator inchoat schola pro sequente Antiphonam. Vnguentū in capite quod descendit in barbam, barbā Aarō, quod descendit in orā vestimenti eius, mandauit Dominus benedictionē in seculum. Ecce quam bonū, & quam iocūdum habitare fratres in vnu. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimēti eius, sicut ros hermon, qui descēdit in montem Syon. Quoniam illic mādauit Dominus benedictiōem, & vitam vsq; in seculū. Gloria patri & filio. Sicut erat &c. Deinde repetatur Antiphonā, Vnguentū in capite. Interim imponit manipula ad collū electi sedentis, supra quā imponit postea manus, & consecrator inungit illi manū cū sacro chrismate, vt fit & alijs Episcopis, dicens: Vnguantur manus istae de loco sanctificato, & chrismate sanctificatiōnis, sicut vixit Samuel Dauid Regem & prophetam, ita vngantur & confirmantur in nomine Dei patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠, facientes imaginem Sancte Crucis Salvatoris

LIBER PRIMVS.

27

uatoris nostri, quæ nos à morte redemit, & ad regna cœlorum perduxit. Exaudi nos pie pater, omnipotēs, æterne Deus, vt quod te rogamus, exoremus, per Christū Dominum nostrū amen. Oremus: Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui te ad Pontificatus sublimari voluit dignitatē, ipse, qui per Samum elē Dauid in Regem, & Prophetam inunxit: te nostro ministerio chrismate & mysticæ delibutioīs liquore perfundat, & spiritualis benedictionis libertate fæcunder: vt q̄c quid benedixeris, benedicatur: & quicquid sancti facaueris, sanctificetur, & cōsecrata manus istæ, per eundem Christum Dominum nostrum.

Electus manus iunctas simul iunctas in manipula pēdenti à collo reponit: baculus non datur: sed mox consecrator deposita mitra benedit annulum preciosum imponendo electo, dicens: Creator & cōseruator humani generi, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis: tu Domine emittē tuam benedictionem super hūc annulū: vt quicūque hoc sacrosancto fidei signo insignitus incesserit in virtute cœlestis defensionis, ad æternam sibi proficiat salutem: per Christū Dominum nostrum amen. Electus etiam surgit dum dicitur oratio annulum ipsum interca tenet manu dextra aliquis acoluthus

ante consecratorem genuflexus, consecrator dicta oratione alpergit annulum aqua benedicta: & illum imponit in digito annulari dextræ manus electi sedentis, dicens: Accipe annulum fidei scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, Sanctam videlicet ecclesiam intemerata fide ornatus illibatè custodias, Amen. Et dum imponit, osculatur manus electi: deinde adiuuantibus Episcopis assentibus librum Euangeliorum ab eius spatulis remouens dat ad manus electi sedentis, dicens: Accipe euangelium, & vade prædica populo tibi commisso, potens est enim Deus augere tibi gratiam suam. Qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia secula seculorum, Amen. His peractis consecrator redit ad suum faldistorium: & lauat manus, electo autem sedenti in sua sede Diaconus Cardinalis tergit caput cum medulla panis diligenter, & cum panno mundo, deinde cum pectine mundat, & componit capillos, & imponit illi mitram, & tunc electus lauat manus cum mica panis, & bene mundat. Quibus finitis tam consecrator, quam alij omnes Cardinales praesentes osculantur pedes, manum, & os domini electi: alij autem prælati parati, pedem & manum, alij inferiores pedem tantum. Et mox consecrator prosequitur missam

sam usque ad lectū offertorium. Et idē facit electus Pōtīfex in sua sede stās. Dicto offerterio consecrator accedit electū sine mitra: & de eius manu accipit offertorium, Intorticia, panes & vini vasā duo, & ad vñūquodq; istorum osculatur manū electi, hunc reuertitur ad suum faldistorium, & lauat manus, tā ipse quam electus, & intrat ad altare, & similiter. D. electus accedit ad altare, & ponit se ad cornu Epistolæ, presbytero Cardinale ministrante librū, & ibi sine mitra simul cum consecratore celebrabit signando, & omnia dicendo submissa voce, vt consecrator: non tamen se loco mouebit usque ad communionem, quam sumet sub utraque specie stans in ipso cornu aliquātulum procedens inclinatus. Finita missa non imponuntur chirothecæ, neque mitra, quam habet cum illis benedictionibus confuetis, neque introinizatur electus, sed stans in medio altaris sine mitra, habens ante se crucem, populum benedicit, dicens: Sit nōmen Domini benedictum. Et resumpta mitra vadit ad sedem suam, & sedet, & tunc consecrator accedit versus Dominum electum, & tertio genu flectens, dicit: Ad multos annos, vt dictum est in presbytero. Et omnes deinde exiunt se sacris vestibus cum orationibus confuetis.

SACRARVM CERIMONIARVM
CONSECRATIO, BENE DI-
TIO, & coronatio simul Romani Pontificis,

Quod si electus in Romanum Pontificem, voluerit' eadem die consecrari Episcopus, benedici, & coronari. Et à superioribus Pontificibus plerumque seruatum est, ita procedendum erit. Sed eadem seruantur etiam in electo, qui prius erat Episcopus benedicendo, & coronando usque ad sequens capitulum, ubi incipit: Cantores. Primo ordinabuntur omnia ad huiusmodi solemnitatem opportuna, infra scripta ctiam seruantur in coronatione, & consecratione Episcopali, conuenienti tempore, quae ex lectione huius ordinatiois facile colligi poterunt: & tandem constituto die Dominico, Pontifex è cubili summo mane ad cameram paramenti, quam Papagalli appellant, ingreditur ibi à Diaconis Cardinalibus, Subdiaconis, Acoluthis & alijs Officialibus consuetis paratur amictu albo, & lōgo cingulo, stola, pluuialis rubeo, & mitra preciosa. Cardinales alij circumfistunt, & omnes Praelati & Officiales cum suis cappis laneis. Sic electus pontifex paratus cruce præcedente progressitur ad Sanctum Petrum, ordine alias cōsuetu, Diaconis Cardinalib' hinc & inde fimbriā pluuialis sustinentibus. Caudā autē pluui-

LIBER PRIMVS.

29

pluuialis portabit nobilior laicus, qui erit in curia, etiā si esset Imperator, vel Rex, supra eum octo nobiles siue Oratores portat vmbraclū hastibus octo sustentatum, quod hodie baldachinum appellant. Ante eum duo seruientes armorum portant faldistorium cum magno cussino. Fererius tapetum, & paruum scabellum, & cussinum.

Cum Papa electus peruerterit ad portam ultimam palatij, quae est in capite porticus Ecclesiae Sancti Petri, in palatio apud portā extenditur tapetum, ponitur faldistorum, et super illud cussinum magnum, & ad pedes paruum scabellum: & sedens ibi electus recipit ad osculum pedis canonicos, & Capitulum basilicæ Sancti Petri, deinde surgens intrat Ecclesiam per portam, quae est in medio: & progressus usque ad secundum circulum porphyreticum, detracta mitra orat versus ad altare supra faldistorium à supradictis ibi paratum: & tunc supra scabellum paruum ponitur parvus cussinus. Facta oratione surgit: reassumit mitram, & pergit ad Capellam Sancti Gregorij, quae dicitur capelia Sancti Andreae & sedens in sede sibi parata, recipit omnes Cardinales & alios Praelatos cū suis cappis ad reverentiam. Cardinales ad manus sub auriphrygio, Prelatos ad pedis osculū. Tunc surgens sine mitra asta-

D 5

ti cru-

ti cruce populo bendicit, dicens: Sit nomen Domini &c. Subdiacon⁹ dicturus Epistolā, deposita cruce post benedictionē capit omnia sua paramēta: & simul cū eo Acoluthi exuent cappas, & induunt superpellicia super rochetum, ad partē sc̄ retrahentes: sedet deinde electus aliquantulū cū mitra: & iterum surgēs sine mitra versus ad altare, sub silentio dicit, Pater noster, &c. Tum altē incipit pro tertia, Deus in adiutorium, &c. & sic stat quo usque incipiatur Psalmus, Legē pone. Inde sedet cum mitra & assistētibus Episcopis cum libro, ac iuuātibus hinc inde Diaconis, vt moris est, incipit Psalmū, Quām dilecta. Interim subdiacon⁹ Apostolicus lecturus Epistolam, vt diximus, paratus omnibus suis paramentis ex altari subministrante Sacrifa, accipit sandalia, quæ reuerēter portantur ad electum, sequentibus illum Acoluthis cum superpellicijs, & ea simul cum cubiculario cameræ, imponit pedibus suæ sanctitatis, Acoluthis, circū circafimbrias pluvialis eleuantibus supra illorum capita. Impositis sandalijs Diaconus lecturus Euangeliū cum duobus alijs Diaconis, qui assistent Pa-pæ, capiunt paramenta sua, ille amictum album, cingulum, stolam, dalmaticam, manipulum verò postea capiet in altari. Alij verò duo capient amictum, & dalmaticas tātum.

Indu-

Induti reuerenter simul ad electum accedēt qui finitis psalmis, cùm dicitur capitulū pro tertia, surgit cum mitra, & finitis versiculis deposita mitra, & astatibus duobus ceroferarijs, dicit, Dominus vobiscum, & orationē pro tertia, librum prior Episcoporum Cardinaliū, qui ei aſſistere debet, sustinet supra caput, Episcopi verò aſſistētes iuuant, & tenent candelam accensam, dicto Dominus vobiscū, post orationē liber remouetur, ceroferarij discedunt, & dicto à catoribus, Benedicamus Domino, Papa sedet cum mitra, & lauat manus Episcopo Cardinali ad iuuante, & reliqua, vt aliás lotis manibus. Episcop⁹ Cardinalis redit ad locū suū, & Papa deponit mitrā, pluiale, & stolam: & Diacono lecturo Euāgelium ante se stante induitur cōſuetis paramētis, quæ per acoluthos hoc ordine portātur ex altari, & ipſi Diacono porriguntur, duo Diaconi aſſistentes, & post eos duo subdiaconi adiuuāt vestiētēm. Primū portatur cingulum cū succinctorio, Crux pastoralis, dein stola, tunicella, dalmatica, chirothecę, planetā, mitra auri phrygia ta, annul⁹ aut non datur, si nō est consecrat⁹ Episcopus, quem, si effet cōſecratus, Cardi. Episcop⁹ aſſistēns imponeſet. In cōſecratio-nib⁹ vtūtur ho diernis temporibus albis para-mētis, quamuis antiqui ſecundū temporis exigē-

exigētiā, colore vterentur. Sed cōueniens est, vt vtamur secūdū quod exigit missa, quae celebratur. In processione autē erunt omni- nō albi coloris. Cūm elect⁹ Papa incipit parari, Cardinales, & omnes Prælati, atq; offi- ciales parantur. Episcopi Cardinales, Patri- archæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates plu- uialibus, & albis mitris: presbyteri Cardi- nales planetis, & mitris similibus. Diaconi Cardinales dalmaticis & mitris albis, subdi- aconi omnes tunicellis. Auditores & clerici cameræ superpellicijs supra rocheta. Secre- tarij & aduocati super vestes cōmunes habe- ant pluuiale cum apertura super humerum dextrum, & Almucia super finistrum, alijs, vi- alias.

Consecratio Romani Pōtificis secūdum antiquas patrum constitutiones, spectare so- lebat ad Episcopum Hostiensem, qui etiam pallio in ea cōsecratiōne vtebatur, assistebat ei Portuensis & Albanensis Episcopi, & hi- tres in benedictione Pontificis quando alijs effet consecratus, tres speciales orationes su- p eum dicebāt. Idē agebant in coronatione Romani Imperatoris: Sed (vt arbitror) ad tollendas cōtentiones iam pridem introdu- ctum est, vt prior Episcoporum Cardinaliū cum duobus ex senioribus Episcopis id mu- nus obire debeant, & in Pontifice, & in Cæ-

fare

fare. Sicque nostris temporibus feruari vi- demus, vt non habeatur ratio Ecclesiarum, sed prioritatis Episcopalis. Consecratio no- stris tēporibus non accidit, nisi in Sixto quar- to: quæ tunc fuit facta secretè, & per Domi- num Rothomagensem qui erat Episcopus Hostiensis, & non Prior, sed non publicum. Prior igitur Episcoporū Cardinalium, si- ue alius, quisquis ille sit, qui electum Pon- tificem effet consecratus, procedat ad altare maius Sancti Petri, ibique ad partem capiat sandalia, & paramenta omnia Pontificalia, acsi celebraturus effet, cum Psalmis & ora- tionibus confuetis: ibique exspectet Pontifi- cem. Interim Pontifici assistet subprior Epis- coporum Cardinalium. Paratis omnib⁹ or- dinibus, Pontifex incensum mittet in thuri- bulo, & prior Diaconorum cum ferula pro- cessionem ad altare maius ordinabit, hoc modo: Familiares Papæ, minores nobiles, cu- bicularij, nobiles maiores & Barones, con- seruatores & oratores laici & non Prælati, Secretarij & aduocati mixtim, ita vt duo an- tiquiores ex vtroque ordine sint indigniori loco: Acoluti, Clerici, cameræ, Auditores, Acoluthus thuriferarius, Acoluthi cero- ferarij: qui septem numero esse deberent: Subdiaconus cum cruce Papali, & alijs sub- diaconis. Subdiaconi duo latini, & græcus cum

cum libris Euangeliorum, Diaconus Græcus. Et nota quid pro Epistola & Euangeliō in Lingua Græca solebant vocari in hac celebritate monachi ex monasterio Crypta ferrata. Deinde abbates forenses, Episcopi, Archiepiscopi, oratores, prælati, Abbates viri, qui in hoc die sunt priuilegiati Episcopi assidentes Papæ, Patriarchæ, Diaconi, presbyteri & Episcopi Cardinales. Diaconi duos assidentes, & inter eos medius Diaconus lecturus Euangelium: demum ipse Pontifex, qui pedibus suis incedet, ipsi Diaconi assistentes fimbrias pluvialis portabunt, & maior princeps caudam, octo nobiles, seu oratores baldachinum supra cius caput ferent. Deinde sequetur auditor, qui mitram ministrat, medius inter duos cubiculares secretos, & inter eos est Secretarius Papa, si non est Prælatus. Deinde protonotarij & curiales Clerici non parati. Ante Pontificem immediatè minister ceremoniarum præcedit cum duabus arundinibus super alteram stuppā, super alteram verò candeli ardente portans. Et cum Pontifex capellam Sancti Gregorij exierit, Ceremoniarium ad eum conuersus, ignem stuppæ mittit, & genuflexus, alta voce dicit: Pater Sancte, sic traxit gloria mundi, quod tertio facit distin-
ctio æquale spacio, antequam perueniunt ad

portam capellæ. Procedunt deinde omnes per nauim ipsius capelle Sancti Gregorij, vbi sepulchra sunt Romanorum Pontificum: & cum illam exierint, flectunt ad dextram: & per portā, quæ est ante altare, ingrediuntur capellæ, & ascendunt etiam ad dextram, antequam Papa cancellos capellæ intret: tres vltimi presbyteri Cardinales veniunt ei obuiam, & osculantur os & peccatum Pontificis, à seniori icipientibus: deinde ante Diaconos assidentes procedunt. Cum autem puerum fuerit ad altare, Pôtifex deposita mita facit orationē sup faldistoriū, deinde surgens remoto faldistorio facit confessionem more solito, stas hoc ordine: A Pontificis dextra stat Episcopus Cardinalis, Cofscrator, vel assistens, si non est Cofscrator, & post eum Diaconus Cardinalis assistens: à sinistris stat Diaconus Cardinalis, lectorus Euangelii, & post eum Diaconus Cardinalis assistens: post quem genuflexus manet subdiacon⁹ Latinus cū libro Euangeliorū, & manipulo Pôtificis, quem illi imponebit dicto Indulgentiā &c. Interim cantores canticant introitū missæ, & Kyrieleisō. Et hæc quidem sup radicē circa decessum ex palatio ad Ecclesiam, & quæ in capella sancti Gregorij, & vsq; ad factam confessionem superius dicta, sunt præterea de parado cōfcratē, seruantur etiam qm electus Episcopus

non est consecrandus, sed benedicendus,
& coronandus tantum. Nunc de ipsa confe-
cratione subiungemus.

Hoc totū Caput prætermittitur, si Papa e-
rat prius Episcopus consecratus, in eo nam
que cōfēratiō Episcopalis cōtinetur.

Cantores vt finierint Kyrieleison, quies-
cent. Electus procumbet super faldistorium
ante altare, ad eius dextram consecrator, &
ad sinistram Diaconus Euāgeliū super scabel-
la, Diaconi assistentes post Pontificem duo
Episcopi Cardinales seniores hinc inde su-
per scabellā, alij omnes, vt cōmodum erit,
genuflexi procubunt omnes cura mitris in
capite: & Diaconus Euāgeliū incipiet sine
mitra Litaniam: & omnes respondent repli-
cando. Cum peruentum fuerit ad locum v-
bi dicitur, Vt hūc electum. & etiam tertio dī-
citur ab eodem Diacono, & tam cōfērator
quā omnes alij in Episcopali dignitate cōn-
stituti præsentes, & parati erecto capite, &
extēsa dextra, non tamen mouentes fe de lo-
cis suis, benedicunt consecrandum tertio, vt
in ordinario. Finita litania omnes surgunt, &
cōfērator stāt ad insumum gradum Papalis
sedis, vertens faciem ad altare, medius inter
duos seniores Episcopos Cardinales: qui et-
iam stolam habere debent, & librum. Elect
Pontifex ante eum stabit medius inter assi-
stentes

stantes Diaconos, vertens faciem suam ad fa-
ciem consecratis. Episcopi, Archiepiscopi,
Patriarchæ, qui aderūt parati cū suis libris,
omnes accedēt, & circulū facient, & omnia
cū consecratore dicēt, voce tamē submissa
depositis mitris, & omnibus stātibus. Episcopo
pus Cardinalis à sinistris super pontificē di-
cit hāc orationē: Oremus, adesto supplica-
tionib⁹ nostris omnipotēs Deus, vt quōd hu-
militatis nostræ gerendū est ministerio: tuæ
virtutis cōpleatur effectu. Deinde Episcop⁹
consecrator dicit orationem cum nota ore-
mus. Propitiare quæsumus Domine suppli-
cationibus nostris: & inclinato super hunc
famulum tuū corthu sacerdotalis gratiæ be-
nedictionis tuæ infunde in eum virtutē, per
Dominum nostrum &c. quā finitā vsque in
vnitate Spiritus Sancti Deus, ponit librum
Euāgeliorum apertum inter ceruicem, &
spatulas electi: quē Diaconi Cardinales re-
tinent vsq; ad finem: & tā consecrator quā
alij duo Episcopi Cardinales pōnunt primō
manus super eius caput nihil dicentes, & si-
militer faciūt omnes p̄sētes parati in Episcō-
par⁹ ordine cōstituti. Consecrator autē exten-
sis manibus dicit præfationē consuetam, Per
omnia secula seculorum &c. Honor omni-
um dignitatum, vt supra notauimus, quum
electus Papa consecratur alio die, quām isto

SACRARVM CERIMONIARVM

Et vngit electi caput, deinde manus. Tu imponit ei annulum, & demum dat ei librum Euangeliorum, & tandem ambo lauantur, & mundantur, vt diximus, plene in eodem loco. Pontifex sedet in faldistorio sibi parato in plano inter sedem eminentem, & altare dum lauat consecrator in alio loco sibi commodo, & lotus deponit paramenta Pontificalia, & cum pluuiiali ac mitra assitit, vt prius. His finitis non dicuntur illæ tres orationes, quæ dici solent, quando electus non consecratur, quia erat Episcopus. Sed mox mundatis manibus & capite, ducitur ante altare, & de manu prioris diaconorū accipit palliū de corpore, & altari Beati Petri sumptum, vt inferius dicemus. Et quidem omnia ab eo loco, vbi incipit. Cantores, vt finierint Kyrieleison, quiescant, & dimittuntur si electus erat prius consecrati Episcopus.

Si electus Pontifex iam Episcopus est tunc benedicendus, & coronandus hac die, hoc modo proceditur.

Seruatis omnibus, quæ supra diximus, vsque ad cantatū introitum, & Kyrieleison, Papa facta confessione accipit immediate mitram: & sedet in sede, sine faldistorio sibi parato inter sedem eminentem & altare: & tres primi Episcopi accedunt ad Pontificem, & faciem ante illius faciem tenentes sinc mitra

LIBER PRIMVS. 34

tra, illorum junior super Pontificem stantem sine mitra ipse in medio duorum stans primam dicit orationem, videlicet: Deus qui adesse non dedignaris, vbi cunque deuota mente inuocaris: adesto quæsumus inuocationib. nostris, & huic famulo tuo. N. quæ ad culmen apostolicum iuditum tuæ plebis elegisti: vbertatem supernæ benedictionis infunde, vt sentiat se tuo munere ad huc apicem peruenisse. Secundam dicit immediate secundus Episcopus Cardinalis, stans & ipse in medio, videlicet: Supplicationibus nostris omnipotens Deus effectum consue ta pietatis impende: & gratia Spiritus Sancti famulum tuum. N. perfunde: vt qui in capite Ecclesiarum nostræ seruitutis ministerio constituitur: tuæ virtutis soliditate robustetur. Et tertiam antiquior, id est, Prior Episcoporum Cardinalium in eodem loco stans, videlicet: Deus qui Apostolum tuum Petrum inter cæteros Apostolos primatum tenere voluisti: eiçque vniuersæ Christianitatis molem super humeros imposuisti, respice quæsumus propitijs hunc famulum tuum. N. quem de humili Cathedra violenter sublimatum in thronum eiusdem Apostolorum principis sublimamus: vt sicut profectibus tantæ dignitatis augentur, ita virtutum meritis cumuletur.

E 2 qua-

quatenus Ecclesiasticae vniuersitatis onus te adiuuante dignè ferat. Et à te, qui es beatitudine tuoru vicem meritam recipiat: per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dicitis orationibus Papa etiam sine mitra accedit ad altare, & prior Diaconorum secundo adiuuante capit pallium de altari, & imponit Pontifici & solus dicit; Accipe pallium, sanctam plenitudinem Pontificalis officij, ad honorem omnipotentis Dei, glorioissimae virginis Mariæ eius matris, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et firmat cum spinulis.

Accepto pallio Pontifex accedit ad altare sine mitra: illud osculatur primùm, & deinde librum Euangeliorum, quē subdiaconus à sinistra parte offert, imponit incensum thuribulo Diacono Euangelij offerente nauiculam, incensat altare more solito, & accepta mitra in cornu altaris stans, à Diacono incensatur, & non recipit Diaconus tunc osculum, vt aliás, sed ascendit ad Cathedram eminentem, sedens recipit ad reuerentiam Cardinales & prælatos omnes paratos. Cardinales ad osculum pedis, manus et oris, alios paratos ad osculum pedis & manus, finita reuerentia surget Papa sine mitra, & legit introitum & Kyrieleison, sustinente librum Cardinali Episcopo, cum alijs assistenti-

stantibus. Deinde in voce dicit, Gloria in excelsis Deo. Pax vobis, & orationes opportunas, videlicet de die, de Spiritu Sancto: & ultimò dicit secrète orationem pro se, quæ habetur in consecratione Episcoporum.

Dicitis orationibus, sedet Pontifex, & prior Diaconorum cum ferula descédit ad confessionem benti Petri cum Subdiaconi, auditoribus, scrinariibus, id est, secretarijs, & aduocatis: quib⁹ in duas acies distributis, ita vt in qualibet acie sint ex omnium ordine, faciunt laudes Pontifici, stantes capitib⁹ detectis, Papa & omnibus alijs sedentibus in locis suis. Prior Diaconorum incipit solus alta voce, quasi legendō: Exaudi Christe. Subdiaconi, auditores, scrinarij & aduocati respondent: Domino nostro Innocentio, à Deo decreto Summo Pontifici, & vniuersali Papæ vita. Et sic tertio dicitur per priorem, & totiens per illos quoque respondeatur. Subsequenter idem prior Diaconorum dicit, Saluator mundi. Et illi respondebunt, Tu illum adiuua. Et sic ter dicetur, & ter respondetur. Deinde idem prior dicit, Sancta Maria: & illi respondebunt, Tu illum adiuua. Et bis dicetur, & bis respondebitur. Inde prior idem subiunget, Sancte Michael, & illi respondebunt, Tu illum adiuua. Et tunc deinceps semel dicetur, & semel respondebitur.

bitur. Sequitur prior-

Sancte Michael,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael, Tu illum adiuua.
Sancte Ioannes Baptista,
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Stephane,
Sancte Leo,
Sancte Gregori,
Sancte Benedicte,
Sancte Basili, Tu illum adiuua.

Sancta Sabba,
Sancta Agnes,
Sancta Cecilia,
Sancta Lucia,

Finitis laudibus dicitur Epistola latinè, & deinde Græcè, & proceditur in missa, vt aliâs, vsque ad finem datur benedictio. Sed nō publicantur tunc indulgentiæ. Sacris missarum solennijs ritè peractis, proceditur ad coronationem. Pontifex reassumptis chirothecis, & annulis cum omnibus paramentis suis, in quibus celebrauerat, & cum Cardinalibus, prælatis & officialibus omnibus, vt in missa paratis: procedit ad suggestum supra gradus basilicæ Apostolorum principis ex materia constru-

ctum,

etum, & ornatum, ibique in sede eminenti sibi parata sedet: & cùm omnes prælati conuenient, & populus ex basilica in arcam exierit; Diaconus à sinistris deponit mitram consuetam è capite Pontificis, & Diaconus à dextris Tiaram, quod Regnum appellant, & triplici corona ornatum Pontificis capiti imponit, populo acclamâte Kyrieleison. Et Diaconus à dextris latine, à sinistris verò vulgariter publicant plenarias indulgentias, tum paratur processio ad Lateranum.

Sed quoniam plerumque antequam hæc completa sint, hora est fatis tarda, & longa ad Lateranum restat via, multaque ibi adhuc sunt peragenda: confuerunt aliquando Pontifices, & patres sustentationis gratia aliquatum cibi sumere: paratur refectio in atrio dom⁹ Archipresbyteri basiliæ pro Pontifice & Cardinalibus, pro alijs prælatis in vicinis domibus canonicorum. Coronato Pontifice veniunt ad refectionem, & interim parantur, quæ ad processionem sunt opportuna. Sumpta refectione Pontifex & oēs descendunt ad equitādum, & hoc ordine proceditur ad Lateranum. Primi incident valisarij Cardinaliū suo ordine: et deinde eorum familiae & oēs laici mixtim, vt eis placuerit. Tum per ordinem isti sequentur

Etonfor,

tonfor,& sartor Papæ cum valisijs rubeis,in quibus sunt vestes,quæ pertinent ad sanctissimum dominum nostrum familiares & scutiferi Papæ,nobiles curiæ minores,& nepotes affinesque dominorum Cardinalium, scala Papæ panno rubeo cooperta,quā portat equus albus ductus per vnum ex parafrenariis purpura veste induitum, Qui, postquam Papa ascendit equum cum ista scala,yadit in ordine suo,dextra equi habenas,sinistra rubrum ferens baculum,Huc sequuntur duo decim cursores Papæ etiam rubris vestibus induiti,equestris portates duodecim vexilla rubra,bini & bini,Inde tredecim vexilliferi capitum regionum vrbis cum suis vexillis cherubin aliquanto maioribus alijs vexillis etiam vestibus rubris & equestres omnes vexilliferi. Tum vexillifer populi Romani cum vexillo,& insignijs populi Romani. Deinde vexillum album cū cruce nigra,quod portat procurator ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum,vexillum cum armis Papæ,quod aliquis magnus nobilis portat,& demum vexillum ordinis Hierosolimitani rubrum cum alba cruce,quod procurator eius portat,Isti quinque vexilliferi habebunt equos cataphractos,sive bardatos,& coopertos tela sericea usque ad talos equorum,cum insignibus suis ipsi autem erunt armati,ac si præli-

um essent ingressuri,dempta galea cū cernis ex tela etiam sericea cum insigni,& inguli vexilliferi habebunt quatuor pedites cum lacernis bocafinis cū insignibus Dominorū,hunc ordinē vexillorū inueni seruatū. Sed mihi non placet:neque videtur debitus ordo:Nā non honoramus signū,nec signi figurā sed signati dignitatem,vnde ponimus vexillum ciuitatis,in qua est Pontifex,in principio,vt minus dignū,deinde vexillū ordinis beatæ Mariæ Theutonicorū,in quo est crux nigra in albo.Tū vexillum Papæ,inde vexillū Ecclesiæ,& bene haec tenus.demū in loco honorabiliori vexillū ordinis militaris Hierosolimitani cum alba cruce in rubro: quod mihi videtur præter omnē conuenientiā,nam signū crucis albae in rubro nō est signum vniuersitatis Christianorū,sed illius tantū ordinis militaris,sicut & nigra in albo alterius ordinis est signum.Vniuersitatis aut̄ Christianæ signum est crux rubra in albo: ergo vexillum ordinis Hierosolimitani non est præferendū signo Papæ,aut signo Ecclesiæ,locus igitur suus effet post vexillū ordinis Teuthonicorū,& nō post oēs.Si aut̄ ad effet vexillū cruciatæ crux rubra ī albo,quia est vniuersale omniū Christianorū, illud iure optimo ponendum effet in loco digniori. Post vexilla procedūt duodecim equi albi sine

fessoribus, phaleris aureis instratis carmatis ornati, quos duodecim parafrenarij ducunt rubra veste induiti, & baculum rubru in sinistra portantes, hos sequuntur quatuor nobiles, pilea quatuor carmasina supra baculos quosdam deferentes, qui scutiferi honorarij vocantur Cubicularij, deinde sequuntur equitates in suo habitu oratores laici, & non praetati simul cum baronibus & maioribus nobilibus. Tum subdiaconus apostolicus cū cruce Papali, & suis collegijs parati, vt in missa, & apud crucem duo magistri ostarij cum suis virginis, post hos duodecim familiares Papæ rubra veste induiti, portantes duodecim intorticia accessa ante sacramentum corporis Christi pedites, inde duo familiares sacrificæ equestres etiam rubro induiti, portantes laternas argenteas cum lumine ante sacramentum. Et post eos ducitur per familiarem sacrificæ rubro etiam iudutum, & baculum in sinistra habentem, equus albus, mansuetus, ornatus, vt illi duodecim, portans sacramentum, habens ad collum tintinnabulum behè tinniēs. Et supra portatur baldachinum cum insignibus Papæ & sacramento per ciues Romanos, qui inter se mutantur terdecies, vt una quæq; regio habeat suā partem. Post sacramentum equitat immediatè sacrificia, qui, vt cæteri prelati, habet equum totum

totum coopertū bocasino, & ipse & omnes alij parati sunt, vt in missa cum paramētis, & mitris. Sacrista in manu gestat album baculū. Sequuntur deinde duo praefecti nauales, & in eorum absētia duo nobiles, induiti, vt aduocati & secretarij præter Almuciā. Et post eos ipsi secretarij, & aduocati cū almucijs. Catores deinde equitati cū superpellicijs. Tū acoluthi, clerici camere, & auditores cū superpellicijs supra rochetū. Subdiacon⁹ Græcus, & latinus, & Diacon⁹ Græcus, vt in missa. Sequuntur de hinc prelati cum equis copertis & ipsi cū mitra, & pluiali. Abbates forenses, Episcopi, Archiepiscopi Abbates vrbis, Episcopi aſſistentes Papæ, Patriarchæ, Diaconi cū dalmaticis, presbyteri cum planetis, Episcopi Cardinales cum pluialibus, procedunt duo Diaconi aſſistentes Papæ, & inter eos medius prior Diaconorū, si ipse dixit Euangeliū, prior Diaconorum ferulā in manu portare debet, et totā pcessionem ordinare, & illa ordinata equitare in loco suo. Procedit tandem summus Pontifex super equum albū faleratum, coopertrū à parte posteriori stragiola carmesina sub baldachino, q̄octo magninobiles siue oratores portant. Cum Papa per scalam, quāsuperius diximus, ascendit equū, maior princeps qui pſens adest, etiā si Rex effet aut Imperator, stapham equi

equi papalis tenet, & deinde ducit equum per frenum alquantulum. Si imperator aut Rex soli essent, id est, non esset alius Rex, soli equum ducerent cum dextra manu. Si verò esset alius Rex, dignior à dexta, alius à sinistra frenum tenerent. Si nō sint reges, digniores ducant equum. Et postquam Imperator, Rex, siue alius magnus princeps aliquantulum equum duxerit, substituantur alij duo magni nobiles corum loco, & mutetur. Si verò Pontifex, non equo, sed sella veheretur, quatuor maiores principes, etiam si inter eos Imperator, aut qui uis maximus princeps adesset, in honorem Salvatoris Iesu Christi, sellam ipsam cum Pontifice humeris suis portare aliquantulum debet. Sed aderunt etiam quatuor validi Pontificis familiares, qui pondus sustinent: Ita vt principes ipsi in signum piae religionis, ac reuerentiae magis, quam ad onus subeundum manus apposuisse videantur: qui etiam mutabuntur pro hominum. & itineris dispositione. Similiter & octo nobiles, qui Baldachinum super caput Pontificis ferunt, mutabuntur post aliquod spaciū & equos suos ascendentibus in ordine suo equitabunt, eorum loco nobiles ciues Romani usque ad Lateranum, Baldachinum portabunt, mutabunturque per vias, sicut de Baldachino Sacramenti diximus.

Ante

Ante Pontificem conseruatores, capita regiōnum, & alij magistratus, ac nobiles vrbis pedites præbūt, & Prætoriani milites cū eis accincti ensibus circiter cētum, & baculum in manibus portantes, ad custodiam corporis Pontificis. Circa Pontificem, aliquando ante, aliquando post equitabit Marescallus, siue Soldanus curiæ, cū duobus fæculis pecuniarum ante sellam, & ipsas pecunias projectat super populum ad pressuram dimouēdam, vt infra dicemus. Primū iactum pecuniarum faciet, cūm Pontifex incipiet le moruere: alium apud pontem Hadriani, tum in area apud montem Iordanum: Inde in area Parionis, deinde alium apud Sanctū Marcū, postea apud Sanctū Adrianum, & demum, vbiunque magnam pressuram apud Pontificem viderit: & vt facilius possit pértransire, ad partem transuersam iaciat pecunias. Post Pontificem immediatè sequuntur duo Cubicularij secreti, medium tenētes Auditorem rotæ Decanum, qui seruit de mitra. Et deinde duo Medici cum secretario principali in medio, si ille non est prælatus. Subsequitur deinde vmbella rubri coloris: quā unus seruiens armorum, præter galeam totus armatus eques portat. Postremò equitant Vicecameraius, si nō est paratus, & omnes prælati non parati, Protonotarij, Auditor

SACRARVM CERIMONIARVM

tor contradictorum, si non sit paratus, & si militer corrector literarū: qui si sint parati, e- quitant in loco promotionis, & omnes to- gati. Vicecamerarius baculum in manu por- tat; & pertinet ad eum curare ut ordo à prio- re Diaconorū datus seruetur in pcessione. Et secundū antiquas consuetudines, Came- rarius Papæ non portat ferulam, si est Car- dinalis, sed eius Vicari⁹, & Vicecamerarius: quia non ad Cardinalem, sed ad Camerariū id pertinet. Hoc igitur ordine ad Lateranū procedunt. Cùm Pótifex peruenerit ad mō- tem Iordanum, Iudæi illi obuiā eunt, genu- flexi legem Pontifici offerunt, Lingua He- braica legem laudantes, & hortantes Pon- tificem, vt illam veneretur. Pontifex illis au- ditis, in hanc sententiam respondet: Sanctā legem Viri Hebræi, & laudamus & vena- mur, vt pote ab omnipotenti Deo permanus Moysi patribus vestris tradita est: obseruan- tiā verò vestrā, & vanam interpretationem dānam⁹ atq; improbamus: qd Saluatorē, quē adhuc frustra expectatis, Apostolica fides iā pridem aduenisse docet, & prædicat Domi- num nostrum Iesum Christum: qui cum pa- tre & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus, per omnia seculorum. Sed quoniam nonnunquam accidit, vt Iudæi populi mul- titudine opprimātūr, solent aliquando im- petra-

LIBER PRIMVS.

40

petrare pro eorum securitate, vt hoc faciant superāte murali arcis Sancti Angeli in angu- lo ad viam, qua itur ad palatiū, respicienti.

Cùm Pontifex ad Ecclesiam Lateranēsem peruerterit, descēdit in porticum Ecclesiæ, & à Canonicis illius Ecclesiæ honorificè pa- ratise xcipitur cum cruce. Descendit Pon- tifex ex equo: prior Canonicorum Latera- nensium offert crucem osculandā Pontifi- ci, quam Diaconus Cardinalis accipit, & ad os Pontificis, cui priū Tiaram extraxit, po- nit: osculata cruce, Pontifici ponitur mitra, & regnū datur in manibus auditoris: ipse ve- rō pontifex à priore, & Canonicis prædictis ducitur ad marmoream sedem, ante portā principale à sinistra stantē, quæ Stercoraria appellatur, & ibi eum sedere faciunt: qui ita tamē sedet, vt magis iacere videatur, ad quē mox accedentes Cardinales elcuāt eū hono- rificè, dicētes: Suscitat de puluere egenum, & de stercore erigit pauperē: vt sedeat cum pricipib. & soliū glorię teneat. Surgēs Ponti- fex, accipit de gremio Camerarij sibi aſſisten- tis, quantum pugno pótō plecti pecuniarū. Vbi tamen nihil prorsus sit argēti aut auri, & spargit inter populū, dicēs: Argentū & aurū nō est mihi: quod autē habeo, hoc tibi do. Pons lingneus recta linea, à porta Ecclesiæ pricipali, ad altare maius excitatur cū pluteis hinc

SACRARVM CERIMONIARVM

hinc inde pectoribus tenuis, altitudo circiter quinque pedum, latitudo sex aut septem, qui alteri ponti coniungitur simili modo constructo à porta, qua ascenditur per ecclesiā ad Sancta Sanctorum venienti, quod fit, ut Pontifex à populim multitudine nō opprimatur. Circā altare à gradibus, & suprà omnia circum circa tabulis clausa esse debet, vt per pontem tantum capellam intrent. Præcedētibus igitur Canonicis & cantatibus: Te Deum laudamus, Pontifex cū Cardinalibus intrat Ecclesiā, & ante altare maius supra faldistorium præcumbens, sine mitra aliquantum orat. Deinde surgēs benedicit populo, dicens: Sit nōmen Domini benedictum &c. Inde cum mitra ascēdens ad sedem eminētem, sedens recipit ad osculum pedis Canonicos Lateranenses. Deinde Pontifex per ipsum pontem ascēdit ad palatium Lateranū per portam, quę est in ecclesia. Et cūm peruentum fuerit in prima aula, q̄ aula concilij appellatur, sedet Pontifex in sede sibi para- ta apud tabulam lapideā in capite aulæ, quę dicitur mensura Christi. Et hinc inde apud eū stāt Domini Cardinales. Prior verò presbyterorum Cardinalium stans ante Papam conueniēti inter uallo cum Subdiaconis, auditoribus, Aduocatis, & scrinariis facit laudes Domino nostro, vt fecerat prior Diaconorum

LIBER PRIMVS.

41

nōrū. S. Petro, incipiens, Exaudi Christe &c. Prior presbyterorum prædictus, & alij qui faciunt laudes, stant detecto capite. Pontifex verò sedet cum mitra, alij Cardinales stant cum mitra. Hoc tamen fieri solebat in introitu ipsius portæ in primo plano, antequam ad aulam prædictam veniatur, com modè tamen in hunc locum translatus est hic actus propter illius loci angustiam. Finitis laudibus, Papa procedit ad capellam Sancti Siluestri, ibi ante portam capellæ sūt duæ sedes porphyreticæ perforatae: & ibi sedet Pótifex super primam, ad quem prior Ecclesiæ Lateran. accedit, & genuflexus dat Pontifici ferulam in manu in signum correctionis & regiminis, & claves, ipsius basilicæ ac palatiij Lateranensis, in signum potestatis claudendi & aperiendi, ligandi atq; soluendi. Surgit deinde Papa cum ferula & clavis, & sedet in altera sede porphyretica ad aliam partem, & ibi restituit eidem priori ferulam & claves, & ab eodē præcingit super planetam sedens cum cingulo quodam sericeo rubro, cum bursa etiam sericea & rubra: in qua sunt duodecim lapides preciosi cum musco. Tum Pontifex præcinctus & sedens, è gremio Camerarij capit dearios argenteos omnifariam, quotquot potest manu continere, & super populum

F

spar-

SACRARVM CERIMONIARVM

spargens, dicit: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi. Et hoc ter tio facit. In istis duabus sedibus Pontifex sedet, vt in Stercoraria.

Ducitur deinde Pontifex ad sancta sanctorum, ubi super faldistorium sine mitra genuflexus orat. Inde surgēs, cum mitra reuer titur ad capellam Sancti Siluestri: in quam intrans sedet super sedem ibi paratam, tum deponit mitram, chirotecas, pallium, plan tam, & assumit pluviale, & mitram simplicē, & sedens dat presbyterium hoc modo, Cardinalibus duos aureos, & duos grossos argenteos. Veniunt Cardinales, & profundē caput inclināt ante Pontificem, porrigitur que & mitram apertam, in qua Pontifex immittit pecuniam: illi accepta pecunia manū Pontificis osculantur, pecunias capit Pontifex ē gremio Camerarij. Alij prælati genu flectunt ante Pontificem, & accipiunt in mitra sua vnum aureum & vnum grossum, & osculantur dextrum genu Papæ: Alij vero prælati & Officiales accipiunt in manu tantundem, & osculantur pedem. Datō presby terio Pontifex cum Cardinalibus ascendit ad palatium Lateranense: & si non facit solenne conuiuium, deponit paramenta sua: intrat cameram, quiescit & prandet seu cœ nat. Cardinales ducuntur ad cameras sibi ordina-

LIBER PRIMVS.

42

ordinatas: quiescunt, recreantur, & expe cant Pontificem, si vult redire ad Sanctum Petrum eodem die. Sin autem non, reuer tuntur domum.

D E C O N V I V I O S O L E N

ni Pontificis cum Cardinalibus & Præ lati s.

Sectio III.

Ed quoniam Maiores nostri confuerunt in die coronationis, & feria quinta in cœ na Domini solenne conuiu um celebrare ijsdem fermè ceremonijs: aliquid etiam de solenni Papali conuiuio hoc loco dicernus. Maximè cùm etiam nostra ætate factum sit à Pio secundo, & Paulo item secundo, summis Pontificibus.

Parabitur igitur aula contiuuij, aulæis & pannis sericeis aureisque pro temporis & loci conditione. In capite aulæ erit fug gestus, ad quem triplici gradu ascendetur, longus pro latitudine aulæ, in medio sur get quadratus thalamus, palmi altitudine: super quo mensa paratur Pontificis, apud paricitem erit sedes Papalis, ad quam par uo & deinde magno scabello ascendetur: ornabiturq; sedes cū panno aureo pendēt supra caput, mēsa erit alta ad iustā pportio nem

SACRARVM CERIMONIARVM

nem sedentis à sinistra super suggestum, parabitur alia mensa pro credentia Papæ cum vasis aureis & argenteis, vino & aqua, & alijs consuetis. Credentiam appellant mensam, supra quam vasa argétea sive aurea, ad conuiuum opportuna præparantur. Et similiter in diuinis, supra quam ad sacrificandum necessaria continentur. Dicitur, & Credentia, actus ipse prægustationis cibariorū, & aliarum rerum. Hæc exponere voluimus, quoniam crebrè in hoc opere de credentia mentionem facturi sumus. Antiqui ceremoniarum codices Dressatorium dixerunt. A dextra parte aulæ, infra suggestum parabitur mensa pro Episcopis, & presbyteris Cardinalibus, & paulò inferius pro alijs prælatis. Et pro Cardinalibus erunt aliquanto altiores: sedilia habebunt gradum unum, super quem tenebunt pedes Cardinales. A sinistra è regione mensæ Cardinalium, parabitur mensa pro Diaconis Cardinalibus eiusdem altitudinis & cù gradu. Et inferius aliæ mensæ pro Oratoribus, nobilibus & Officialibus. In fine aulæ, vel in aula præcedente, si erit commoda, parabitur magna Credentia cum pluribus gradibus ad magnificentiam, & alia super longam mensam cum vasis, quibus in conuiuo vtentur.

Si huic conuiuo interesset Imperator,
para-

LIBER PRIMVS.

43

paratur pro eo sedes ad dextram Pontificis, & mensa super plano suggestus, super quā solē comedet Imperator. Sedes habebit scabellum paruum viride, & erit ornata panno aureo, non habebit pendentem supra caput, similiter parabitur pro eo credentia iuxta credentiam Papæ à sinistris, & ibi erunt familiares Imperatoris pro suo seruitio. Si verò adesset Rex aliquis, paratur credentia pro eo paulò remotior ab ea. Sedes verò nulla paratur: quia sedet in mensa post primum Episcopū Cardinalem. Imperator sive Rex habebüt tot seruitores, quo eis opportunū videbitur. Cardinalib⁹ verò singulis sufficiunt quaterni ministri, quorum unus vinum propinet, alter carnes concidat, alter de culetello fercula inferat, quartus prægustet vinum & aquam & alia subministret. Pontificis seruire solent nobiliores, qui sunt in curia laici, etiam si sint fratres, aut filii Regum, pressertim in illorum præsentia. Pontifex igitur cù paramentis Póntificalibus si celebravit illa die, usque ad Dalmaticam inclusiū, & cù sandalijs indutis, supra Dalmaticam manto rubro, aperto à parte anteriori, & mitrā habens in capite supra fauonem, medius inter Diaconos ducitur ad mensam. Cardinales & prælati omnes habent suppellicium super röchetū, sive supra vestes sui ordinis, si sint

F 3 religi-

religiosi, & mitram albam in capite. supra suppelliū Cardinales & prælati seculares habent mantellū sine cauda, apertum à parte ante, & coloris violacei siue obscuri. Religiosi verò coloris sui ordinis, sed eodē modo apertos. Ceteri oēs in suo habitu quotidiano. Aderunt familiares Pōti. & alij seruitores in copia. Aderunt etiā seruientes armrū bene ornati cū suis baculis argenteis, qui præire debent ante portantes fercula, & remouere multitudinem à via.

Magister sacri hospitij, & magister domus puidēt in tēpore de modo & ordine ferulorū, de seruitoribus, qui prius & qui posterius, & quod quælibet mensa habeat pfectos suos. Quæ vina primō, quæ deinceps, & p quos ferenda, & sic de alijs rebus opportunis. Pōtifex remota prius mēsa, ad partē se deat in sedē cū mitra, & mantellū post collum apertū, vt nihil ante pectus depēdeat. Cardinales, principes, & plati, & alij conuiuæ stēt ante mēsas paratas. Nobilior laicus, etiā Imperator aut Rex, aquā ad lauandas Pontificis manus, primō ferat hoc ordine. Magister sacri hospitij cū clero ceremoniarū, quicin adesse opōret in ordinādis hisce rebus omnibus, cū seruientibus armorū. Et si Imperator aut Rex aquam ferre debet cum aliquibus etiam Principibus sociatus, Imperatore, aut

aut Regem ad credentiam dūcit. Si est nobilis inferior, solus erit, et in credētia aquam prius à ministris probatam & prægustatam accipit in peluibus, fertq; confuetis ceremoniis ad Pontificem præeunte uno ex auditoribus cum mantili ad tergendū manus. Prior Episcoporum Cardinalium & duo Diaconi assistentes, depositis in manibus seruitorum mantellis & mitris, sic in rocheto seruent Papæ dum lauat, Episcopus aquam cū portante infundendo, & Diaconimātile, quod ab autore acceperant hinc inde tenendo. Dum Papa lauat manus, non prælati sed laici omnes genuflectunt, Cardinales & prælati stant capite detecto. Cum Papa lauerit, raptetur mensa ante eum, & tres Cardinales, qui illi seruierant, capiunt suos mantellos & mitras, & vadunt ad loca sua: & Imperator apud sedē suā primō stans lauetur suis ceremoniis, deinde Domini Cardinales lauentur stantes ante mensas cum mitris in capite, post eos lauentur prælati stantes sine mitris, & seculares (si qui sunt) detectis capitibus. Stabunt ante mēsas lauātes eo ordine, quo sedere debent in mēsa, prior Episcopo rū in capite ad dextram: si aderit Rex alijs, erit in secūdo loco: si plures Reges, mixti erūt cū primis Cardinalibus, primō Cardinalis, deinde Rex succesiūe, si erūt mixtim prin-

cipes, aut filij, vel fratres Regum (si non seruiunt Pápæ) debent sedere inter Diaconos Cardinales, vel post eos, pro eorum dignitate & conditione, primogenitus autem regis quia Rex futurus putatur, post primum presbyterum Cardinalem erit. Sed nullo modo inter Episcopos. Et hoc tam in cōuiuijs, quā alijs publicis actibus, quamvis nostro tempore aliquorum siue ambitione, siue ignorantia aliquando sit seruatum contrarium.

Confuerūt antiqui ponere Patriarchas quatuor Ecclesiarum principalium inter Episcopos Cardinales mixtim, nostro tempore (credo propter declinationē, siue potius extinctionem illarum, cum sint quodammodo titulares) ponuntur immediate post Cardinales, deinde assistentes Papæ, tum oratores prælati, inde Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarij, Abbates, Subdiaconi, Auditores, Clerici cameræ, & Acoluthi. Ad finistram verò erūt Diaconi Cardinales, & cum eis Principes, quos prius diximus (si aderūt) post eos autem, si præsentes erunt, alij Principes, inferiores illi tamen, qui solent prædere oratores Regum. Deinde erunt oratores laici, & non prælati, & cum eis Senator, & tres conseruatores vrbis. De alijs autem laicis, qui sunt extraordinarij, nihil ponim⁹, nam admitti solent ad voluntatem Pontificis, & non ordinariè.

Aduertat tamen magister domus, vt prius cum clero ceremoniarum ponat in scriptis nomina, & ordinem iudicatorum ad cōuiuum, & maximè laicorum: & si quæ sunt contentiones de presidentia, componantur prius, quod si ibi orientur, si nolunt componi, ambo contendentes honestè iubeantur exire, si tamen effet colorata contentionis causa, et non temeraria: quia tūc solus temerarius ejciendus effet.

Quod autem de Imperatore dicimus, intelligimus de Imperatore Romanorum, nō autem Græcorum, nā ille vt Rex tractatur. Poterunt lauari post primos plures eodem tempore. Postquam omnes lauerunt, Pontifex benedicit mensam stans sine mitra, & tunc Diaconi assistunt, finita benedictione sedet, imponitur mitra, & Diaconi vadunt ad loca sua et sedētibus omnib. ordine quo sitererāt, fercula portātur. Primum ferculum portabit nobilior princeps, siue Imperator, siue rex sit. Secundum alijs dignior post eū, & sic successiue: & si erūt ex illis, qui debeat sedere in mensa, portato ferculo sedeant in loco suo: Et notandum, quod Imperator, rex, seu maximus princeps, capit ferculū, quod portare debet ad Pontificem, extra portam aulæ conuiuij ab aliquo familiari Pontificis illuc apportatum. Alij inferiores pro fercu-

Io ad coquinam vadunt, magister sacri hospitij, & magister dom⁹ baculos in manibus tenetes, & in habitu tibi cōdecenti deducunt portantes fercula: quæ quidē fercula ad Pōtificem & Imperatorem tantū cooperta portari debent, alijs autem, etiam regibus detesta: & similiter vinum. Possunt tamen portari, & maximè principibus usque ad aulam conuiuij, & deinde antequam appareant in conspectu Papæ, detegi. Item in præsentia Pontificis nulli omnino fit publice prægustatio nisi ipsi Pontifici, et Imperatori tantum, pro Rege autem, aut maximo principe poterit fieri à suis si voluerint in credētia, vel vbi capiunt fercula. Pro Pontifice & Imperatore fiet ibi vnde capiūt à dantibus, & in mensa à portāte, & de omnibus rebus. Cum primum conuiuum incipietur, in loco cōuenienti ponatur pulpitum, & Subdiaconus, siue capellanus Papæ, aliquid de sacra scriptura legat usque in finem conuiuij. Interim cū silentio, & sine strepitu omnia administrē tur quām diligentissimè. Cum Pontifex liberit, confuerunt omnes astantes, præter Episcopos, & superioris dignitatis viros genu flectere, quod seruari nostris temporib⁹ vidimus, quamuis in nullo ceremoniarum libro id legerimus. Epulis abundē subministratis fit secunda lotio manuum, & tunc secundus

cundus nobilis laicus portat aquā consuetis ceremonijs, prior Episcōporum Cardinaliū & duo Diaconi dimissis mātellis & mitris, vt supra, seruūt; deinde reuertūtur ad loca sua, lauantur & alij ordine suo, quo supra, sedētes tamē, & dum Cardinales lauāt, vnuſ seruit alteri de mātili illud explicando, & tenēdo dum alius lauat, & sic sucesiūe. Ponuntur deinde vinum & confectiones siue species, vt habēt antiqui codices: & demū finito conuiuio lector dicit. Tu autē Domine miserere nobis, nisi sit in cœna Domini: quia tuūc non profertur, Tu autem. Surgit Pontifex sine mitra, assūtū ei Diaconi, & reddūtur gratiæ, vt in ordinario. Omnibus cōpletis reducitur Pontifex ad cameram suam, & alij ad propria diuertuntur. Si autē solenne conuiuiū huiusmodi fiet in die, quo Pōtifax sacra publicè nō celebrauerit, omnia, vt predicta sunt, seruabuntur, nisi de sacris vestib⁹. Papa induitus amictu, albalōga, cīgulo, stola preciosa & māto rubro cum paruo caputio subt⁹, siue si calores erūt, sine māto cū caputio tantū ducetur ad mēsam. Cardinales & prelati erūt in mantellis cōfuctis sine superpellicijs, & sine mitris: alia om̄nia, vt supra. Aduertendū tamen, quod nunq̄ in conuiuio Ponficis admittuntur mulieres, etiā Impeatrix, Regina, vel Punti. cōsanguinea effet.

*QVÆ MVTANTVR, SI
coronatio Pontificis fiat extra urbem.*

Sectio IIII,



Vx supra diximus de consecratione, benedictione, & coronatione Romani Pontificis, omnia seruabuntur, etiam si extra urbem Romanam fient, præter infra scripta. Cū Papa ad eccleiam venerit, vbi ca fieri debet, Canonici & capellani illius Ecclesiae illi obuiam exhibunt processionaliter. Sed non recipiuntur ad osculum pedis, vt canonici Sancti Petri. Intrabit Pontifex in ecclesiam, & in medio genuflexus orabit versus altare maius. Deinde ibit ad capellam, vbi paramenta capere debet, conuenienti spacio ab altari maiore distâte, vt cōmodè processio posit inde explicari, alia omnia usque ad actum coronationis fient, vt dictū est, sed ipsa coronatio fiet vel supra gradus vel loco commodiori, et magis in cōspectu populi, nam ibi parandus erit suggestus, vbi maius erit spacium ad capiendam multitudinem. Pontifex ornatus poterit equitare cum solenni processione, vt ad Lateranum confueuit, ad aliquam aliam Ecclesiam, & in via fiet iactus pecuni-

pecuniarum, & Iudei obuiabunt cum lege, et respōdebitur, & fiet, vt in via ad Lateranū. Et cū peruererit ad dictum locum, descendet, & super sedē in loco honesto sibi in introitu Ecclesiae præparatam, scēdebit: & tunc extrahetur sibi regnum, & imponetur sibi mitra, & astantibus sibi hinc inde Diaconis, & deinde in ordine alijs Cardinalibus, à priore presbyterorum Cardinalium cum subdiaconis & alijs officialibus consuetis fient laudes: Exaudi Christe, vt dictū est superius. Tum Pontifex ascendit ad altare maius præcedente clero illius Ecclesiae, & cantante: Te deum laudamus, procūbet super faldistorio ante altare maius, ad orationem sine mitra, & finito, Te Deum, factaque oratione, ascendet ad altare, & benedicet populo: deinde assumpta mitra ascendet ad sedem eminentem, & dat presbyterium Cardinalibus & prælatis: & finitis omnibus, vadit ad locum, vbi ordinatum est conuiuum, vel ad cameram suam, si priuatim prandet. Et omnia seruantur, vt in vrbe, quæ seruari possunt.

*DE ADVENTV ET CORO-
natione electi in Imperatorem Roma-
norum Sectio. V.*

L E E C T V S Rex futurus Romanorum Imperator primum cōsueuit electionem suam per suos solennes oratores summo Pōtifici intimare, & decretum electionis ostendere, deuotionem ac fidelem reuerentiam exhibere, fauorem & gratiam Apostolicę sedis implorare, offerre se ad quæcūque fidelitatis iuramenta Romanę Ecclesię p̄sta rida: & demum vñctionē, consecrationem, & Imperij diadema humiliter postulare. Pontifices vero confuerunt viſo decreto, & examinata electione in sacro Senatu, habitoque suffici enti informatione tam super forma electio nis, quam super idoneitate & habilitate personae electi, per commissarios à se constitut os ad instantiam dicti electi, ipsum electum in spiritualem filium suum & Ecclesię Romanę fuscipere, illique fauorem & gratiam cōcedere, & ipsius regis electi persona idonea reputata, eum nominare, denunciare, assumere, & declarare Regem Romanoru ac etiam habilem, & sufficientem declarare ad fuscipiendum Imperialis celitudinis dignitatem: decernere consecrationē, & coro nationem per manus suas esse impendendas & supplere omnes defectus &c. Hoc seruat um legimus in Karolo quarto à Clemente sexto,

sexto, & antea in Henrico septimo à Clemē te quinto, & in Alberto eius prædecessore, & Rodolpho patre à Bonifacio octauo, & à pluribus alijs: & in Venceslao Karoli quar ti filio, quem pater adhuc viuens in Romanorum Regē ab electoribus designari procurauerat, cuius rei approbationem, cùm Gregorius vndecimus, ad quem delata erat, morte præuentus decernere non posset: Urbanus sextus eius successor legitime conficit.

Q V O D V E N I E N T E I M-
peratore mittantur legati Apostolici.

L E C T V S igitur Romanorum Imperator quum statuerit urbem petere, ad Imperiale diadema de manu summi Pontificis fuscipendū, primum conuenit per nuncios & Legatos suos cū Romano antistite de modo & tempore intrādi, vt Pōtifex reb⁹ opportunis cōfulere possit, deinde cū Pontifex nouerit Cæsarē iam Italiam intrasse, mittit illi obuiā duos legatos de latere, qui illū conueniant, anteq̄ terras Romanę Ecclesię ingrediatur. Et post gratulationes, salutationē et benedictionem, nomine Pontificis honesto modo exigunt ab illo iuramētū solitum p̄stari ab ele-

SACRARVM CERIMONIARVM

ab electis Imperatoribus, ante quam intrant agrum Romanæ Ecclesiæ, in forma, qua in decretis cauetur, videlicet: Sanctissimo Domino nostro, Domino N. diuina prouidētia Papæ. Ego. B. Rex Roman. pmitto, & iuro p patrem, & filium, & spiritum sanctum, & per lignum viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod si permittente Domino, Romanum venero, sanctam Romanam Ecclesiæ & sanctitatem suam, rectoré ipsius exaltabo secundum meum posse & vitam: membrum nunquam, neq; ipsum honoré, quem habet, mea volūtate, meo consilio, meo consensu, aut mea exhortatione perdet, & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad sanctitatem suā, aut ad Romanos pertinent, sine vestro consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatē peruererit, suæ sanctitati reddam: & cuicunque Italicum regimen cōmisero, iurare faciam illum, vt adiutor suæ sanctitatis sit ad defendendam terram sancti Petri, secundum suum posse: Sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Aliquando oratores electi, quando veniunt ad intimandam electionem, & ad petendum approbationem, nomine electi Regis solent præstare suprà dictum iuramentum, si habent ad hoc speciale mandatum. Hoc iuramentum Federicus

LIBER PRIMVS.

49

ricus tertius, Imperator, qui adhuc regnat, dum Senis esset in manibus legatorum Apostolicorū, Anno salutis quinquagesimo primo supra mille & quādringentos præstitit, & ante eum plures alij præstiterunt. Dehinc ut primum Ecclesiæ territorium ingressus est Cæsar, consuevit cum sua familia expensis Pótificis ali, quamdiu & Romæ, & in agro Romano fuerit. Nicolaus quintus, quanuis Federico prædicto cum familiaribus quingentis tantum expētas promiserit: longè tamen plures ære suo aluit. Vt Sutrium venit Cæsar, vel locum vrbis vicinum, ita ut pridie post applicare ad urbem possit, legati Apostolici illum cum aliquibus prælatis à Pontifice missis, qui necessaria carent, dimittunt, & Romanū perueniunt. Sequenti die electus Imperator Romanum versus capit iter, cui honoris gratia obuiam mittuntur. à Pontifice prælati, Barones, & Curiales, hoc ordine, ut in Federici aduentu seruatum est. Primi ad sextum lapidem Columnenses proceres cū suis amicis & clientelis, & mox Vrsini atque alij Barones vrbis, tū Pontificis copiæ, quæ adsunt cū illarū præfecto, inde Vicecamerarius cū præfecto vrbis, Senatore, Conservatoribus, Officialibus, & alijs nobilibus ciuibus Romanis, deinde ordines curiæ cū regente Cancellariæ sine aliquo alio prælato.

G

Demum

SACRARVM CERIMONIARVM

Demum alijs prælati domestici Pontificis cū omni eius familia, & tādem Sacrum Cardinalium collegium ad radices montis iuxta domū leproforum Cæsarem expectabunt. Hi omnes distinctis interuallis Imperatori electo obuiabunt. Oratores verò principū, si qui in vrbe erunt, pro suo libito obuiam pcedent. Cardinales, vt Cæsarem cōuenient congratulationibus, & oblationibus factis nomine Pontificis, & collegij, illum habentes mediū inter duos primos Episcopos Cardinales, deducent vsque ad tentorium, siue alium locum sibi deputatū extra vrbum: nā Cæsar non confueuit ca die qua appulit, vrbum intrare, sed per nocte saltem vna nocte, extra mēnia in campis. Cardinales & alijs omnes, postquam Cæsar ad locum deputatum peruererit, in vrbum reuertuntur. Cōfueuerunt etiam elec̄ti Imperatores hac die, antequam ponticulum, qui primus ante ingressum vrbis post descensum montem occurrit, pertranseant, præstare iuramentum Romanis, in hanc formā: Ego Karolus Rex Romanorū futurus Imperator, iuro me seruaturum Romanis bonas consuetudines suas, Sic Deus me adiuuet.

DE VRBIS INGRESSU
Imperatoris.

Poſtera

LIBER PRIMVS.

50



Oſterā die Cæſar per portam, quæ est sub arce Sancti Ange- li, hoc ordine quaſi triūphans ingreditur, primi duo equites vexilla duo Cæſaris portant, alterum Sācti Georgij, quod ad Sueuorum pertinet custodiā, Aquilæ alterum, hos ſequuntur Cæſaris cohortes armatae, tum nobiles proceres, & togati eius. Inde oratores regum, & principum, qui adſunt. Tum ſi quis adeſt Rex, aut maximus princeps, vt fuit cum Federico Rex Vngarię, & Bohemię Ladislauſ. Et tunc ſequitur p̄fectus vrbiſ, & Senator. Et ad p̄fectū qui dem pertinebat nudū enſem ante Cæſarem ferre. Federico tamen marescallus ſuus, non p̄fectus, gladiū p̄ætulit. Inter iſtos autem & Cæſarem nemo equitare debet, niſi marescallus, ſi p̄fectus non p̄æfert enſem. Incedit deinde Cæſar ſolus equitans, & poſt eum prælati confiliarij proceres inermes, & alijs togati ſui. Deinde modico interuallo Imperatricis familia, ſi vxor virū ſequitur, ſuccedere debet, ante illam nobiles & plati, & poſt Matronæ, Virgines, & pediſſeq, circa illam vero ſolam equitantem pedites multi. Ultimò incedit Ecclesiasticæ copiæ p̄opam claudentes. Portā ipſam qua ſub arce ingreduntur, noſtri codices falſo Collinā appellat.

G 2

Collina

Collina autem porta non est in nouis Leonis Papæ suburbib⁹, sed in antiqua Roma, Quirinalis primum dicta, deinde Collina (vt scripsit Varro) à pluribus montibus, qui in Quirinali monte continebantur, hodiè Salaria nūcupatur, quia inde via Salaria itur. In porta igitur quæ sub arce est (non Collina) cleris vrbis sacris vestibus ornatus, cum crucibus & sanctorum reliquijs, praefidēte Vicario vrbis, & alijs Ecclesiarum prælatis infulatis Cæsarem expectant: adueniēti cruces deosculādas offerunt, & eum incensant, ac cantantes: Ecce mitto Angelum meū &c. procedunt usque ad gradus basilicæ principis Apostolorū. Ciues autem digniores baldachinum supra Cæsaris caput portant, Cōseruatores freno equum ducunt. Cum verò est in magna Area ante gradus, praefectus & Senator id muneris gerunt. Et descendente ex equo Cæsare, praefectus stapham tenet, deinde ante eum præcedit. Inter equitandum autem Cæsaris Camerarius pecuniam spargere consuevit, vt diximus in coronatione Papæ de Soldano. In plano supra gradus basilicæ, ante primum porticum ad dextram ascendentibus erigitur suggestus ornatus cū throno Pontificali, & sedibus Cardinalium platorum & officialiū, vt supra descripsimus in coronatione Pontificis. Supra quem

quem suggestum Pontifex pluuiiali & mitra preciosis induitus ascendit cū ordinibus curiæ paulò ante, quām Cæsar appareat. Eleitus Imperator cum suis omnibus seruato ordine, vt equum descendit, per gradus ascendit suggestum. Et vt primū Pontificem videt, detecto capite illum genu terram tangens veneratur. Et iterum cum appropinquat ad gradus sedis, genuflexit, demū ad Pontificis pedes peruenit, illos in reuerentiam Saluatoris deuotè osculatur. Pontifex hilari vultu Cæsarem aspiciens, ad osculum manus & oris recipit. Tum Cæsar iterum genuflexus, auri massam ad pedes Pōtificis offert, habetque verba ad Pontificem, gratias agens pro honore suscepito, prout illi videbitur. Pontifex benignè illi respondens illū subleuat, & summæ charitatis declaratione amplectitur. Et stante ibi ad dextram Pontificis Cæsare, pontifex recipit Imperatricem ad osculū pedis & manus: Regē verò, si quis adeat, ad osculū pedis, man⁹, et oris: alios autē prælatos, pcceres, & nobiles Cæsaris ad osculum pedis tantū. His finitis surgit Pōtifex, & manu sinistra Cæsare capiens ē suggestu defecedit, & pariter ad secundum usq; Ecclesiæ porticū cum eo p̄greditur. Deinde Pōtifex palatiū ascendit ad camerā suā reuersurus, et Cæsar duobus aut quatuor Cardinalibus so-

ciatus templum ingreditur, Apostolorum sacras reliquias veneraturus cum suis omnibus. Inde ad loca cuique destinata diuertitur. Cæsar ipse in palatio Apostolico recipi consueuit: Augusta verò in aliquo loco vicino. Cæsar postera die, opportuno tempore ad Pontificem accedet, & cum sua sanctitate de incumbentibus ad solennitatem pertractabit. Statuerunt de die coronationis: & si qua erunt prius peragenda deliberabunt: ut Federici tempore factum est, qui ante diem Imperialis coronationis, inter missarum solennia benedictionem Imperiale cū sponfa sua Heleonora, Regis Portugallie filia suis cepit. Et corona regni Longobardici sue Italici, quam superiores Imperatores Modestiae fuscipere consueuerunt, cum Federicus pestis timore illuc accedere non potuisset, Pontificis Nicolai manibus coronatus est in basilica Petri apud altare maius, quæ corona ferrea (licet arca sit) nuncupatur.

Cerimonias in coronandis Regibus seruandas, in libro Pontificali, quem nuper emendauimus, plene conscripsimus. Proinde eò diligentem Lectorem relegamus.

Et notandum, quod Cæsar antequam coronetur Imperiali diademate, sedet post primum Episcopum Cardinalem. Et si quis Rex adest, sedet tunc post primum presbyterum

terum Cardinalem. Cum verò Cæsar erit coronatus, tunc sedebit in sede sibi parata inter Papam et primum Episcopum Cardinalem, & tunc Rex erit post primum Episcopum Cardinalem. Adueniente die statuta Imperialis coronationis, quæ conuenientissima est in die Dominica Lætare, in medio Quadragesimæ (vt durantes in Rationali diuino rum scriptit), & ita à Nicolao Quinto in coronatione Federici seruatum est, Ecclesia Sancti Petri, & capella maior erunt decenter ornatae, vt in maximis solennitatibus, cū Pontifex est celebraturus diuina, solent ornari, & præter consueta erigantur duo suggestus hinc & inde extra cancellos capellæ: alter pro Imperatore electo ad sinistram venientibus: alter à dextra pro Imperatrice: & ornetur tapetis, aulæis, sedibus, scabellis, & alijs opportunis. Ecclesia tota, & maximè capella D. Gregorij, D. Mauritij, & quæ D. Mariæ in turribus appellata extra Ecclesiam in primo porticu sub turri campanaria est, bene mundentur, ornenturque. Imperatrix verò, antequā Pontifex descendat ad Ecclesiam, cum iuis ornata, præueniens suggestum sibi paratum concendit. Summo igitur mane Pontifex cum Cardinalibus, prælatis, & alijs Officialibus paratis colore temporis & Missæ congruis, veluti ad sup-

plicationem, & sub baldachino descendant ad Ecclesiam, & præmittat duos Diaconos Cardinales cum suis cappis laneis ad Cæsarem, qui eum congruo tempore ad Ecclesiam deducant. Pontifex facta reverentia ante altare, accedat ad sedem, ubi consuevit accipere paramenta, & recipiet ad reverentiam omnes prelatos. Incipiet tertiam, & accipiet sandalia, ut alias consuevit: & dicta oratione induitur omnibus paramentis Pontificalibus. Interim Cardinales oës qui sunt cum Cæsare, ut primum cognoverunt Pontificem intrasse Ecclesiam, & ipsi cum Cæsare & omni sua comitatu ad Ecclesiam descendunt: egressi primâ palatij portam, per primas Ecclesiæ portas, quæ super gradus basilicæ patent, ingrediantur porticum ad capellâ, quæ vocatur beatæ Mariæ inter turres, ibi à Canonicis & collegio Ecclesiæ occurrenti recipitur. Quo deductus Cæsar ad altare dictæ capellæ, in manibus primi Cardinalis praesentis, & nomine Pontificis, recipientis, beato Petro, summo Pontifici, & suis successoribus solitum iuramentum prestat in forma subscripta, videlicet: Ego N. Rex Romanorum, adiuuante Domino, futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem atque defensorem fore

fore summi Pótificis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus eius custodiendo & cōseruando possesiones, honores, & iura, ac ius, quantum diuino fultus a diutorio fuerit, secundum scire & posse meum recta & pura fide. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Euangelia. Tum induitus superpellicio & almucia recipitur à Canonicis Sancti Petri in Canonicū, & in fratrem, quos omnes stans ante altare dictæ capellæ recipit ad osculum pacis. Inde præcedente clero, & cantante responsum, Petre amas me tu scis Domine quia amo te. Pasce oves meas. Versus. Simó Ioannis armas me plus his tu scis Domine, quia amo te. Pasce, &c. Alij Cæsaris proceres suo odine ad portam deueniunt principalem ipsius basilicæ, quæ argentea nominatur, & ex quinque media est. Interim duo Episcopi Cardinales post priorem antiquiores, facta reverentia Pontifici cù suis mitris & pluuialibus veniunt ad prædictam portam, dū Cæsar adhuc est in dicta capella inter turres. Et ante cum iunior Episcopus Cardinalis stas sine mitra, supra Cæsarem genuflexum orantē dicit hanc orationē: Oremus, Deus in cuius manu corda sunt regum, inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ, & huic famulo tuo Regi veram appone sapientiam,

vt haustis de tuo fonte consilijs, & tibi placet, & super omnia præcellat: per Christū Dominum nostrum, Amen. Finita prima oratione intrant Ecclesiam Cæfare incedente semper inter duos Diaconos Cardinales prædictos: & immediatè præcedētibus duobus Episcopis Cardinalibus præfatis, & fletentes ad sinistram perueniunt ad capellam Sancti Gregorij, vbi Imperator sedens deposita Almucia primò induit sandalia, deinde stans tunicellam, & demū Imperiale paludamentū: & mox inde procedēt ad medium Ecclesiæ, vbi rota porphyretica est, venit & ibi ab alio Episcopo Cardinali sibi assistente dicitur super eū alia oratio, videlicet: Deus inenarrabilis, auctor mundi, conditor generis humani, gubernator Imperij, confirmator regni, qui ex vtero fidelis amici tui patriarchæ nostri Abrahæ, præelegisti regem seculis præfuturum, tu præsente rcgem hunc cum exercitu suo per intercessionē Sanctorum vberi bene^{*} dictione æternitatis circūda, vt semper maneant læti, & triumphantes in pace victores, per Christū Doninum nostrum, Amen. Procedunt deinde ad confessionem beati Petri sub altare, vbi procumbit super faldistorium Imperator, & duo Episcopi Cardinales ascendunt capellam, & vadunt ad sedes suas: prior autem Diaconorum

norum, ac prior presbyterorū parati descēdunt ad eum, atque hinc inde genuflectunt, & Diaconus ipse facit litaniam procumbēs ad sinistram, omnibus alta voce replicantibꝫ & flexis genibus permanentibus. Finita litanía surgit prior presbyterorū, & super Cæfarem adhuc procumbentem dicit, Pater noster, & ne nos. Saluū fac seruum tuum. Resp. Deus meus sperantem in te. Ver. Esto ei Domine turris fortitudinis. Ref. A facie inimici. Ver. Nihil proficiat inimicus in eo. Ref. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Ver. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Oremus, Prætende quæsumus Domine famulo tuo dextrā cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, affequatur. Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiantur: per Christum Dominum nostrum, Amen. Etcum Diacono his finitis reuertitur ad locum suum inter alios Cardinales. Dum ultimæ orationes dicuntur per presbyterum Cardinalem, prior Episcoporum Cardinalium, cum pluiali, stola & mitra descendit ad Imperatorem, & simul cum duobus

duobus Diaconis finitis orationibus, dicit illum ad altare Sācti Mauritij, vbi stans cum mitra inungit brachium dextrum Cæsaris, & scapulas cum oleo exorcizato in modū crucis, & deposita mitra dicit: Oremus, Deus omnipotens, cuius est omnis potestas, & dignitas, te supplici oratione, atque humilima prece deposcimus, ut huic famulo tuo. N. p. sperum Imperatoriē maiestatis cōcedas effectum, ut in tua protectione constituto, ad regendum Ecclesiam tuam sanctā nihil ei presentia officiant, futura nihil obstant, sed inspirante Sancti Spiritus dono, populum sibi subditum æquo iusticiæ libramine regere valeat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibiq; iugiter placere contendat.

Deus Dei filius Iesus Christus Dominus noster, qui à Patre Deo participationis vngatus est p̄rē participibus suis, ipse per presentem sacri vnguenti infusionem Spiritus Paracleti super caput tuum infundat benedictionem, eandēque vsq; ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili & tractabili dono inuisibilia percipere, & temporali regno iustus moderationibus executo æternaliter cōregnare ei merearis, qui sine peccato rex regum viuit cū Deo Patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen. Interea adducitur

Impe-

Imperatrix si adeat, & similiter perungitur in eisdem locis, deinde dicitur per eundem Cardinalem Episcopum oratio super eam cum mitra, quia ad eam, non ad Deum oratio dirigitur: Spiritus sancti gratia nostrę humilitatis officio copiosa in te descendat, vt sicut manibus nostris licet indignis, oleo materiali oblinita pingueſcis exterius, ita eius inuisibili vunctione delibuta impinguari merearīs interius, eiusq; spirituali vunctione perfectissimè semper imbuta, & illīcita declinare tota mente, atque spernere discas, & valeas, & utilia anima tua iugiter optare, atque operari queas, & opereris auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cū Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus, &c. Et hæc quidem fiunt ad altare beati Mauritij, nam ad altare beati Petri nemo inungitur, nemo ordinatur, nisi Romanus Pontifex solus. His completis Imperatrix ad suum suggestum reuertitur, & Cæsar cum Episcopo Cardinali & Diaconi ad Pontificem. Diaconi acceptis suis dalmaticis & mitris in manibus vadunt ad reuerentiam Papæ: qui descendens de sede sua p̄cedit ad altare suppli cabūdus more solito: & recipit ad osculum oris & pectoris tres presbyteros Cardinals assistentes. Deinde facit cōfessionem Cæsar ad dextrā Episcopi Cardinalis assistentis genu-

genuflexo super suū faldistorium permanē
re. Facta confessione Pontifex accedit ad al-
tare, osculatur, & incensat, vt aliās, deinde
recipit ad osculū oris & pectoris primō Cæ-
sarem, deinde tres suos Diaconos Cardina-
les, & mox ad eminentēm sedem ascendit,
& Cæsar ad suum suggestum cum suis prin-
cipalibus & ministris dederit. Cū Pon-
tifex deceſſit à latere, ministri Cæſaris affe-
runt gladium cū sua vagina & cingulo, co-
ronam, sceptrum & pomum, dāda suo té-
pore Imperatori & Imperatrici, quæ perfa-
cristam, & clericum ceremoniarum locan-
tur super altare. Interim verò, dum Pōtifex
facit confessionem, incipit chorus Introitū
& Kyriel. Pōtifex verò in ſcde eminēti ſtans
ſine mitra legit Introitum, & procedit in
miſſa, vt aliās, vſque ad dictam Epistolam, &
graduale. Sed poſt orationem diei dicit pro
ipſo Imperatore hanc orationem: Oremus,
Deus regnorum omniū, & Christiani maxi-
mè protector Imperij, da feruō tuo. N. Im-
peratori noſtro triumphum virtutis tuæ ſci-
enter recolere, vt qui tua conſtitutione fit
princeps, tuo ſemper munere fit potēs. Pro-
ſecrata: Supſcipe Domine hostias Ecclesiæ
tuæ pro ſalute famuli tui. N. ſupplicantis, &
protectione fidelium populorum antiqua
brachij tui operare miracula, vt ſuperatis
inimi-

inimicis ſecura tibi feruiat christiana liber-
tate, per Dominum noſtrum Iesum Christū
filium tuum &c. Poſt communionem: Deus
qui ad prædicandum æterni regni Euange-
lium Romanum Imperium præparasti, præ-
tende famulo tuo Imperatori noſtro N. ar-
ma cœleſtia, vt pax Ecclesiæ nulla turbetur
tempeſtate bellorum, per Dominum noſtrū
Iesum Christum &c. Dum cantatur gradua-
le, Cæſar descendens ē ſuggestu venit ad
pedes Sanctissimi Domini noſtri deducen-
tibus eū duobus Diaconibus Cardinalibus
paratis: & vnuſ ex clericis cameræ ex altari
accipit gladium cum ſua vagina, & illum ad
priorem Diaconorum ſtantem ante Ponti-
ficiem, ad dextram portat, quem Pontifex
vagina extractum de manu ipſi⁹ Diaconi ac-
cipiens, Imperatori ante ſe genuflexo in dex-
tra manu tradit, ipſe cum mitra ſedens, ac
dicens: Accipe gladium de ſuper beati Petri
Apostoli corpore ſumptū per manus noſtras
licet indignas, vice tamen & auctoritate Dei
omnipotentis, & beatorum Apostolorū cō-
ſecrat⁹, Imperialiter tibi cōceſſum, noſtreq;
benedictionis officio in defenſionē Sanctæ
Matris Ecclesiæ diuinit⁹ ordinatū ad vindi-
ctā malefactorū, laudē verò bonorū. Et me-
mor esto de quo Pſalmista prophetauit, di-
cēs: Accingere gladio tuo ſuper femur tuū
poten-

potentissime, vt in hoc vim æquitatis exerceas per eundem molem iniquitatis potentissime destruas, & Sanctam Dei Ecclesiam, eiusque fideles propugnes, atque protegas: neque minus sub fide falsos, quam christiani nominis hostes exeras, atque dispergas: viduas, atque pupillos clementer adiuues, atque defendas: Desolata restaures, restaurata conserues: vlciscaris iniusta, conserues benè disposita: quatenus hoc agendo virtutum triūphator gloriōsus, iustitiae cultor egregius: cum mundi Saluatore, cuius typū geris in nomine eius, sine fine regnare merearisi: Qui cum Patre & Spíritu Sancto vivit, &c.

Finita oratione Diaconus accipit gladium, & reponit illum in vagina, quam habebat in manu, & simul cum Pontifice accingit illo Cæfarem, dicente Pontifice: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Et attende, quia Sancti nō in gladio, sed per fidem vicerunt regna. Accinctus gladio Imperator, & miles beati Petri effectus, surgens euaginat gladium, ter illum vibrat, deinde reponit in vagina, & iterum genu flebit: cui Pontifex pomum de altari, & sceptrum, vt de gladio diximus, ad eum portata, in manu dextra pomum, & in sinistra sceptrum ponit, dicens: Accipe virgam virtutis, atque

atq; veritatis qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos: errantes viam docere, lapsis manū porrigit: dispergere superbos, & releuare omnes humiles. Et aperte tibi ostiū Iesu Christi dominus noster, qui de semetipso ait, Ego sum ostiū, per me si qui introierit, saluabitur. qui est clavis David & sceptru domus Israël: qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Sitq; tibi auctor qui eduxit vincitū de domo carceris, sedētem in tenebris, & umbra mortis, & in omnib; sequi merearis eū, de quo David propheta cecinīt, Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regnitai. Et imitando ipsum diligas iustitiam, & odio habeas iniquitatem: quia propterea vnxit te Deo, Deus tuus ad exēplum illius, quem ante secula vxerat oleo exultationis præ participi bus suis, Iesum Christum Dominū nostrum: qui cum eo viuit & regnat Deus &c. Demū Imperiali coronam cum sua Tiara allata sibi ex altari (vt de alijs dixim⁹) imponit super eius caput, dicens: Accipe signum glorie & diadema regni, coronam Imperij, in nomine & Patris, & filii, & Spiritus Sancti, vt spredo antiquo hoste, spretifq; contagijis vitiorum omnium, sic iusticiam, misericordiam, & iudicium diligas, & ita iuste, piè, & misericorditer viuas, vt ab ipso domino nostro Iesu

stro Iesu Christo in confortio sanctoru[m] a[et]erni regni coronā percipias, qui cū Patre, &c. Et mox Imperator osculat pedes P[er]tificis & surgens discingit gladio, eūq[ue] armigero suo tradit. Eti[pe] cū corona, sceptro & pomo p[ro]cedes, ab illis duobus Diaconib[us] ducitur ad sedē Imperialē, paratam sibi à dextra P[er]tificis inter Pontificē, & priorē Episcoporū Cardinaliū: quæ sedes altior erit sedib[us] Cardinaliū, & humilior Papali sede, habebitq[ue] aureū pannū post tergū, & paruum scabellū ad pedes, & ibi sedebit quousq[ue]; Imperatrix coronetur. Imperatrix verò ducetur ab eisdē ad Pontificē, qui surgens sine mitra super eam genuflexā dicit hanc orationē: Deus, qui so[lo] habes immortalitatē, lucemq[ue], habitas inaccessibilē, cuius sapiētia in sua dispositione nō fallitur: qui facis cuncta quæ futura sunt, & vocas ea quæ nō sunt, sicut ea quæ sunt: qui superbos æquo moderamine de p[ri]ncipatu deſiſis, atq[ue] humiles dignāter in sublime prouenitis, ineffabilem misericordiam tuā supplices exoramus, vt sicut Hester reginā Israheliticę causa salutis de captiuitatis suę cōpede soluta, ad regis Assueri thalamū, regniq[ue] sui cōfortiū trāsire fecisti: ita hāc famulā tuā. N. humiliatis nostrę bene & dictione Christianę plebis salutis gratia ad dignam, sublimemq[ue] Imperatoris nostri copulam, & Imperij sui parti-

participatum transire concedas, & vt in Imperialis fœdere coniugij semper permanens pudica, proximam virginitati palmam continere queat, tibiq[ue] Deo vero & viuo, in omnibus & super omnia iugiter placere desideret, & te inspirāte, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat, per Christum Dominum nostrum, Amen. Deinde sedens cum mitra accipit coronam Imperialē de manu prioris Diaconorum Cardinalium ex altari allatam, & imponit super illius caput, dicēs: Officio nostræ indignitatis. N. Imperatrix sole[n]iter benedicta, accipe coronam Imperialis excellentiæ: quæ licet ab indignis, Episcopa libus tamen manibus capitū tuo imponitur, vt sicut auro & gemmis redimita enites, ita & interius auro sapientiæ virtutumque gemmis te omnipotens decorari concedat, quantum post occasum huius seculi cum prudentib[us] virginibus sponso perenni Domino nostro Iesu Christo, dignè & laudabiliter occurrentis, regni cœlestis aulæ ingredi merearis ianuam, eodem Domino nostro Iesu Christo auxiliante, qui cum patre, &c. Et corona statim osculatur pedes Pontificis, & surgens educitur tam ipsa, quam Cæsar simul ad suos suggestus, ybi in sedibus sibi paratis locantur, & sedentibus Imperatore & Augusta in sedibus cum Imperialibus ornamētis, prior

tis, prior Subdiaconorum Apostolicorum cum alijs subdiaconis & cum Capellanis auctae imperialis descendit ad confessionem beatissimi Petri, alta voce simul cum ipsis facit laudes Imperatori, dicens: Exaudi Christe: Scriniarij verò urbis cum cappis sericeis stantes superius apud chorum respondent, Domino Federico inuictissimo Roman Imperatori & semper Augusto salus & victoria. Qua laude tertio repetita, prior Diaconorum cum suis tribus vicibus dicat, Saluator mundi: & Scriniarij vicissim respondeant, Tu illum adiuua. Et deinde iste cù suis duabus vicibus dicat, Sancta Maria, & illi vicissim respondeant, Tu illum adiuua, et sic deinceps.

Sancte Michael,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael,
Sancte Ioannes Baptista,
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Stephane, resp. Tu illum adiuua.
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancte Siluester,
Sancte Leo,
Sancte Gregori,

Sancte Benedicte,
Sancte Basili, Sancta Saba,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agnes,
Sancta Cecilia, Sancta Lucia,

Post haec omnibus ad locum reuerentibus cantatur Alleluia, vel Tractus, & deinde Euangeliū, Credo, & Offertorium. Deinde Imperator & corona & manto depositis, sine sceptro aut pomo descendit, & ad Pontificis pedes aurum offert, quantum sibi placet. Et similiter post eū facit Imperatrix, quæ deinde non reuertitur ad suggestum, sed procumbit super faldistorium à dextra parte altaris sibi paratu in loco ubi non impedit credentiam, & ibi expectat usque ad communionem. Imperator verò Pontificem ad altare descendenter sequitur, & illi in locum subdiaconi calicem & patenā cum ostijs offert, deinde aquam infundendam in vino. Et retrahens se ad partem dextram stat usq; quo Pontifex ad sedem eminentem communicaturus reuertatur, quem Imperator sequitur. Et ab ei⁹ manibus ipse primo, deinde Augusta sacram corporis Christi communionem sumant, postquam Pontifex cum Diacono & subdiacono communiquerint. Nam subdiaconus postquam cum Diacono communicauit de corpore & sanguine Christi, accipit de manu Diaconi

apud altare cum circulis & ceremonijs con-fuetis duas hostias consecratae pro Imperato-re & Augusta: & eas ad Pôtificem portat. Et percepto sacramento Imperator quidé Pontificis facie osculatur, Augusta vero manum: & descendentes ad altare de manu Dia-coni vinum purificationis sumuntur, & descen-dant ambo ad suos fugitutus, ibique resu-mant Imperialia signa. Poterit tamen Pôti-fex, si ei videbitur, super imperatorem ante se genuflexum, immediate postquam illum cum Augusta cōmunicauerit, infra scriptas orationes dicere: videlicet, Respice quæsumus omnipotens Deus, serenis obtutibus hunc gloriōsum famulum tuum N. vt si-cut benedixisti Abraham, Isaac & Iacob, sic illi largiaris benedictionē spiritualis gra-tiæ, eumque plenitudine tua p̄tentia iri-gare atque perfundere digneris, vt tribu-as ei de rore cœli, & de piguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & o-nium frugum opulétiam. Et ex ea largita-te diuini munera longea tēpora, vt illo re-gnante sit sanitas corporis, imperij pax inui-lata sit in regno, & dignitas gloriofa regalis palatiū maximo splēdore regie potestatis, oculis omnī fulgeat, luceq; clarissima corus-care, atq; splēdescere quasi splēdidissimi ful-goris maximo p̄fusa lumine videat. Tribue ei omni-

ei omnipotens Deus, vt sit fortissimus pro-tector, & consolator ecclesiarum, atq; cœ-nobiorum sanctorum, maximè pietatis, re-galis munificentia: atque vt sit fortissimus triumphator hostium ad opprimendas re-belles, & paganas nationes, sitque suis ini-micis facie terribilis, maxima fortitudine, Regbis potētiae, optimatibus quoq; ac pre-cellis proceribus, et fidelibus sui regni sit mu-nificus, amabilis, & pius & ab omnibus ti-meatur, & diligatur. Et post gloriofa tem-po-ra, atq; fœlicia vitæ præsentis gaudia, in per-petua beatitudine habitare mereatur, Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Benedic quæsumus Domine hunc Prin-cipem nostrum N. quem ad salutem populi nobis à te credimus esse concessum. Fac an-nis esse multiplicem, salubri corporis robo-re vigentem ad senectutem optatā perueni-re fœlicem. Sit nobis fiducia obtinere gratiā populo, quam Aaron in tabernaculo, Heli-seus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulis impetravit in templo. Sit illi regendi auctoritas, quam Iosue suscepit in castris, & David sumpsit in prælijs, Petrus accepit in clave, Paulus est vsus in dogmate. Et ita pa-storis officium perficiat in Christi ouile, si-cut Isaac profecit in fruge, & Iacob est dila-tatus in grege. Quod ipse præstare dignetur

qui cum patre, &c. Deus pater aeternæ gloriæ sit adiutor tuus, & protector, & omnipotens benedictus cat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, & vitam tuam in longitudinem dierum impluat; thronum regni iugiter firmet, & gentem populumque tuum in aeternum conferuet: & inimicos tuos confusionem induat, & super te sanctificatio Christi floreat: ut quicquid tribuit in terris imperium, ipse in ecclesiis conferat premium, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

Post communionem Pontifex descendit ad altare, & prosequitur Missam more consueto. Et in fine dat benedictionem solennem, dicens: Sit nomen Domini &c. Et publicantur immediate indulgentiae per vnum ex Diaconis assistentibus, siue plenariae, siue ut Pontifici placuerit. Tum Cardinales & Praepositi deponunt paramenta, & accipiunt lanceas cappas, Pontifex vero dimissis Missalibus indumentis accipit pluviale & mitram preciosam, & cum Imperatore descendit ad gradus basilicæ sub eodem baldachino. Si est dominica Lætare Hierusalem, Pontifex sinistra portat rosam auream, dextra benedicit assistentibus, atque hinc inde eleuantibus fimbrias Diaconibus. Hanc autem auream rosam Pontifex antequam ad ecclesiam descendat in camera Papagalli benedicit cum balsamo & musco,

& musco, quod singulis annis fit in tali die, prout inferius in suo loco plene scribemus. Si vero esset ali dies, dextra sicut sinistra tenebit dextram Imperatoris. Diaconus a sinistra retro erit inter Papam & Imperatorem, & cum dexteritate eleuabit fimbriam a dextris, caudam vero portabit maior princeps, et si erit Rex. Principes, vel rex, & praepositi qui venerunt cum Cesare, dum missarum & coronationis solennia sunt, semper Cesarem sequuntur, & cum ipso in suo suggestu consistunt semper. Et similiter, qui cum Augusta, eam semper comitantur, assistuntque. Quae finita Missa, dimissis Pontifice & Imperatore in Ecclesia, ad domum suam cum suis reuertitur.

PROCESSIONE PONTIFICIS ET Cesaris per urbem.

Cesar vero cum corona in capite, sceptro & pomo in manibus ad latus Pontificis incedet, nisi illius manu ducatur: quia tunc pomum vel sceptrum tantum in sinistra retineret, cum ad finem graduum peruenierit, traditis sceptro & pomo vni ex suis, praeuenit ad equum Pontificis, & in honorem saluatoris nostri Iesu Christi, cuius vices Pontifex in terris gerit, tenet stapham quoad

Pontifex equum ascenderit. Et deinde accepto equi frāno per aliquos passus dicit equum Pontificis. Pōtifex, dum Imperator hec vtilitatis officia vult exhibere, debet aliquantulum modestē recusare, & tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in personam suam, sed illius cuius locum tenet, recipiendo permittit illum aliquantulum progredi: tum firmat sc̄e, & nullo pacto permittit Cēfarem vltierius ire: qui mox cōscenso equo suo accedit ad sinistrum latus Pontificis, & sub eodem baldachino equitat. Et hoc ordine procedunt. Primūm p̄cedant familiæ Cardinalium cum suis valisijs, & simul mixtæ familiæ prælatorum, principum, & omnium curialiū tam Cēsariorum quām Pontificis. Deinde duo cum valisijs Pontificis, inde familiares domestici. Imperatoris, & post eos familiares Papæ, tū nobiles, barones, comites minores vtriusq;: equo cū scala Papæ, tū vexilla rubea, quæ duodecim curfiores portant. Deinde vexillum populi Romani, vexillum Imperij, vexillum Papæ, vexillum Ecclesiæ, vexillum crucis, cum vexilliferis armatis & ornatis, vt in coronatione Papæ. Hos sequuntur duodecim equi albi phalerati sine fessoribus. Deinde quatuor nobilis portantes pilea ex cramefino quatuor Papæ cum baculis, quibus succedunt aduocati & Secretarij mixtim secundum priorita-

tem officij p̄cedētes cū suis capputijs circa collum, quos tamen p̄cedunt Secretarij Imperatoris. Tum sequuntur cubicularij etiam cū suis capputijs: inde Acoluthi Clericicameræ Apostolicae, & post eos statim auditores cum rochetis & cappis. Deinde subdiaconi cum cruce papali, cum galero Indicis coloris, & cum alijs subdiaconis cum cappis vt alij: tum duo portantes laternas cum lumine ante Sacramentum equitantes, deinde equus albus phaleratus cum tintinabulo portans Sacramentum, & supra sacramētum baldachinum per ciues Romanos portatur, & circa duodecim intorticia, quæ portantur per duodecim familiares Papæ, siue per duodecim beneficiatos Sancti Petri cū superpellicijs. Et melius, vt vidi seruari per Dominum Papam secundum. Post sacramētum equitat Sacrifa cum ferula alba. Inde, si qui sunt maximi Domini, principes aut duces: principes electores immediatè ante Cardinales procedunt. Et si quis adesset frater, aut filius Imperatoris, iret medi⁹ inter iuniores Diaconos Cardinales: Rex iret à sinistris senioris Episcopi Cardinalis. Et si plures adessent Reges, locarentur cum alijs. Episcopis Cardinalibus, sequuntur duo Diaconi Cardinales assidentes Pontifici. Et si cū Cēfare essent duo principes electores, qui præfer-

SACRARVM CERIMONIARVM

preferrent gladium & pomum Cæsaris, isti deberent ire immediatè ante Cæsarem, sicut Diaconi ante Pontificem, & quando via esset arcta, irent ante ipsos Diaconos assistentes. Si verò non sint principes electores, qui portant illa, videlicet gladium, pomum, seu sceptrum (nam alterum istorum duorum portabit Imperator) illi duo vadat simul cum subdiacono, qui portabit crucem, & illum in medio habeat. Sequitur Pontifex sub baldachino, & Imperator cum sua corona, & imperiali habitu à finistris, post Pontificem sequuntur duo cubicularij secreti cum seruiente de mitra, & duo medici cum secretario, si non sit prælatus. Et post Imperatore duo camerarij sunt cum uno secretario. Inde cœquitabit seruiens armorum cum uno secretario cum vmbella, deinde prælati assistentes Papæ. Et si quis Archiepiscopus princeps elector Imperatoris adeserit, iret ante assistentes Papæ: post quos ibunt prælati, assistentes, siue consiliarij Imperatoris cum cappis, & galeris, vt alij prælati: alioquin non irent inter cappatos. Sequuntur deinde prælati, oratores, Archiepiscopi, Episcopi, prothonotarij, & abbates cappati, & piliati, & demum alij curiales togati, tam Papæ, quam Cæsaris. Hoc ordine recta via per campum florum, & Iudæorum plateam deuenient ad Ecclesiæ

fiam

LIBER PRIMVS.

63

Sam Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Et ibi Pôtifex, si rosam habet, illam eques Imperatori equiti dono dat. Et ad dextram conuersus per transyberim cum suis omnibus ad palatium reuertitur. Cæsar autem via, qua sibi melius placet, rosam manu gestans ad pontem Adrianum redit, vbi viros complures, & defe optimè meritos equestri dignitate insigni resoleat.

Quo facto, ad Lateranum cum suis progreditur. Canonici, & capitulum Ecclesiæ supplicabundi Cæsari in porta principali cœurrentes, illū honorifice suscipiunt, & postquam crucem, & reliquias osculatus fuerit incensant, & præcedentes, atque cantantes: Te Deum laudamus, ad altare maius deducunt: vbi procumbens super faldistorium, orat detecto capite: deinde surgens osculatur altare. Tum resumpta corona recipitur in Canonicum, & in fratrem Ecclesiæ Lateranensis, & Canonicos omnes recipit ad osculum pacis. Quibus finitis ascendit ad palatium Lateranense & cum suis celebrat solenne coniuicium suis moribus & ceremonijs. Deinde si placet, recurrit ad palatium Apostolicum ad cameras suas.

DE CORONATIONE IMPERATORIS absente Papa.

SI quando

Si quando autem accideret, quod propter absentiam summi Pontificis ab urbe, Caesar non posset ab ipso Pontifice coronari, consueuit Pontifex mittere ad urbem aliquem Episcopum Cardinalē, qui simul cū legato Apostolico, qui urbi praeſt, Imperatorem electum coronet. Si autem legatus effet iste Episcopus Cardinalis, non effet necessarium mittere alium Episcopum, sed quemcunq; vellit alium presbyterum Cardinalem. Et tunc procedetur hoc modo:

Electus Imperator ad urbem veniens pro corona Imperiali, habebit obuiam barones, nobiles, officiales, ciuesque urbis, & officiales curiae Romanæ, & remanebit extra mania illa nocte, vt supra dictum est. Sequenti die intrabit per portam sub arce sancti Angeli, quæ, vt diximus, non est Collina, cū suis principiis ordine prædicto. Et in porta recipietur à Vicario Pontificis cum platis & clero urbis, in modū supplicantū paratis. Et deducetur vt supra, ad gradus basilicę sancti Petri, ibiq; non super suggestum sed ante primas portas recipiet ad osculum tantum per Episcopum Cardinalem Coronatorem & Legatum, qui ibi aderunt cum alijs Prælatis curiae parati cum pluivialibus & mitris. Aderunt etiam cum Cardinalibus Officiales curiae, Subdiaconi, Auditores, Acoluthi, & si qui

qui sunt alij: & etiam Barones alijque nobilis Sancte Romane Ecclesiæ. Et electus statim post osculum offerat aurum duob. Cardinalib⁹, quod offerre debet Pontifici, & dicat hæc verba: Si sanctissimus pater Dominus noster. N. summus Pontifex præsens hic esset, offerrem illi aurum istud præsens: sed per eius absentiam offero ipsum vobis Dominis Episcopo & Legato Cardinalibus, recipientibus illud vice & nomine Domini nostri Patræ.

Quo facto intrabunt porticum: & si tunc erit procedendum ad solennitatem coronationis, quod commode & decenter fieri potest, ibi supra altare Sanctæ Mariæ in turribus præstabit iuramentum fidelitatis in manibus Cardinalium. Et similiter si aliud iuramentum effet innouandum seu confirmandum, tunc immediate innouabit, & deinde recipietur in Canonicum Ecclesiæ Sancti Petri, vt superius dictum est: intrabit deinde Ecclesiam, & ibi ante portam argenteam Episcopus Cardinalis dicet super eum primā orationem. Deinde ducitur ad capellā Sancti Gregorij ad capienda sua ornamenta: & Episcopus Cardinalis vadit ad altare maius, & ibi super faldistorium capit sandalia & paramenta omnia Pontificalia. Et nota quod debet habere expreſſe facultatem à Pontifice super

et super altare beati Petri celebrandi, ut mo-
ris est. Cæsar indutus imperialibus indumen-
tis, venit ad medium Ecclesiæ, & ibi super e-
um legatus Apostolicus dicet secundam ora-
tionem. Veniet deinde ad confessionem bea-
ti Petri, & procumbet in faldistorio, & Dia-
conus qui seruit in Missa, facit super eum
litaniam: orationem autem cum versiculis,
& Pater noster dicet Legatus Apostolicus.
Deinde ducetur ad altare Sancti Mauritiij, &
ibi inungetur à Cardinale celebrante, tam ip-
se, quam Augusta, si adeat, cum orationibus
opportunis. Reuertentur deinde ad altare.
Et facta confessione Imperator ad suggestum
sinc osculo pacis, ad faldistorium suum re-
uertitur. Et proceditur in missa vsq; ad Gra-
duale. Dum cantatur Graduale, Imperator
descendit ad altare, & celebrans Cardinalis
ante altare stans cum mitra, gladium sumit
de altari, & illum nudum Imperatori tradit,
dicens: Accipe gladium &c. Et idem dicit
legatus, submissa tamen voce, det eidem mox
pomum & sceptrum cum sua oratione Ec-
clesiæ: modo mitras autem & coronas im-
periales ambo imponet Cæsari & Augusto.
Sed legatus alta voce profert verba, Accipe
signum &c. Et celebrans dicet eadem voce
submissa. Coronati Augustus & Augusta,
reuertuntur ad suos suggestus sine osculo pa-
cis: &

cis & ad offertorium veniunt cum coronis,
& habitu Imperiali. Et oblatu auro reuertun-
tur ad suggestus, neque ministrabit Impera-
tor calicem & ampullam: sed tempore co-
gruo veniet ad communionem sine manto,
& coronis. Post communionem Imperatori
non dabitur osculum pacis à celebrante, sed
reuertetur ad suum suggestum. Imperator
finita Missa ipse cum suis, & cum legato, si
placebit, ibit ad Lateranū, & ibi perficiet suas
solemnitates. Ceremoniæ omnes, quæ per-
tinent ad personam Pontificis, dimittantur,
vt oscula pedum, manuum, & oris. Quin et-
iam nec in missa illi deseruiet Imperator,
quod Pontifici præstisset præsentis: nec sta-
phanus illi, dum equum inscendit, tenet, nec e-
quum ducit.

Hæc ferè omnia seruata fuerunt, cū Ca-
rolus quartus coronatus fuit Romæ per Do-
minum Petrum Episcopū Hostiensem: quæ
ex Auinione Innocentius sextus nuncium
Apostolicum ad hoc miserat, & per Domi-
num Egidium de Albornozio tituli Sancti
Clementis presbyterum Cardinalem ac Le-
gatum Apostolicum in Italia, Anno salutis
Millesimo trecentesimo quinquagesimo quin-
to, Nonis Aprilis vt ex literis ipsius Caroli,
quæ adhuc extant & registratae sunt in archi-
wijs Ecclesiæ, publicè patet. Voluit tamen

idem Pontifex, quod Cardinales prædicti publicè protestarcetur Domino Imperatori, quod propter omissionem reuerentiarū, obsequiorum, & multarum ceremoniarum, quæ pertinēt ad personam Romani Pontificis, non esset aliquomodo derogatum priuilegijs & honorificentijs Romanæ sedis, & suorum successorem. Et de hac protestatione & consensu Imperatoris exigerent quadruplices literas Regalibus & Imperialibus sigillis munitas, sicut & factum est.

DE CORONATIONE IMPERATRICIS sine Imperatore.

Imperatrix si venerit Romam, pro corona Imperiali suscipienda sine Imperatore, vel quod non potuit venire cum Imperatore, vel post eius coronationem ei est cōiuncta, hoc ordine coronabitur. Die qua vrbem intrabit, procedet ei obuiam^m nobiles, & officiales vrbis, & ordines curie, vt de Cœfare dictum est. Sacer Senatus ante portam vrbis eam expectabit, & media inter duos primos Cardinales Diaconos introducetur. In fine autē, & sub Baldachino clerus cum processione in porta illi occurret, ducetur ad Pōticem, qui eam in publico consistorio in prima aula, ad pedes & manus osculum recipiet, vt alij Reges recipi consueunt: non tandem sedebit inter Cardinales sed post osculum

lum pedis & manus discedet ad suum hospitium. Deinde parabitur in Ecclesia sancti Petri fug gestus extra cancellos pro Imperatrice, & dicta die Pontifex procedet ad Ecclesiam supplicatione præente sub baldachino, & paramentis tempori congruis ascendit ad altare, orat, sedet. Pontifex autem stat, vbi solet capere paramenta: cui fit reuerentia à prælatis. Incipitur Tertia, & accipiet sandals & procedet usque ad finem Tertiæ, & capit omnia Pontificalia indumenta. Interim duo iuniores Diaconi Cardinales cum suis cappis laneis ducunt Augustam ad Ecclesiam, & prior Episcopus Cardinalis cum pluviali, stola, & mitra accedens in tempore expectat eam in porta Ecclesiæ principali, & ibi super eam genuflectentem deposita mitra legit hanc orationem:

Omnipotens sempiterne Deus. Fons, & origo totius bonitatis: qui scemini sexus fragilitatem nequaquam reprobando auertis: sed dignanter comprobando potius eligis, & quod infirma mundi quæcunque, vt fortia confunderes, eligenda decreuisti: qui que etiā glorię virtutisq; tuæ triūphū in manus feminiæ Iudaicæ olim plebis de hoste se uissimo assignare voluisti, Respice quāsumus ad preces humilitatis nostræ, vt supra hanc famulā tuam N. quam supplici deuotione

Imperatricem eligimus, benedictionum tua
rum dona multiplices, camque dextera tua
potentiae semper & ubique circunda: & vt
dono tui numinis vndeque firmiter adiura,
vt visibilis, seu inuisibilis hostis nequitias, tri-
umphantiter expugnare valeat, & una cum
sacra Rebecca, Lia, atque Racheli beatis re-
uerendisque fœminis, fructu vteri sui faciū-
dari, seu gratulari mercatur ad decorum
totius Imperij, statumque Sanctæ Ecclesiæ
regendum, necnon protegendum, per Christum
Dominum nostrum, qui ex intemeraté
Beatæ Mariæ Virginis alio nasci, visitare,
& renouare dignatus est mundum. Quite-
cum viuit & gloriatur Deus in unitate Spi-
ritus Sancti per immortalia secula seculorum,
Amen. Dicitur deinde ad confessionem
beati Petri, & procumbit supra faldistorium
sibi in eo loco paratum. Et à Subdiacono A-
postolico fit litania: & ea finita prior pres-
byterorum cum suis paramentis ad confes-
sionem descendens stans sine mitra dicit su-
per eam, Pater noster. Et deinde, Et ne nos
inducas in tentationem. Respon. Sed libera
nos à malo. Versus. Saluam fac ancillam tu-
am Domine. Respon. Deus meus sperantem
in te. Versus. Esto ei quæsumus Domine tur-
ris fortitudinis. Ref. A facie inimici. Versus.
Nihil proficiat inimicus in ea. Ref. Et Filius
iniqui-

iniquitatis non apponat nocere ei. Versus.
Domine exaudi orationem meam. Respon.
Et clamor meus ad te veniat. Dominus vo-
biscum. Respon. & cū spiritu tuo. Oremus:
Prætende quæsumus Domine famulæ tuæ
dextram cœlestis auxilij, vt te toto corde p-
quirat, & quæ dignè postulat, consequi me-
reatur. Actiones nostras quæsumus Domine
aspirando præueni, & adiuuando prosequi-
re, vt cuncta nostra operatio & oratio à te
semper incipiat, & per te cœpta finiantur, per
Christum Dominum nostrum, Amen.

Finitis orationibus reuertitur presbyter
ad locum suum, & prior Episcoporum Car-
dinalium procedet ad altare Sancti Mau-
ritij, quem Augusta media inter Diaconos
sequitur. Et ibi apud altare Episcopus ipse
inungit illam stantem de oleo exorcizato,
brachium dextrum, & scapulas stans cum
mitra, dicens:

Spiritus Sancti gratia nostræ humilita-
tis officio copiosam in te descendat, vt sicut
manibus nostris licet indignis, oleo mate-
riali oblinita pigescis exterius: ita eius in-
uisibili vnguine delibuta impinguari merea-
ris interius, eiusque spiritualiunctione per-
fectissimè semper imbuta, & illicita declina-
re tota mente, & spernere discas, & valeas,
& utilia animæ tuæ iugiter optare atque o-

perari queas, & opereris auxiliante Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum viuit & regnat in unitate, &c. Reducitur deinde ad suggestum suum Imperatrix, & Cardinales reuertuntur ad Pontificem, & Diaconi quidē depositis cappis capiunt paramenta sibi convenientia, & faciunt reuerentiam Pontifici. Deinde Pontifex procedit ad altare per supplicationem: occurunt tres presbyteri, cantatur Introitus à cantoribus: & proceditur in missa usq; ad Graduale more solito. Imperatrix à Diaconis illis quanuis paratis dicitur ante Pontificem, qui surgens deposita mitra super eam ante se genuflexā dicit hāc orationem: Oremus, Deus qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cuius prudentia in sua dispositione non fallitur: qui fecisti ea quæ futura sunt, & vocas ea quæ non sunt: qui superbos & quo moderamine de principatu ejcis, atq; humiles dignanter in sublime prouochis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, vt sicut Hester Reginam Israhelitę causa salutis de captiuitatis suæ cōpede solutam ad Regis Aflueri thalamum, regniq; sui consortiū transfire fecisti: ita hāc famulam tuam. N. humilitatis nostræ bénédictione Christianæ plebis salutis gratia ad dignam sublimemque Imperatoris nostri copulam

pułam, & Imperij sui participatum transfere concedas, & vt Imperialis foedere coniugij semper permanens, pudicitiae proximā virginitati palmam continere queat, tibiq; Deo viuo ac verò in omnibus & super omnia iugiter placere desideret & te inspirante, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat, p Chriftum Dominum nostrum, Amé. Deinde sedens cum mitra imponit illi Tiaram cū coronā Imperiali allatam sibi ex altari, vt diximus de Imperatore, & dicit: Officio nostræ indignatis in Imperatricē solemniter benedictam, accipe coronam Imperialis excellentiæ, quæ licet ab indignis, Episcopalibus tam manibus capitii tuo imponitur, vnde si cut auro & gemmis redimita cnites, ita & interius auro sapientiæ, virtutumq; gemmis decorari concedat: quatenus post occasum huius seculi cū prudentibus Virginibus spōso perenni Domino Iesu Christo dignè & laudabiliter occurrens, regni cœlestis aulae ingredi merearis ianuam, eodē Domino nostro auxiliante, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit &c.

Coronata Imperatrix mox osculatur pē Pontificis cum corona, & surgens reducitur à Diaconis ad suggestum, & cùm cantatur deinde offortoriū, reuertatur ad Pōtificē, & illi offerat aurū quantū placet: deinde,

Si vult communicare de sacramento altaris (vt congruum est) procumbat super faldistorum ad partem conuenientem, situm, vt superius diximus, & oret quousque sit tempus, sine corona tamen, & cum Pontifex in sede sua eminēti communicauerit, ducatur Imperatrix sine Corona ad cius pedes, & communicet, osculeturque manum Pontificis: & descendens ad altare, purificet cum vino, communicabitur Imperatrix post Diaconum & subdiaconum, & à Diacono accipiet vinum purificationis. Deinde assumpta corona reducetur ad suum suggestum.

Et nota, quod Imperatrix deducetur semper eundo & redeundo ab illis duobus Diaconis, siue paratis siue non paratis: & illam sociabunt sui prælati & proceres, atque matronæ & alia mulieres. Finita missa Imperatrix deducitur ad suum hospitium, Pontifex cum suis prælatis non paratis reuertitur ad cameram suam: nam Cardinales & prælati dimittant in Ecclesia paramenta, & capiant cappas lanceas.

DE TRIPLICI IMPERATO- *rum Corona.*

ET quoniam vulgari opinione fertur, Romanorum Imperatorem tribus coronis ornari oportere variorum metallorum, argentea Aquisgrani in Germania, ferrea Mo-

dætiæ

dætiæ in Lombardia, & aurea Romæ. Super quare clarissimus Iureconsultorum sui temporis Baldus opusculū edidit, mysticas metallorum significaciones solertissimè interpretando: non videbitur fore absurdum, aliquid de ea re pro veritate ostendenda disserere. Et vt omittamus priscos illos Romanorum Imperatores, qui toti ferè orbi imperabant, ante Aurelianum, vt Eutropio placet, nulla corona nisi laurea, aut ex alia aliqua felici arbore vsos fuisse, nihilque grauius oddisse populum Romanum, quam Regium nomen. Hoc verò affirmamus, antc Carolū Magnum, in cuius personam Imperiū translatum est à Græcis in latinos, neminem Imperij Romani coronā ex manu Romani Pontificis Romæ suscepisse. Et vt sæpe à Pio secundo audiuimus rerum Germanicarum peritissimo, cui à manu seruiuim⁹: & in Australi eius historia legimus, Cæsar nullam omnino coronam accipit, nisi auream: & alias qui dem coronas pro varijs regnis, Romæ verò, & à Romano Pontifice Romani imperij coronam suscipit. Otho Frisnigenis Episcopus, & Federici primi patruus, vir doctus & eloquens, historiam scripsit suorum temporum: in ea tradit Federicum ipsum coronis quinque aureis décoratū fuisse: prima de regno Francorum apud Aquisgranum: secunda

SACRARVM CERIMONIARVM

Ratisponæ de regno Germaniæ: tertia Pa-
piæ de regno Longobardico: quartam Ro-
mæ suscepit pro Romano imperio ab Ha-
driano quarto, summo Pontifice: quintam
verò Modetia pro regno Italico illum susce-
pisse testatur. Quæ quidem corona ideo ap-
pellatur ferrea, quod laminam quandā ha-
beat ferream in summitate, alioquin aurea
& preciosissima. Sed differt forma corona
Imperialis ab alijs: nam ea sub se Tiarā quā-
dam habet in modum ferre Episcopalis mi-
træ, humiliorem tamen, magis apertam &
minus acutam: estq; eius apertura à fronte,
non ab aure: & semicirculum habet perip-
sam aperturam aureum, in cuius summitate
crux paruula eminet, eam Tiaram aliæ co-
ronæ non habeant. Et quoniam hanc Impe-
rialem coronam bis auter in Germania vi-
dimus, dum Cæsar regalia quibusdam prin-
cipibus concederet, ideo illam exprimere
conati sumus. Legimus & in alijs historijs,
quosdam Imperatores Arelate etiam coro-
nam suscepisse de regno Arlatensi, & alibi
alias pro alijs regnis. Nam & Carolus quar-
tus Auinionem venit ad Vrbanum quintū,
Anno salutis millesimo trigesimo sexage-
simi primo iam pridem iussu Innocentij se-
xti, Romæ Imperator coronatus. Qui rebus,
quarum gratia ad Pontificem venerat abso-
lutis,

LIBER PRIMVS.

70

lutiſ, Arelate proſectus eſt vbi per Episcopū
eius vrbis regni Arelatensis corona decora-
tus eſt. Sciant ergo qui de tribus coronis fa-
bulantur, & Romanorum Imperatorem v-
nam tantum pro Romano Imperio coronā
ſuscipere, & eam quidem Romę, & à Roma-
no Pontifice, alias autem alibi pro alijs & di-
uerſis regnis.

D E C A N O N I Z A T I O N E *vniuersitatis Sancti.*

Seccio VI.

ET PRIMO D E INQVISITIO- *ne & commiſſione cauſa.*

 Ostquam increbrefcēte fama
de excellentia vitæ, opinione
sanctitatis, & miraculorū co-
rufcatione summus Pontifex
ſæpè fucrit per reges, princi-
pes seu populos certior factus, rogatus.
que vt aliquem vita iam functum affri-
bendum in Sanctorum catalogo, & vene-
randum, vt Sanctum decernat. Re cum fra-
tribus maturè tractata, si procedendum
ad inquisitionem censuerit, commitrat a-
liquibus prælatiſ in illis partibus vbi vi-
tam duxit & mortuus iacet ille, de quo a-
gitur vt ſi diligenter informent & ſolter
inquirant

inquirant de fama, opinione, & deuotione populi orū circa illum talem: quam inquisitio nem in genere, & sine testium iuridica exami natione facere debent: & quæ inuenient, suis literis ad summum Pontificem fideliter referre. Pōtifex intellecta commissariorum relatione proponit omnia sacro collegio, & cum eis deliberat, an satis digna videantur quæ relata sunt ad ulterius inquirendum: quod si placuerit, committatur ijsdem vel alijs prælatis, vt diligentissimè inquirant de veritate rei, testes examinent, & omnia per scrutentur, quæ ad veritatē eliciendam sunt opportuna. Et debent his Commissarijs articuli & interrogatoria mitti sub Bulla Apostolica: cum quibus examinare debent testes de excellentia & sanctimonia vitæ, de puritate fidei, de patratione miraculorum: & illis mandare, vt depositiones testium, & omnia fideliter per literas suis sigillis signatas ad Curiam transmittant. Quibus receptis Pontifex committat illa examinanda aliquibus Autoribus sacri palatij, qui videant & ordinent processum: & videant, an inquisitio & probatio est legitima, & sufficienter facta.

Deinde si retulerunt rem bene esse paratā, iterum de cōsilio fratrū cōmittat tribus Cardinalibus Episcopo presbytero, et Diacono, qui

qui diligenter examinēt inquisitionem, probationes, & depositiones testium: & considerent solertissime omnia consideranda. Et cum placuerit sanctissimo Domino nostro, referant in secreto consistorio. Et primo de excellentia vitæ & fidei puritate: quæ si iudicabuntur collegio bēnē probata, & digna sanctificatione, tunc procedent ad narrationem, & probationem miraculorum, & de consensu Cardinalium finiet summus Pontifex vitam, & miracula: quæ ita erunt sufficienter esse probata. Deinde deliberabunt, an quæ probata sunt, videantur talia propter quæ merito sit decernēda canonizatio. Tunc ex consilio fratrum definit Pontifex canonizationem esse faciēdam. Fit post hēc publicum consistorium, in quo Pontifex cū pluiali rubeo, & mitra preciosis residet, & aduocatus causæ longa oratione preponit vitam, gesta, & miracula canonizandi, & de eum supplicat nomine Principum, & populorum, qui de ea rescriperunt, bonæ memoriae talern ascribendum esse à sua sanctitate in catalogum Sanctorum Christi: vtq; à cunctis fidelibus pro Sancto veneretur decernendum. Pontifex auditio aduocato, laudat eius facundiam: dicit libenter se audiūis se tam miranda illius viri præconia: velle tamen super hac re maturius cū fratribus suis delibe-

deliberare, hortari, atque monere omnes, ut diuinam clementiam implorent, quatenus dignetur inspirare in mente sua & fratrum suorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, atq; omnium prælatorum, quoru con filio in tanto negotio sit vsurus, ea quæ sua placitura sunt diuinitati: neque permittat errare Ecclesianæ suam Sanctam. Prælatos verò monet, ut super his cogitare debeant, ut cum requisiti fuerint, mature possint respondere. his dictis finitur consistorium. In huiusmodi consistorio, ut apud antiquos codices legimus, solebant sex aut octo prælati successivè orare, narrantes merita canonizandi, & supplicantes pro canonizatione: aduocatus autem in principio tantummodo petebat à Pontifice, ut prælati audirentur, & supplicabant ut canonizatio decerneretur. Post hæc, cum placuerit sanctissimo Domino nostro, vocentur omnes prælati curiæ in secreto cōsistorio cum Pontifice, & sacro collegio, & ibi proponat breuiter Sanctitas sua, ad quid vocati sint: deinde, si placet, p aduocatum faciat summatim repeti vitam & miracula canonizandi, & q; sunt probationes in genere tantum. Post hec narret, quanta cū diligētia & fide inquisitio & processus super hac re factus sit, de multiplici & canonica attestatione, de instanti principiū & populorum postulatione.

latione. Et demum conscientiā illorum onerando, exquirat sigillatim à quolibet suam in eare sententiā, & cum omnes finierint, agit gratias de bono consilio, & hortatur eos ut orent Deum, ne sinat se errare in tāto negotio: & sic omnes recedunt. In hoc cōsistorio debent esse Patriarchæ, Archiepiscopi, Epi scopi, Abbates, ad quos tantum pertinet dicere sententiam suam. Poterunt interesse aliqui protonotarij ordinarij, ut sint rogati de his, quæ gerantur. Aderunt etiam auditores rotæ, & maximè cōmissarij causæ, ut si quid esset declarandum, possint, ut bene informagentes aliorum declarare. Summus Pon tifex erit cum mitra & pluuiali: procurator fiscalis aderit, & faciet rogatos protonotarios de consilio & consensu platorum. Deliberatur deinde dies canonizationis, & interim in Ecclesia construitur suggestus ligneus tātæ amplitudinis, ut super illum instituatur, apteturq; capella cum altari, credētijs, throno Pontificali, sedibus Cardinalium assisten tium Papæ, oratorum, prælatorum, choro pro cantoribus & locis omnium ordinum Romanæ curiæ ad instar capellæ palatij Apostolici à cancellis, & supra quoad formam sedilium, & capacitatem. In eo sug gestu erunt duæ sedes Papales, vna eminens ad sinistram partem, & alia erit amouibilis, ascende-

ascendetur ad suggestum per pontem cum duplice ostiolo à capite, & in imo, ornabitur suggestus in extremitatibus circum circa cū herbis & floribus, & intus cum pannis & tapetis opportunis ornabif Ecclesia, & suspendentur per totum insignia Pontificis, Ecclesiae, & imago canonizandi, atque etiam insignia procurantiū canonizantium: fiet baldachinum nouum cū insignibus Pontificis, procuratorum canonizationē, & imagine Sancti: quod debet suspendi supra altare, ubi Pontifex celebrat. Fiet etiam vexillū magnum cum imagine Sancti, quod portabitur ante religiosos, siue illos qui procurant canonizationem, & ponitur supra ostium supra suggestum. Cū Pontifex venit ad Ecclesiam, ponuntur circum circa super deambulatorium intorticia numero octuaginta, vel circa sex librarum pro qualibet: quæ ardeant dum sit officium. Paretur cera distribuenda, in primis pro Pontifice duæ ceræ albae duodecim librarum pro qualibet, pro Cardinalibus quatuor libræ. Item pro eleuatione Sacramenti duodecim intorticia librarū sex pro qualibet: pro altari septem cerei, & duo pro credentia duarum librarum. Item pro offertorio duo magni cerci duodecim librarum, quos offert primus Cardialis. Item tres cerei sex librarum, quos offeret

tres

tres Oratores, seu deputati cum tribus Cardinalibus. Et omnes cerei supradicti erunt albi, præter octuaginta intorticia Ecclesiæ. Itē ordinentur cerei de cera communi pro prælatis, oratoribus, & magnis nobilibus duarum librarum: pro officialibus & cantoribus vnius libræ: pro clero & alijs vt placuerit. Intimetur etiam clero vrbis, vt summo mane conueniant supplicantes in porticu Ecclesiæ Sancti Petri.

*DE HIS QVÆ FIVNT IN DIE
canonizationis.*

Statuta igitur die canonizationis, Pontifex paratus pluiali rubeo & mitra preciosis, cum Cardinalibus, prælatis & officialibus paratis processionaliter descendit ad Ecclesiam sub baldachino. In camera paramentis distribuuntur cerei, & ab omnibus portantur accensi. Cum vero Pontifex perueniret ad porticum Sancti Petri, excipitur ibi à clero vrbis in modum supplicantium parato: intrat Ecclesiam Pontifex, & ascendit suggestum cum prælatis & alijs officialibus: clerus vero suggestum circuistat. Pontifex oratione facta ante altare, ascendit eminentem sedem, & accipit Cardinales & prælatos paratos ad reuerentiam. Qua facta descendit, & super aliam sedem sibi ante altare para-

K

tam

SACRARVM CERIMONIARVM.

nam sedet versus renes ad altare, vbi facit sermonem, referens quæ gesta sunt, & vitam ac miracula sancti summi & in genere. Deum hortatur omnes, vt secum pariter Dominum pias preces fundant, orantes ne permitat errare Ecclesiam suam in hoc negotio. Surgit deinde Pontifex, remouetur sedes, & procumbit super faldistorium cum mitra. Cantatur litania à cantoribus, & nulla fit mentio de canonizando, omnibus in terram genuflexis oratibus. Finita litania Diaconus à dextris surgit, & versus ad populum alta voce dicit, Orate. iterum genuflectit, & omnes prolixius orant: tum Diaconus à sinistris surgens eodem modo dicit, Leuate, & omnes surgunt. Tunc Pontifex stans sine mitra incipit in voce, Veni creator Spiritus, & tam ipse quam alij omnes genuflectunt ad primum versum. Cantores prosequuntur hymnum, & Pontifex cù mitra ascēdit ad sedem eminentem, & mitra deposita expectat finem hymni, quo completo, duo cantores dicunt versum: Emitte Spiritum tuum et creabuntur: et alij respondent, Et renouabis faciem terræ. Et Pontifex, Oremus: Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum qui

LIBER PRIMVS.

74

qui tecum, &c. Tunc procurator causæ instanter petit à Pontifice nomine procuratio, & nomine principum, &c. pronunciari & declarari beatum. N. in Sanctorum catalogum ascribendum, & vt sanctum venerandum à Christi fidelibus. Pontifex antequam pronunciet, confuerit protestari in hanc formam, quod inuenimus seruatū à multis Pontificibus. Sunt tamen aliqui clarissimi viri, qui dicunt hoc introductum ex quadam causa, quæ nunc cessat, quia Papa tunc quodammodo cogebatur ad canonizandum quendam contra suam opinionem, & propterea protestabatur, nunc autem non videri congruam illam protestationem. Sed de hoc ita summus Pontifex, & sacer senatus.

FORMA PROTESTATIONIS.

A ntequam ad pronunciationem veniam, protestamur publicè apud vos presentes, quod per hunc actum canonizationis, non intendimus aliquid facere quod sit contra fidem aut Ecclesiam catholicam, siue honorem Dei. Deinde alta voce sedens tamen cum mitra, pronunciat in hunc modum: Ad honorem Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & exultationem fidei catholicæ, ac Christianæ religionis augmentum, auctoritate eiusdem Dei omnipotentis, Patris & Filii &

K 2 Spiritus

SACRARVM CERIMONIARVM

Spiritus Sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, de fratum nostrorum consilio decernimus & definimus, bona memoriae. N. sanctum esse, & Sanctorum catalogo adscribendū, ipsumq; catalogo huiusmodi adscribimus: statuentes, vt ab universali Ecclesia anno quolibet in die talis festum ipsius, & officium sicut pro vno Confessore (si sit Confessor) vel Martyre (si sit Martyr) deuotè & solenniter celebretur. Et si Domino Papæ placuerit, poterit addere ista verba, insuper eadem auctoritate omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui annis singulis ad sepulturam eiusdem in die tali deuoti accesserint, vnum annum & quod. dies: accendentibus verò annis singulis in octauas dicti festi ad sepulturam quadraginta de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus.

Quibus finitis procurator fiscalis rogat protonotarios &c. de protestatione facta per Papam, & procurator cause simpliciter rogat de solenni pronunciatione canonizationis, & petit instrumentum, & à Papa decerni bullas super his opportunas: & mox surget Pontifex sine mitra, & incipit Te Deum laudamus: & chorus prosequitur. Diaconus à dextris in fine dicit Ora pro nobis beate. N. Et Pontifex deinde dicit orationem de com-

LIBER PRIMVS.

75

de communi, sancto canonizato conuenientem (si non habetur propria) & concludit, per Christum Dominum nostrum. Finita oratione Diaconus à dextris stans ante Pontificem dicit altè, Confiteor Deo omnipotenti &c. & post Apostolos nominat Sanctum. N. & Papa sine mitra cruce sua praesente dicit, Precibus & meritis, &c. & in fine dat indulgentias, vt sibi placet. Legimus Bonifacium nouum Pontificem, cum canonizuit beatam Brigidam, dedit plenariam indulgentiam visitantibus Eccleias beati Petri & Sancti Laurentij in Panisperna, vbi iacebat corpus illius sanctæ.

His finitis, Pontifex incipit Tertiam, & accipit sandalia, vel si magis placet, dimissa Tertia accipit paramenta omnia Pontificalia, & canit Missam solitis ceremonijs, vel de sancto: vel si aliqua solennitas esset, cantat de die cum commemoratione de sancto: & si non posset, aliquis Cardinalis celebret pro eo. Dum cantatur Credo, tres Cardinales commissarij descendunt ad portam inferiorem suggestus, & ordinant offertorium: & debito tempore antequam Papa lauat manus in sede eminenti, veniunt ordinatè. Et primus, id est, Ediscopus Cardinalis offert duos magnos cereos, & cum eo primus orator offert cereum suum, & canistellum de-

K 3

auratum

SACRARVM CERIMONIARVM

auratum cū duabus turturibus. Tum presbyter Cardinalis offert duos magnos panes cum mappulis, & secundus orator cereum suum & canistellū argentatum cum duabus columbis albis: vltimō Diaconus Cardinalis offert duo vase vini: & tertius orator suū cereum & canistellum diuersorum colorū cum varijs auiculis, Cardinales osculantur genu, alij pedem summi Pontificis: procedit deinde in Missa, vt aliās.

DE PLVRIBVS BENEDEL
ctionibus. Sectio VII.

ORDO SERVANDVS IN CREA
tione noui Duci à Paulo II. institutus.



Reandus in ducem per sum-
mum Pontificem, veniet ad
cameram Pontificis induitus
manto aureo, panno conte-
xto, aperto à dextro humero
ad terram usque, & sequitur Pontificem ad
Ecclesiam descendenter, portabitque cau-
dam pluialis, Facta oratione ante altare
Pontifex statim faciet confessionem cum
celebrante: deinde ascendet ad sedem e-
minentem, & recipit Cardinales ad reue-
rentiam: non tamen imponit incensum,

nec can-

LIBER PRIMVS.

76

nec cantores incipient Introitum, & inter-
rim creandus Dux sedet ad pedes Ponti-
ficis super primum gradum, & celebrans
osculato altari accedit ad suum faldisto-
rium & ibi expectabit. Finita reuerentia,
creandus Dux accedit ad pedes genufle-
xus sanctissimi Domini nostri, & fit miles
Sancti Petri, etiam si prius erat miles.

ORDO BENEDICENDI NO-
rum militem.

Pontifex primò stans sine mitra bene-
dicit ensem, quem vnum ex acoluthis
nudum tenet in manu, dicens: Versus.
Adiutorium nostrum in nomine Domini.
Resp. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Do-
mine exaudi orationē meam. Resp. Et cla-
mor meus ad te veniat. Vers. Dominus vo-
biscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus:
Exaudi quæsumus Domine, preces nostras,
& huncensem, quo hic famulus tuus cir-
cumcingi desiderat, maiestatis tuæ dextra di-
gnare bene & dicere, quatenus possit de-
fensor Ecclesiarum, Viduarum, Orphano-
rum, omniumque Deo seruientium, contra
seuitiam paganorum, alijsq; sibi insidianti-
bus sit terror, & formido: præstans ei, quæ
persecutionis & in defensionis sint effectū:
Per Christum Dominum nostrum, Amen.

K 4 Benc-

Benedic Domine sancte, pater omnipotēs, æterne Deus, per inuocationem sancti tui nominis, & per aduentum Christi filij tui, Domini nostri, & per donum spiritus sancti paracleti, hūc ensem, vt hic famulus tuus, qui hodierna die eo tua concede pietate pre- cingitur, inuisibiles inimicos sub pedib⁹ cōculcet, victoriaq; per omnia potitus, maneat semper illæsus, Per Christum Dominum nostrum, Amen. Deinde aspergit aquam benedictam. Tum stans sine mitra dicit, Benedic̄tus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad præliū, & digitos meos ad bellum: misericordia mea, & refugium meum, fūsceptor meus & liberator meus, protec- tor meus, & in ipso sperauit, qui subdit populum sub me. Gloria patri & filio &c. Sicut erat in principio &c. Vers. Saluum fac feruum tuum Domine. R. Deus meus speran- tem in te. Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. à facie inimici. Vers. Dominus exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus:

Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, quoniam cuncta soler ordinas, et recte disponis: qui ad coercendam malitiam reproborum, & tuendam iustitiam, vsum gladij in terris hominibus tua salubri dispositione

permi-

permisisti, & militarem ordinem ad populi protectionem institui voluisti: quiq; per beatum Ioannem Baptistam militibus ad se in deserto venientibus vt neminem concuterent, sed proprijs stipendijs contenti esset, dici fecisti, clementiam tuam Domine suppliciter exoramus, vt sicut Dauid puer tuo Goliam superandi largitus es facultatem, & Iudam Machabœum de feritate gentiū no- men tuum non inuocantium, triumphare fecisti: ita & huic famulo tuo, qui nouiter iugo militiæ colla supponit, pietate cœlesti vires & audatiā, ac fidei & iustitiæ defensio- nem tribuas: & præstes ei fidei, spci & charitatis augmentum, & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perseuerantiā, obedientiam, & patientiam bonam, & cun- cta in eo rectè disponas, vt neminem cum gladio isto vel alio iniustè lœdat, & omnia cū eo iusta & recta defendat: & sicut ipse de mi- nori statu ad nouū militiæ promouetur ho- norem: ita veterem hominem deponens cū actibus suis, nouum induat hominem, vt recte retineat, & recte colat: perfidorum con- sortia vitet, & suam in proximum charitatem extendat: præposito suo in omnibus obedi- at, & suum in ciuitate iustum officium exe- quatur: Per Christum Dominum nostrum Amen.

K 5 Dein-

Deinde sedens cum mitra Pótifex imponit nudum gladium in eius manu, dicens: Accipe gladium istum in nomine patris, $\text{\texttt{P}}$ & filii $\text{\texttt{P}}$, & spiritus sancti $\text{\texttt{P}}$, & utaris eo ad defensionem tuam, & Sanctæ Ecclesiæ Dei & ad confusione inimicorum crucis Christi, & fidei Christianæ, & quantum humana fragilitas tibi permiserit, cum eo neminem iniustæ lèdas. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen. Et reposito gladio in vagina per eundem militem, accingitur eodem gladio per duos nobiliores milites præsentes, Pontifice dicente: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, in nomine patris Domini nostri Iesu Christi. Et attende, quod Sancti non in gladio, sed per fidem vicerunt regna. Nouigitur miles ense accinctus, illum de vagina ter vibrat nudum viriliter, & eo super finistrum brachium, terfo, mox in vaginam recessit. Deinde Pontifex insigniens illū charactere militari, dat ei osculum pacis, dicens: Pax tibi. Tum accipiens illius ensim nudum ter militem percutit planè super spatulas, dicens: Esto miles pacificus, strenuus, fidelis, & Deo deuotus, & mox dat ei leniter alapam, dicens: Exciteris à somno malitia, & vigila in fide Christi, & fama laudabili. Tunc nobiles

biles assistétes imponunt sibi calcaria & catores siue Pontifex (si magis placet) dicit Antiphonam: Speciosus forma præ filijs hominum, accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Deinde dicit Pótifex: Ver. Dominus vobiscū. Resp. & cum spiritu tuo. Oremus: Omnipotēs sempiterne Deus, super hunc famulum tuum N. qui hoc eminēti mucrone circumcingi desiderat, gratiam tuæ bene dictioñis infunde, & eum dextræ tuæ virtute fretum, fac contra cuncta aduersantia cœlestibus armari præfidijs, quo nullus in in hoc seculo tempestatibus bellorum turbetur, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Finita oratione, nouus miles osculatur pedem Papæ: tū surgit & deponit ensim & calcariam, & redit ad sedendum, ubi prius. Cantores incipiunt Introitum, incensatur altare, & procedit in Missa usque ad cantatum Graduale: quod dum cantatur, futurus dux ducitur ante Pontificem, ubi genuflexus præstabit iuramentum. Ego N. annuente Domino, futurus Dux promitto, spondeo, polliceor, atque iuro coram Deo, & beato Petro Apostolorum principe, me de cetero reuerentiam & obedientiam seruaturum (etiam si alias obligatus sum) sacrosanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ & vobis Domino Domi-

Domino N. diuina prouidentia summo Pontifici, & successoribus vestris canonicè intran-
tibus: nec deficiam in omnibus necessitati-
bus vestris & utilitatibus, iuxta vires meas, &
quantum potero diuino auxilio fultus, pura
& bona fide, custodiendo etiam & conser-
uando omnes possessiones, terras, loca, ho-
nores, iurisditiones, & iura vestra, & Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ, in omnibus & per omnia:
& propter honorem & præminentiam du-
calem, quam hodie à vobis recepturus sunt:
etiam promitto in recognitione tantæ sus-
ceptæ gratiæ, pro me & successoribus meis,
perpetuo dare vobis & successoribus vestris
singulis annis in die festiuitatis beatorum A-
postolorum Petri & Pauli vnum parafrenū
album benè & decenter ornatum. Sic me
Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.
Præstituto iuramento, Pontifex descendit ad
faldistorium, & procumbit super illud ante
altare cum mitra. Dux fututus prosternit se
ad sinistram Papæ, aliquantulum retro supra
scabellum viride. Subdiaconus verò Aposto-
licus facit Litaniam cæteris cum choro re-
spondentibus Kyrieleison, &c. vbi autem
dixerit, Ut ob sequium seruitutis, & replicati-
tum fuerit, surgit Pontifex, & signans super
ducem altè dicit: Ut hunc famulum tuum in-
ducem eligere digneris, te rogamus audi-
nos.

nos. Et iterum, vt hunc famulum tuum bene
dicere digneris, te rogamus audi nos. Et ter-
tiò, Vt hunc famulum tuum ad Ducale fasti-
gium perducere digneris, te rogamus audi
nos: & semper chorus respondent replican-
do. Recumbit deinde iterū Pôtifex, & Sub-
diacon⁹ atque alij faciunt Litaniā. Qua finita,
Papa reuertitur ad fedē eminentē, & futu-
ro duce permanēte prostrato, Papa deposi-
ta mitra stans dicit sup eū Pater noster. Dein
de, Et ne nos inducas &c. Ver. Saluum fac
seruum tuum. Resp. Deus meus sperantem
in te. Ver. Esto ei domine turris fortitudinis.
R. A facie inimici. Ver. Nihil proficiat inimi-
cus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat
nocere ei. Ver. Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te veniat. Vers.
Dominus vobiscum. Resp. & cū spiritu tuo.
Oremus: Prætende, quæsumus, famulo tuo
N. Duci dextram cœlestis auxilij, vt te toto
corde perquirat, & quæ dignè postulat, cō-
sequi mereatur. Actiones nostras, quæsumus
Domine, asperando præueni, & adiuuando
prosequere, vt cuncta nostra oratio & opera
tio à te semper incipiat, & per te cœpta finia-
tur: Per Christum Dominum nostrum Amé.
Sedebit deinde Pontifex cum mitra, & Dux
futurus ducetur ad eius pedes: & tunc Pon-
tifex accipiens ducale Biretum imponit eius
capiti

capiti ante se genuflexi, dicens: Accipe insigne Ducalis præminentiae quod per nos capiti tuo imponitur, in nomine Patris ☧ & Filii ☧ & Spiritus Sancti ☧, Amen. Et intelligas te amodo ad defensionem fidei, Sacro-fanctæ Ecclesiæ, viduarum, pupillorum, & quarumcunque aliarum miserabilium personarum fore debitorem: velisq[ue] deinceps vtilis esse executor, perspicuusq[ue] dominator coram Domino, & inter gloriosos athletas virtutum merito ornatus appareas, quam gratiam tibi concedere dignetur Dominus noster Iesu Christus: Qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen. Post hæc immediate dat ei sceptrum in manu de-
xtra, dicens: Accipe virgam directionis & iustitiae, in nomine patris ☧ & filii ☧ & spiritus sancti ☧, Amen. Per quam valeas vnicuique secundum merita sua tribuere siue boni, siue mali, semper Deum ante oculos habens, non declinans a dextris, vel a sinistris, sed cum omni bonitate, & charitate bonos soueas, malos coerces, ut omnes intelligent, & sciant te iustitiam dilexisse, & iniquitatem odio habuisse. Quam gratiam tibi concedere dignetur, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Et mox

Et mox cum bireto, & sceptro osculatur pedem Pontificis, qui deinde surgens sine mitra dicet super nouum Ducem adhuc genuflectentem cum suo habitu, hanc orationem: Deus Pater æternæ gloriae sit adiutor tuus, & protector tuus, & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat & vitam tuam longitudine dierum adimpleat, statum dominij tui iugiter firmet, & gentem populumque tuum in æternum cōseruet, & inimicos tuos confusione induat, & super te sanctificatio Christi floreat, vt qui tibi tribuit in terris dominium, ipse in celis cōferat præmiū. Qui viuit & regnat per omnia secula seculorū, Amē. Surgit deinde nouus Dux, & sociatus per duos iuniores Diaconos Cardinales ducitur in locum suum ad sedendum, id est inter duos ultimos Diaconos Cardinales. Quod recipiatur ad osculum a Cardinalibus, non videtur connire, cùm non sit ex ordine illorum, neque par. His finitis proceditur in missâ vsque ad offertorium. Et tunc nouus Dux deposito bireto accedit ad pedes Pontificis, & offerret aurum, quantum voluerit: & recipietur ad osculum pedis, manus, & oris, & mox revertetur ad locū suum: & finita Missa procedet inter ipsos iuniores Diaconos Cardinales.

OPÆ

SACRARVM CERIMONIARVM
QVAE SERVANTVR IN DV.
ce minoris potentie.

ET hæc quidem seruantur, vt supra dictum est, si Dux est magnæ nobilitatis & potentiae vt fuit tempore Domini Pauli Papæ secundi Borus Ferrariae. Si verò esset mediocris potentiae vt fuit tempore Domini Sixti Papæ quarti Federicus Dux Vrbini, omnia seruarentur, nisi quod non duceretur à Cardinalibus, sed à duobus assistentibus Papæ principalibus: & federet yltimus post omnes Cardinales, in banco Diaconorum & eundo incederet solus post crucem ante omnes Cardinales. Quod si adhuc esset inferior, tūc omnia alia seruarentur, nisi quod non daretur ei sceptrum, neque federet in banco Cardinalium, sed ad pedes Papæ in supremo gradu, & eido incederet ante cruce post oratores, & alias principes.

ORDO SERVANDVS IN BE.
nedictione, & inuestura noui alma urbis pre-
fecti, à Sexto quarto institutus.

TN primis præparentur hora competenti vestes præfecturæ, videlicet tunicella scrica ornata fimbrijs auratis, & mantum etiā aureo limbo circuntextum, apertum à parte dextra & infula ad similitudinem bireti ducalis, & omnia portentur ad Ecclesiam,
vbi est

vbi est celebrandum. Pontifex autem procedit ad Ecclesiam, vt consuevit, cum pluiali & mitra preciosis, orat ante altare, facit confessionem cum celebrante: ascendit sedem eminentem, & Cardinales exhibent consuetā reuerentiam: deinde duo ex procuribus Romanis præsentant nouum præfatum in suis vestibus summo Pontifici, qui genuflectit super infimum gradum solij Pontificalis: & Pontifex surgens sine mitra dicit super eum orationes, quæ in nouo milite creando dicuntur: & alia omnia facit, quæ ad creationem noui militis pertinent. Si autem antea esset miles, illis dimissis procedit ad benedictionem, in hunc modum. Surgit sine mitra, & dicit Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus:

Deus in nomine tuo congregatis famulis tuis te medium esse Christi corona valente da gratiam huic famulo tuo præfecto nostro, quam Abraham in holoc austō, Moyses in exercitu, Helias in eremo, Samuel meruit crinitus in templo: concede Domine concordiam, quam inspirasti Patriarchis, prædicasti populis, tradidisti Apostolis, maledisti victoribus: bene ✠ dic quæsumus Domine hūc præfectum nostrum, quem ad salutem

SACRARVM CERIMONIARVM

Jutem populi nobis à te credimus esse concessum, fac eum esse annis multiplicem, ingenti atque salubri corporis robore vigenrem, & ad senectutem optatam, atque demū ad finem peruenire fœlicem. Sit nobis fiducia eum obtinere gratiam pro populo, quā Aaron in tabernaculo, Eliseus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulis impetravit in templo: sit illi regendi virtus atque auctoritas, qualem Iosue suscepit in castris, Gedon sumpfit in prælijs, Petrus accepit in clave, Paulus est viſus in dogmate: & ita pastoris cura proficiat in ouile, sicut Isaac profecit in fruge, & Jacob est dilatatus in grege. Quod ipse p̄f̄stare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Benedicat deinde vestes, q̄riæ per aliquem Acoluthum ad dextram Pontificis tenentur. Pontifex verò stans sine mitra dicat. Vers. Adiutorium nostrū in nomine Domini. Resp.. Qui fecit cœlum & terram. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cū spiritu tuo. Oremus: Deus omnium bonorum virtutumque dator, omnium bonorum largus infusor: supplices te rogamus, vt manibus nostris opem tuæ benedictionis infundas, tunicellam, mantum, & regnum præparatum virtute sancti spiritus benedicere & sanctifi-

LIBER PRIMVS.

83

sanctificare & digneris & omnibus eis ventibus gratiam. His dictis sedet Pontifex cum mitra, & sine alia vestium benedictione, quoniam secularium principum vestes non benedicuntur: exiuit præfectus ueste cōmuni ab illis procerib⁹, & adducitur ad pedes Pontificis cū stricta ueste. Qui illi primò imponit tunicellā: & deinde mantū cū apertura super humerū dextrum, dicēs: Induate Domin⁹ uestimēto salutis, & indumento letitiae circūdet te, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Imponit deinde ei genuflexo infulam siue biretum præfecture, dicens: Accipe insigne præfecture præmetitiae, quod per nos capitū tuo imponitur, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et intelligas te amodo ad defensionem fidei, & sacrosanctæ Ecclesiæ fore debitorē: quod vt opere perficere valeas, ille tibi concedere dignetur, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Surgit demum Pontifex, & sine mitra dicit super præfectum genuflexū, hanc orationem: Oremus: Deus pater æternæ gloriæ sit adiutor tuus & protector, & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cūdītis exaudiat, & vitam tuam longitudine dierum adimpleat: inimicos tuos confusione induat, & super te sanctificatio-

SACRARVM CERIMONIARVM

Christi floreat, & qui tibi in terris contulit præfecturam, ipse tibi in cœlis conferat æternam gloriam. Qui viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

His finitis cantores incipiunt Introitum, imponitur incensum à Pontifice, & incensatur altare, & reliqua, vt alias. Nouus præfatus cum suo habitu sedet ad pedes Pontificis in supremo gradu.

DE BENEDICTIONE ROSÆ, quæ fit Dominica Lætare Hierusalem, & eius traditione.

Conſueuerūt Romani Pontifices in Dominica quarta quadragesimæ, in qua cantatur in Ecclesia Lætare Hierusalem, rosam auream benedicere, & illam post Missarum solennia alicui magno principi, si presentis est in curia, dono dare. Si minus esset in curia princeps tanto munere dignus, mittitur extra ad aliquem regem vel principem, vt placuerit sanctissimo Domino nostro cù consilio sacri collegij, nam consueuit summus Pontifex ante vel post Missam conuocare Cardinales ad circulum in camera sua, vel vbi sibi placet, & cum eis deliberare, cui danda vel mittenda sit rosa. Pro eius igitur benedi-

LIBER PRIMVS.

83

benedictione iuxta lectum paramenti, vbi sanctissimus Dominus noster accipit sua paramenta, paratur paruum altare, & super illud duo candelabra, & Pôtifex induitus amictu, alba, cingulo, stola, pluiali & mitra, accedit ad ipsum altare, & deposita mitra dicit: Adiutorium nostrum in nomine Domini. Ref. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Ref. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus cuius verbo & potentia facta sunt omnia, & cuius nutu vniuersa diriguntur: qui est lætitia & gaudium omnium fidelium: maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt hanc rosam odore visuq; gratissimam, quam hodierna die in signum spiritualis læticiae in manibus gestamus, bene & di cere & sancti & ficare tua pietate digneris, vt plebs tibi dicata ex iugo Babilonicæ captiuitatis educta, per vñigeniti filij tui gratiam: qui est gloria & exultatio plebis Israel illius Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, sincerus cordibus gaudiū repræsentet, & quia ad honorē nominis tui Ecclesia tua hoc signo hodiè exultat & gaudet: tu ei Domine verum & perfectum gaudium largiaris, & deuotionem eius accipiēs peccata dimittas, fide repleas, indulgentia foureas, misericordia protegas, aduersa destruas, prospera cuncta concedas: quatenus per fructum boni

L 3 operis

operis in odorem vnguentorum illius floris transeat, qui de radice Iesse productus, flos campi & lily conuallium mystice prædicatur: cum quo in superna gloria cum sanctis omnibus sine fine lætetur. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Finita oratione inungit cum balsamo rosam auream, quæ est in ipso ramusculo, & super imponit muscum tritum, quæ per sacrificiam ei ministrantur, & imponit incensum in turibulo more cōsuetō, & demum aspergit rosam aqua benedicta, & adolet incenso. Interim clericus cameræ Apostolicæ sustinet rosam, quam deinde dat ad manus Diaconi Cardinalis à dextris, & ille ad manus Pontificis, qui manu sinistra rosam gestans, & dextra benedicens progreditur ad capellam, & Diaconi Cardinales hinc inde eleuant fimbrias pluuialis: cum peruerterit ad faldistorium; dat rosam Diacono prædicto, qui eam clericō cameræ tradit, & ille eam super altare ponit. Finita missa Pontifex facta oratione ante altare, recipit rosam, vt supra, & eam desert ad cameram suam. Et si ille, cui eam dare velit, est præsens, vocatur ad eius pedes, & genuflexo dat ei rosam, dicens: Accipe rosam de manibus nostris, qui licet immēriti locum Dei

cum Dei in terris tenemus, per quam designatur gaudium vtriusque Hierusalem, triumphantis scilicet & militantis Ecclesiæ, per quam omnibus Christi fidelibus manifestatur flos ipse speciosissimus, qui est gaudium & corona sanctorum omnium, suscipe hanc tu dilectissime fili, qui secundum seculum nobilis, potens, ac multa virtute prædictus es, vt amplius omni virtute in Christo Domino nobiliteris tanquam rosa plantata super riuos aquarum multarum, quam gratiam ex sua vberanti clementia tibi concedere dignetur, qui est trinus & unus in secula seculorum, Amen. In nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen. Hoc aliquando in capella factum fuit finita Missa, antequam Papa descendaret de sede sua: sed conuenientius est, vt Papa reuertatur ad cameram cum rosa, & ita apud maiores factitatum reperio. Ille cui rosa data est, postquam manum & pedem Pontificis osculatus est, ei que pro tempore gratias agit, cum Papa in camera vestes sacras deposuerit, ipse rosam manu gestans associatur usque ad domum suæ habitationis à collegio Cardinalium, medius inter duos antiquiores diaconos post omnnes alios Cardinales, circa illū sunt pedites

cursores Romanæ curiæ cum suis baculis,
qui solent illa die strenas ab eo, qui rosam ha-
buit, accipere.

*DE ENSE IN NOCTE NATI-
UITATIS DOMINI dando, & benedicendo.*

IN nocte nativitatis Domini nostri Iesu Christi, consueverunt Romani Pontifices ensem benedictum cum quodam capello Ducali ornatum candidis margaritis in formam columbæ alicui magno principi, si præfens est, dare: vel si non sit præfens, ad aliquæ regem vel alium principem per aliquem ex suis transmittere. Sed quamvis ensis benedictus vocatur, non tamen reperi eius benedictionem, Sixtus Papa quartus aliqua verba ordinavit cum ensis datur, dicenda, quæ subjiciam. Benedictio autem poterit fieri hoc modo, si placebit, Pótifex indutus alba, cingulo, amictu, & stola, antequā sumat cappâ purpuream, qua in hac nocte vti solet, benedicit ensem, quem Clerus cameræ in manu tenet, dicens: Versus. A diutorium nostrum in nomine domini. Respon. Qui fecit cœlum & terram. Versus. Dominus vobiscum. Res. Et cum spiritu tuo. Oremus: Benedicere digneris quæsumus domine Iesu Christe, huc ensem in defensionem sanctæ Romanæ ecclæsiæ,

ecclæsiæ, & christianæ Reipublicæ ordinatum, nostræ bene dictiōnis officio ad vindictā malefactorum, laudem verò honorū, vt per eum qui te inspirante illo accingetur, vim exigitatis exerceas, molemque iniquitatis potenter euertas, & sanctam ecclesiam, eiusque fideles, quos vt precioso sanguine tuo redimeres hodiè in terris descendere, & carnem nostram sumere dignatus es, ab omni periculo protegas, atque defendas, & famulum tuum, qui hodiè gladio in tuo nomine armatus erit, pietatis tuæ firma custodia munias, ille sumq; custodias. Qui viuis & regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amé. Aspergit deinde gladium & capellum aqua benedicta, & incenso adolet: deinde cappam & præcedente clero cameræ cum ense benedicto immediate ante crucem: Pontifex descendit ad capellam, & cætera seruantur, vt in officio noctis nativitatis Domini dicetur. Cum verò Pontifex dat ensem prædictum alicui præsenti, dicit hæc verba, quæ vt diximus, Sixtus quartus instituit. Solent Romani Pontifices in præclarâ natali Domini celebritate Christianissimo clarissimoque alicui principi ornatum ensem dare, aut destinare: quæ res profectò non caret mysterio. Vnigenitus namque Dei filius, vt humanam naturam

suo reconciliaret auctori, eam assumere dignatus est, vt inuentor mortis Diabolus per ipsam, qua vicerat, vinceretur: quæ quide victoria per ensem cōgruè designatur. Fuerunt insuper infideles Arriani, qui non veriti sunt Dei filium puram creaturam affirmare, cùm tamen hodierni Euāgelijs scriptura testetur, Deū omnia fecisse per Verbum. Largitur igitur præsenti die maximus Pontifex ensem, Dei infinitam potentiam signantem in Christo Deo vero, patriquæ æquali, & vero homini residentem: per quæ facta sunt omnia, Iuxta Davidicū illud, Tui sunt cœli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti, sedes denique Dei apostolica, videlicet sedes à Christo suum sumpsit stabilimentum, extitique preparata Dei iusto iudicio præmio atque iustitia, quibus' Saluator noster Iesus, verus Deus & homo, profligauit sedes ipsius aduersarios, hæreticos videlicet, & tyrannos, iuxta id quoque propheticum, Iustitia, & iudicium præparatio, sedis tuæ. Figurat denique Pontificalis hic gladius potestatem summam temporalem à Christo Pontifici eius in terris Vicario collatam, iuxta illud: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Et alibi, Dominabitur à mari, vsq;
ad mare

ad mare, & á flumine, vsq; ad terminos orbis terrarum, quam & declarat cappa illa sericea, quam Pótifices gestare solent in nocte nativitatis Domini. Nos ergò volentes, vt æquum est, approbatas Sanctorum Patrū confuetudines obseruare, statuimus, & principem Catholicum Sanctæque sedis à Deo vtrunque gladium habentis filium deuotissimum, hoc nostro præclaro munere insignire, necnon & hoc pileo in signum munimini & defensionis aduersus inimicos fidei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ protegere, firmetur igitur manus tua contra hostes sanctæ sedis ac Christi nominis, & exaltetur dextra tua, eos veluti ipsius assiduus, intrepidusq; propugnator de terra delendo, & armetur caputuum spiritus sancti per columbam figurati protectione aduersus eos, in quos Dei iustitia atque iudicium pro Romana Sancta Ecclesia, & apostolica sede præparatur. Quod tibi præstare dignetur idē Dei filius, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per infinita secula seculorum, Amen. Princeps, qui ense donatus est, vt primū illum de manu Pontificis accipit, pédé & manū eius osculatur, & p tēpore gratias agit: deinde discedēs deducitur ad domū habitationis suę à familiaribus, & domesticis prelatis Pape et ab amicis, oratoriis & nobilibus,

bus, qui voluerint illum honorare. Seruientes armorum præcedunt illum, qui ensem cum pileo ante principem præfert, & in hoc actu ipsi debent habere præcipuam strenam, sicut cursores in rosa.

DE BENEDICTIONE ET TRADITIONE vexilli bellici.

Pontifex consuevit vexilla Ecclesiae & armorum suorum benedicere, & capitaneo seu vexillifero Sanctæ Romanæ Ecclesiae dare in fine missæ: sedens in sede sua vexillum vnum, siue plura tenent brachijs pliata sine hastis aliqui clerici cameræ ante sanctissimum Dominum nostrum: qui deposita mitra surgit, & dicit. Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus: Omnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & hoc vexillum, quod bellico usui preparatum est, cœlesti benedictione sanctifica, ut contra aduersarias & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumspectum: sitque inimicis Christiani populi terrible, ac intercedentibus Sanctis tuis, solidamentum, & victoria certa fidutia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, &

la, & cœlestis præsidij sperantibus in te præstas auxilium: per Christum Dominum nostrum. Finita benedictione, aspergit vexilla cum aqua benedicta, & adolet incenso, que mox hastis infiguntur: & erecta simul cum hastis dantur per summum Pontificem sedem cum mitra Capitaneo genuflexo ad eius pedes cum his verbis, dicens: Accipe vexillum cœlesti benedictione sanctificatum, sitque inimicis populi Christiani terrible: & det tibi Dominus gratiam, ut ad ipsum nomine & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres in columnis & securus. Capitaneus accepto vexillo osculatur pedes Sanctissimi Domini nostri, & surgens recedit cum suis.

DE CONSECRATIONE AGNUS Dei.

Agnus Dei soliti sunt benedici a summo Pontifice primo anno sui Pontificatus, & deinde septimo quoque anno dum viuit. Sed antiquitus cera alba pro illis formandis per magistrum ceræ palatij Apostoli, & per illos, qui volebant pro se agnus Dei, cera ponebatur super altare beati Petri, quam subdiaconus Apostolicus de altari accipiebat, & in aliqua camera capaci & idonea in palatio ipsi cum alijs Subdiaconis & Acholuthis Papæ manibus proprijs formabant

mabant Agnus Dei cum magna deuotio-
ne, reuerentia, & munditia. Habant ali-
quos seruitores, qui necessaria ministrabāt.
Et omnia fiebant impensis camera, ceram
albam mollificabant cum oleo sancto, & o-
leo chrismati quod superfuerat de anno
præterito. Deinde cum facta erat tota quan-
titas, præsentabātur capsæ plenæ Agnus Dei
& benedicebantur per Papam. Hodiè autē
sacrista cū suis capellanis & clericis capella
format ipsos Agnus Dei. Ceram ipsam su-
mit vel ex cero benedicto in Sabbato san-
cto anni præteriti, vel aliud expensis Papæ.
Non miscentur oleo sancto, aut sacro chris-
mate: sed puri & mundi præsentantur in
capsis sanctissimo Domino nostro in came-
ra sua. Pontifex aliquo die post pascha ante
sabbatum in albis dicta sive audita Missa in
sua priuata capella, indutus amictu, alba,
cingulo, stola, & mitra simplici, benedicit
aquam benedictione communi, sicut fit in
Dominicis diebus à sacerdotibus, in aliquo
magno vase ibi preparato. Et si magis placet
potest illa aqua prius benedici ab aliquo E-
piscopo domestico Papæ. Deinde Pontifex
accedens ad vas prædictum, deposita mi-
tra stans dicit. Versum, Adiutorium nostrum
in nomine Domini. Respon. Qui fecit cœlū
& terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp.

Et cum

Et cum spiritu tuo. Oremus: Domine Deus
pater omnipotens, statutor clemētorum o-
mnium, & conseruator humani generis, da-
torq; gratiæ spiritualis, & largitor salutis æ-
ternæ, qui aquas ex paradisi fonte manantes
totam terram irrigare iussisti, super quas uni-
genitus tuus siccis pedibus ambulauit, & in
eis baptizari dignatus est, quæ vñā cum suo
sanguine de latere sacratissimo perfluxerūt,
& baptizare in ipsis p̄cepit discipulis omnes
gentes, adesto benignus & clemens, & no-
bis tua hæc magnalia recolentibus adueniat,
vt ea, quæ in hoc aquarum vasculo ad glori-
am tui nominis præparato infundere decre-
uimus, & immergere, bene ✠ dicas, & bene
dicta sancti ✠ fices, quatenus ipsisorum vene-
ratione & honore nobis famulis tuis crimi-
na diluantur, abstergantur maculae peccato-
rum, impetrantur yenix, gratiæ conferantur
vt tandem vna cum sanctis, & electis tuis vi-
tam percipere mereamur eternam: Per eun-
dem Christum Dominum nostrum, A-
men.

Resumit deinde mitram Pontifex, & in-
fundit balsamum ex ampulla in aquā in mo-
dum Crucis, dicens: Consecrare, & sanctifi-
care digneris Domine aquas istas per istam
unctionem balsami, & nostram benedi-
ctionem, In nomine Patris ✠ & Filii ✠ &
Spiri-

Spiritus Sancti ☩ Amen. Et ter signat. Deinde ex alia amplia in eandem aquam Sanctum chrisma, & in modum Crucis, dicens: Consecrare & sanctificare digneris Domine, aquas istas per istam vocationem Sancti chrismatis, & nostrā benedictionem. In nomine Patris & ☩ Filij ☩ & Spiritus Sancti ☩ Amen. Benedic̄ta aqua vertit se ad capsas, vbi sunt Agnus Dei, & sine mitra stans dicit, Dominus vobiscum. Resp. Et cum Spiritu tuo. Oremus, Deus omnium sanctificationem, Dominator Dominus, cuius pietas sine fine sentitur, qui Abraham patrem fidei nostrae praecepto tuo filium Ysaac immolare disponetem in figuram redemptionis nostrae per arietem vepribus inherentem eius sacrificium consumare voluisti, quique Moy si famulo tuo legifero iuge holocaustum precepisti in agnis immaculatis offerri, te suppliciter deprecamur, vt nostrae vocis exortatus officio, has cereas formas innocētissimi agni imagine figuratas benedi ☩ cere, & per invocationem tui sancti nominis sanctificare digneris, vt per eius tactum, & visum fideles inuitentur ad laudes, fragor grandinū procella turbinum, impetus tempestatum, ventorum rabies, infesta tonitrua temperamentur: fugiant, atque tremescant maligni Spiritus ante Sanctæ Crucis vexillum, quod in illis

in illis exsculptum est, cui flectitur omne genus, & omnis lingua confitetur, quia deuicta morte ☩ Crucis patibulū Iesus Christus regnat in gloria Dei Patris, ipse est tanq; quis ad occisionem ductus in morte tibi Patri Sicut etiam corporis obtulit sacrificium, vt omen perditam diabolica fraude seducta reduceret, & reductam suis humeris ad cœlestis patriæ gregem reportaret: Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum Amen. Deinde dicit aliam orationem. Omnipotens se piterne Deus, qui legalium hostiarum, & ceremoniarum es institutor, & quæ pro restauratiōe humani generis fieri instituisti, vt placatio tua, quæ suggestione diabolica accepta, tuæ maiestatis imperium contemnendo indignationem tuam incurrit, & his hostijs atque sacrificijs obediendo placari voluisti, sicut in sacrificio agni primitiarum instituisti Abel, & in oblatione Melchisedech sacerdotis tui: atque in immolatione hostiarum, agnorum, arietum, & taurorum pinguium, Abrahæ, Moy si, & Aaron famulis tuis: quæ omnia illis in figuram contingebant, quia cum tua sancta benedictione sancta erant, atq; salutifera offerentibus. Et sicut ille Agnus, de cuius sanguine postes & superlimina domus linebantur, immolatus, populum tuū à persecutio

persecutione Aegyptiaca media nocte liberauit: & quemadmodū ille agnus innocens tua voluntate immolatus in ara crucis Iesu Christus filius, protoplastum nostrū, de diabolica potestate eripuit: sic isti agni immaculati virtutem illam accipient, quos conferrandos offerimus in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Tu eos bene \ddagger dicere, sanctifi \ddagger care & cōfēc \ddagger rare digneris, vt tua larga benedictione sanctificati eandem virtutem accipiāt contra omnes diabolicas versutias, & fraudes maligni spiritus, vt illos deuotè super se ferentibus nulla tempestas eisdem præualeat, nulla aduersitas dominetur, nulla aura pestilēs, neque aeris corruptio, nullusq; morbus caducus, nulla maris procella, & tēpestas, nullum incendium, neq; vlla iniquitas dominetur eis, neq; præualeat homo: partus cum matre incolumis conferuetur per intercessionem vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi: qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, &c.

Oremus tuam clementiam omnipotens Deus, qni cūcta ex nihilo creasti, & post Adēlapsum Noe & filijs eius benedixisti, qui iusti corā maiestate tua cōparuerūt, atq; tua miseratione ab aquis diluvij salui facti sunt: sic ita istos Agnos benedī \ddagger cere, sanctifi \ddagger care & cōfēc \ddagger rare digneris, quaten^o eos, deuotē defē-

tē defērentes ob reuerētiam & honorē nominis tui liberētur ab omni inundatione aquarū, & ab omni fluctuatione diabolicæ tēpestatis, & à morte subitanæ per virtutē passio- nis Iesu Christi filij tui benedicti, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorū, Amen. His finitis accingitur Pontifex, & sumpta mitra sedet apud vas aquæ, & Cubicularij ad eū portant Agn^o Dci in peluibus argētis, quos Pōtifex immergit in aquā, & prelati astātes eos extra hūt, & in peluib^o portat super mensas cum mappis madis præparatas, vt siccētur. Et omnib^o baptizatis per Pōtificē, vel p eiis prælatos, surgēs Pontifex stā sine mitra, dicit su per eos has orationes. Oremus, O alme Spiritus qui aquas fœcūdas, & cūcta viuificas, et in aquarū substātia maximaq; sacramēta cōstituisti, quæ à te sanctificate amaritudine dimissa in dulcedinē sunt cōuersę, & tuo flatu sanctificate, atque imperante lauacris suscepitione sanctæ Trinitatis nomine inuocato omnia peccata diluunt: quēsumus Domine hi agni sacra & perenni vnda balsamōque sacri chrismatis perfusi, tu illa benedī \ddagger cere sanctifi \ddagger care & cōfē \ddagger rare digneris, quatenus à te benedicti virtutem accipient contra omnia diabolica tentamenta, & oēs portantes tuti esse possint inter ad-

SACRARVM CERIMONIARVM

uersa & prospera, vt tua consolacione accepta nullum periculum timeant, nullamque formident vmbram, nulla fœtida diabolica aut versutia humana eis noceat: sed fortitudine tuæ virtutis roborati, tua cōsolatione gloriantur, qui verè Paracletus diceris, & in trinitate perfecta viuis & regnas p omnia secula seculorum, Amé. Domine Iesu Christe fili Dci viui, qui verè es agnus innocens, sacerdos & hostia: qui, p̄pheticavoce vitis es, lapis angularis pdicaris: qui mundi peccata abstulisti: qui occisus nos redemisti Domine Deus in sanguine tuo, atque postes pectoris & frontis nostræ tuo cruore liniuisti, ne diabolica nocturna versutia, & meridiani incurvus, & populus sequiens, & sup domos nostras transtieſ, vires in nos exercent. Tu verè es agnus immolatus pro nostra reconciliatione, & iugis voluisti à tuis fidelibus in tui memoriam immolari, & in agnum paschalem sumi sub speciebus panis & vini in sacramēto in salutem, & in remedium animarum nostrarum, vt mari & præsenti seculo trāfacto, ad resurrectio- nis & æternitatis gloriam venire posimus. Rogamus ergò clemētiā tuā, & hos agnos immaculatos benedi, & cere, sanctifi, & care, & conse, & crare digneris, quos de cera virginea in tuum honorem formauimus per opera crucis, & sacra vnda, balsamoq; & sa-

cro

TIBER PRIMVS.

91

cro chrismate liquorī confecti in sanctifica- tionem tuæ cōceptionis, q̄ absque cōtagio- ne ac p̄page humana sola diuinā virtute suscepisti, sic eos deferentes tuearis, p̄tegas & defendas ab omni periculo incēdijs, fulguris, procellæ & tempestatis: & ab omni aduersi- tate custodi per mysterium passionis tuæ: & sic eos liberare digneris ab omnibus pericu- lis, & in puerperio laborantes, sicut matrē tuam ab omni periculo liberasti: & Susannam de falso crimine, & beatam Teclam virginē & Martyrem tuam ab incendijs, & Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti: ita nos ab hoc seculo illæsos abire facias, vt tecum sine fine viuere valeamus. Qui viuis & regnas in unitate Spiritus sancti Deus per o- mnia secula seculorum, Amen.

His finitis reponuntur Agn⁹ Dei in suis ca- psis, & dcinde Sabbato in albis post Agnus Dei in Missa dantur, vt in ceremonia illius dei plenius dicemus.

Legimus Urbanum quintum Pontificem maximum misisse ad Imperatorem Græco- rū tres Agnus Dei, cū versibus infra scriptis.

Balsamus, & mūda cera cū chrismatis vnda Cōficiūt Agnū, quod munus do tibi magnū, Fonte velut natum per mystica sanctificatū. Fulgura de sursum depellit, omne malignū. Peccatū frangit, vt Christi sanguis, & angit.

M 3

Prægnans

SACRA RVM CERIMONIARVM.

Prægnans seruatur, simul & partus liberatur
Dona defert dignis, virtutem destruet ignis.
Portatus mundè de fluctibus eripit vnde.

D E C R E A T I O N E N O V O -
rum Cardinalium. Sectio VIII.



Vanujs Romanus Pôtifex de plenitudine potestatis quando voluerit, & quos vtile Re publicæ Christianæ putauerit posse in Sâctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales assumere, tamen consueuit Cardinalium creationem celebrare in quatuor temporibus, ad imitationem Sanctorum patrum, qui illis diebus ordinaciones faciebant clericorum Romanæ Ecclesiæ, sicut & hodiè faciunt aliarum ciuitatum Episcopi: aliquando tamen etiam nostris temporibus extra tempora creati sunt Cardinales. Sixtus enim Papa quartus Anno salutis Millefimo quadringétesimo septuagesimo tertio: & sui Pontificatus secundo, septima die Maij creauit octo Cardinales. Seruatum tamen usque ad tempora, vt summus Pontifex non creet nouos Cardinales, nisi de cœnsu maioris partis sacri collegij.

D E

LIBER PRIMVS.

92

D E P R I M O C O N S I S T O R I O
an sint creandi, & quot.

C Vm igitur Pôtifex voluerit nouos Cardinales creare, quarta feria quatuor temporum in consistorio secreto proponit fratribus suis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus causas, quæ mentem suæ sanctitatis mouent ad nouos Cardinales faciendum deinde exquirit sigillatim eorum sententiâ, an videatur eis expedire noua Cardinalium creatio. Exponunt vota sua oës per ordinem liberè, & vt ab omnibus intelligentur seruato ordine dignitatis, & prioritatis videlicet, primum Episcopi, deinde presbyteri, ultimus Diaconi. Et quamuis antiquis temporibus in consilijs & votis dandis, præterquam in electione Pontificis, ordine præpostero, inter Diaconos Prior Diaconorum esset ultimus, & Iunior primus: tamen hodiè res ad debitum ordinem redacta est, & Prior est primus, & Iunior ultimus. Si maior pars collegij in sententiam Pontificis venit, tunc agitur de numero promouendorum: in quo si eadem die conueniunt, dimittitur senatus, & indicetur ad sextam feriam aliud consistorium & Pontifex monet Cardinales, vt cogitent de personis promouendorum.

M 4 D E

SACRARVM CERIMONIARVM
DE SECUNDO CONSISTORIO
& forma pronunciandi Cardinales.

Sexta feria iterum conueniunt Patres ad secretum consistorium: proponit Pontifex nomina illorum, qui sibi videntur idonei ad tales dignitatem, & causas cur ad id moueatur, exponit, siue sint merita personarum, siue principum iustae preces: rogantur patres sententiam, & in quibus maior pars collegij consentit, illi tantum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales à pontifice pronunciantur in hanc formam. Auctoritate Dei patris omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra N. Episcopum Firmanum absoluimus à vinculo, quo tenebatur Ecclesia suæ Firmamen. & ipsum assumimus in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem, & B. protonotarium Senensem assumimus in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem, & sic de singulis. Si vero aliquis non erat prius Episcopus, non dicit. Absoluimus à vinculo quo tenebatur Ecclesia, &c: sed simpliciter dicit, Assumimus.

INFIRMORVM VOTA PER
duos Cardinales exquirenda.

ET

Et aduertendum, quod si qui antiqui Cardinales sunt in curia, qui infirmitate detenti non possint venire ad consistorium, consuevit Pōtifex duos alios Cardinales ad domum infirmi mittere, qui ab illo exquirant votum suum, primo die & secundo an sint noui creandi, & de numero, & postea de personis, qui omnia fideliter referant sanctissimo Domino nostro in secreto consistorio coram alijs Cardinalibus. Creatis nouis Cardinalibus, ipsa sexta feria Pontifex siue Cardinales antiqui solent per suos nuncios id significare nouiter creatis.

QUOD NOVITER CREATI
non sunt publicè visitandi, antequam capellam
aceperint, & visitauerint.

Sed non debent prius visitari publicè no-
si ab antiquis, quām galerum acceperint
à Pontifice, & alios ipsi visitauerint, possunt
tamē ab aliquibus amicis visitari clam, & no-
ctu, & non cum ostentatione. Vidimus tamē
Sixti præfati tempore solitam Cardinalium
grauitatem non fuisse seruatam, qui non mo-
do publicè visitarunt aliquos nouos creatos,
vt primū è consistorio sunt egressi, sed nō
nullos, qui erant in palatio omnes simul col-
legialiter deduxerunt ad domum suam cum
cappa Cardinali & galero nigro: quod ta-
men fuit à multis damnatum.

SACRAVM CERIMONIARVM
D E C O N S I S T O R I O P V B L I C O ,
in quo publicantur Cardinales noni, & da-
tur galerus presentibus.

Sabbato sequenti fit publicum consisto-
rium: noui Cardinales veniunt summo
mane ad palatium in habitu, quo antea vte-
bantur, & expectat in aliqua camera sibi præ-
parata, & hoc antequam Cardinales antiqui
veniant. Deinde cōgregatis omnibus Pon-
tificis cum pluiali & mitra preciosis, præce-
dente cruce & Cardinalibus, exit ad publi-
cum consistorium, ascendit cathedram suam
& recipit Cardinales antiquos ad reuarenti-
am more solito: deinde confendentibus omni-
bus, Pontifex verbis conuentientibus expo-
nit causas, quæ mouerunt suam Sanctitatem
& sacrum collegium, ad nouos Cardinales
creandos: deinde descendēs ad particularia,
nominat personas ad Cardinalatum assump-
tas, vnumquemq; laudans pro meritis, &
qualitate sua. Verbi gratia. Assumpsimus di-
lectos filios, Egregiū sacræ Theologie pro-
fessorem. N. tunc Episcopum Vlyponen-
sem, & c. virum vtique probum, modestum,
& multa doctrina prudentem: & B. tunc E-
piscopum Vrbinatem Iuris vtriusq; peritis-
imum, virum integerrimum, & vitæ laudabi-
lis, in sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteros
Cardina-

LIBER PRIMVS. 94

Cardinales. Simili modo assumpsimus dilec-
tos filios N. de Fuxo, tunc Apostolicæ sedis
protonotarium, virum & maiorum suorum
gloria, & sua virtute clarissimum: & demum
Ioannem, nostrum secundum carnem nepo-
tem (cuius merita dies ostendet) in sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Diaconos Cardinales.

His dictis prout res & tempus exigere vi-
debitur, iubebit summus Pōtīfex nouos Car-
dinales vocari: diaconi Cardinales antiqui
tot numero, si adsunt, vt duo antiqui vnu-
m ducant, ad eos proficisciatur, & illos ad
conspectū Pontificis adducūt duo: antiqui-
ores Diaconi medium habent primo nomi-
natum ex nouis: quod si antiqui Diaconi nō
sufficerent, erit vnu tantum antiquus cum
vno nouo, ita tamen quod antiquus sit à sinis-
tris: & si etiā non sufficiant antiqui, vnu du-
cat duos, aut tres nouos. Si autem nullus ad-
asset diaconus antiquus, aut vnu tantum, iu-
niiores presbyteri Cardinales, antiqui vnu
vel duo debet supplere, ita vt nō minus duo-
bus sint antiqui Cardinales qui nouos du-
cāt: primū tamē locum obtinebit Diaconus
Cardinalis, vt prior illius ordinis. Cum pue-
nerint in conspectū Pōtīfīcis, detecto capite
se pfunde inclinant, put ductor eis ostēdet.
Cū venerint ad introitū consistorij, firmēt se
post scānum, vbi sedent vltimi presbyteri
Cardina-

Cardinales ante Pontificis faciem, & capite detecto persistent per ordinem sue prounicationis, ita vt primò nominatus stet primus versus parietem, & alij successiù sequatur, Pontifex in hanc fermè sententiam eos alloquitur:

Maxima dilectissimi Filij, & excellentissima dignitate donati estis: ad collegium Apostolicum vocati confiliarij nostri, & coniudices orbis terrarum eritis: inter causam et causam, inter sanguinem et sanguinem, inter lepram & lepram discernere vos oportebit: successores Apostolorum circa thronū sedebitis. Vos Senatores vrbis & regum similes, eritis veri mundi Cardinales, super quos militantis ostium Ecclesiae voluedum ac regendum est. Cogitate animo quos viros, quæ ingenia, quam integratam hæc dignitas requirat: humilitatem, non superbiam: liberalitatem, non auaritiam: abstinentiam, non ebrietatem: cōtinentiam, non libidinem: scientiam, non ignorantiam: virtutes omnes, nullum vitium hic honor exposcit. Si fuistis haec tenus vigilantes, nunc vigiletis oportet aduersus malignum hostem, qui nunquam dormit, cogitans quem deuoret. Si liberales fuistis, nunc opes in rebus honestis profundite, & maximè in alēdis pauperibus Christi: si cibi potusque abstinentes, nunc præcipue luxuriam

luxuriam fugite: absit auaritia, faceffat crudelitas, exulet arrogantia, sint libri sacri semper in manibus vestris, dies noctesq; aut discite aliqd, aut alios docete: opera perficite per quæ lux vestra coram hominibus luceat, & deniq; tales estote, quales esse debere Cardinales dijudicatis anteq; hoc culmen ascenderetis. His verbis vſus est Pius secundus Pōtifex maximus, cum primos suos Cardinales cravuit, poterit Pontifex pro sua eloquentia, & doctrina mutare, & addere prout ſibi expediens videbitur. Nos pro introductione, & formula quadam hæc posuimus, facile erit deinde inuentis addere, & pro qualitate temporis, & personarum varietate variare.

D E R E C E P T I O N E N O V O-
rum Cardinalium ad osculum pacis. Et tra-
ditione galeri.

DVm Pontifex nouos Cardinales allquitur, Diaconi qui illos deduxerunt, in camino suo ſedent, & vt Pontifex dicendi finem fecit, surgunt, & rursus nouos ordine quo venerant ad Pontificem ducūt, procedit antiquus, & nouo gestus reverētiasq; ostendit. Cum peruererint ad Pontificem noui, pedem, deinde manum illius osculantur, & Pontifex eos alleuans, ad osculum oris recipiunt: inde à Diaconis ad alios antiquos Cardinales deducuntur, & à primo vſq; ad ultimum ſtant

mum stantibus recipiuntur ad osculum pacis. Diaconi deductores suo loco & ipsi statutes in suis scannis nouos ad osculum suscipiunt: qui demum exosculatis omnibus antiquis, à ministro ceremoniarum deducuntur ad subsellia presbyterorum seu Diacorum, & sedent secundū ordinem factæ pronunciationis & gradus. Vbi confederint, potest proponi aliqua breuis causa per aduocatos, si placuerit sanctissimo Domino nostro, & ea finita, surgent omnes Cardinales, & Cantorib. cantantibus, Te Deum laudamus, procedent ad capellam minorem palatij Apostolici, si fieri apud Sanctum Petru, si alibi aliquam capellam cōmodam, siue altare in proximo præparatum, præcedent Episcopi, deinde presbyteri & Diaconi & noui erunt medij inter ultimos: duo Diaconi ex senioribus remanebunt apud Papam, cum peruererint ad altare, prosternunt se noui omnes super tapetis ante altare in terra, tenentes caput super brachia sua. Et finito hymno prior Episcoporum stans in cornu altaris, vbi Epistola legitur, & ex eo libro super altare parato, dicit versiculos & orationes infra scriptas. Pater noster secrètè profequitur, & deinde altè. Et ne nos inducas in tentationem. Respōd. Sd libera nos à malo. Vers. Saluos fac seruos tuos. R. Deus meus spe-

meus sperátes in te. V. Mitte eis Domine auxiliū de sancto. R. Et de Syō tuere eos. V. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus: Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulis tuis, & dirige eos secundum misericordiam tuam in viam salutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiant, & quæ tibi placita sunt, tota mente perficiāt. Actiones nostras quæsum⁹ Domine, aspirando præueni, & adiuuando prolequere, vt cuncta oratio & operatio à te semp̄ incipiat, & per te cœpta finiatur: Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Reuertūtur Cardinales omnes ad sanctissimum Dominum nostrum ordine quo venerant, & stantibus antiquis Cardinalibus in circulo ante Pontificem prior: nominatus ex nouis genuflectit ante Pontificem: cui Pontifex imponit galerum rubrum super caput eius, dicens: Ad laudem omnipotentis Dei, & sanctæ sedis Apostolice ornamētū accipe galerum rubrū, insigne singulare dignitatis Cardinalatus, per quod designatur, quod usque ad mortem, & sanguinis effusio nem inclusiue pro exaltatione sanctæ fidei, pace & quiete populi Christiani, augmēto & statu sacrosancte Romanæ Ecclesiæ, te in trep-

trepidum exhibere debeas: in nomine patris,
*& filij,&c. Et sic vnicuique sigillatim gale-
rum imponit secundum ordinationem sue
pronunciationem: & quisque ex deputatis
à Pontifice qui primo tenebant galerum, cū
Pontifex ipsum imposuit capiti Cardinalis,
finita oratione resumit dictum galerum, &
ipsum portat quoisque Cardinalis nouus
equitat.

DE NOVI CARDINALIS DE- ductione.

Cardinales acceptis galeris deducuntur
ab antiquis equitantes ordine, quo ad
altare dueti sunt: prior ex nouis erit medius
inter duos antiquiores diaconos, qui equi-
tant vltimi. Secundus erit medius inter duos
alios Diaconos illis prioribus succedentes:
& sic de alijs, ita quod caput Diaconorum
incipiatur ab vltimis, & ita deducuntur noui
ab antiquis Cardinalibus vsque ad domos
suarum habitationum. Et primò vadunt non
per ordinem promotionis, sed vt magis com-
modum erit, incipiendo à viciniori, & quem
libet dimittunt domi suæ. Quando autem
perueniunt ad domū noui cuiusdam Cardi-
nal is, antiqui firmat se ante ostium, antiquio-
res prope ipsum ostium, & alij Episcopi, &
presbyteri successiue: Diaconi autem ab alia

parte

parte, & nouus solus deducente cleroce
cerimoniarum, equitat ad primum Cardinalē,
& detectō capite agit ei gratias pro impenso
honore & sociate breuissimis verbis: & dein
de sigillatim cuiq; ex antiquis: reuertit post
hæc ante ostium suum, & versus ad Cardina-
les, semper detectō capite cuiq; discedenti
inclinat caput: & cum omnes Cardinales, &
prælati decesserint, intrat domum suam. Idē
fit cum omnibus alijs, tam presbyteris, quam
Diaconis.

DE MODO VISITANDI.

POstquā noui Cardinales acceperūt ga-
lerum à sanctissimo Domino nostro, se-
quenti die, si possunt, visitant summum Pon-
tificem. Deinde alios Dominos antiquos, nō
per ordinem, sed vt eis commodū erit: & fi-
nita visitatione omnium, ipsi debent ab anti-
quis visitare in domibus suis. Quando ipsi vi-
sitant alios, debet honorari à visitatis, & poni
ad manum dextram eundo: & cum intrant
ostia, primo intrare debent, tamē facere mo-
destam reverentiam, & renitentiam de non
acciپiendo dextram, & non intrando prius,
sed tamen tandem debent obedire: & simili-
liter quando alij veniunt ad visitandum e-
os in domo sua, etiam si sint post eum pro-
nunciati, aut inferioris ordinis, debet eos po-
nere ad dextram, & præmittere intrando, &

SACRARVM CERIMONIARVM

cum veniunt, exire eis obuiam usque ad fines scalarum, si potest: et cum recedunt sociare eos quousque; descendant equum seu mulam: & hoc non debent dimittere, etiam si sepius a visitante rogentur, ut remaneant. Quod seruat & in nouis & antiquis, cum se mutuo visitant: semper visitatus honorat visitantem.

D E MODO ET FORMA CLAVENDI & APERIENDI OS NOVIS CARDINALIBUS.

In primo consistorio Pontifex nouis Cardinalibus claudit os, inhibetque; ne quid loqui presumant in consistorijs, aut consilijs, quousque de consilio fratrum duxerit eis os aperire.

In secundo consistorio, aut tertio consuevit eisdem Pontifex aperire os in hunc modum. Postquam omnes tam antiqui quam noui concederint, Pontifex iubet exire nouos Cardinales, qui exentes expectant extra consistorium in loco condecenti: & summus Pontifex proponit antiquis Cardinalibus, an illis videatur, quod noui sit aperientum os: & illis sigillatim consentientibus, vocantur intus noui Cardinales, & sedent in locis suis. Tunc P otifex nouos Cardinales stan tes verbis paterna charitate plenis instruit, quomodo se in omnibus cum grauitate, modestia, humanitate, & prud entia gerere debent: quod in consistorijs cum reverentia & modestia

LIBER PRIMVS.

93

modestia loquantur. Mentem suam exponat non per modum contradicendi, seu impugnandi aliorum dicta: sed cum omnium reverentia & modestia sententiam suam explicet ea prudentia, quam Dominus eis subministrare dignabitur. In consilijs seu votis explicandis solum Deum pra oculis habeant. Domum atque familiam suam cum omni honestate gubernent, non sint in ea lusores, rixatores, ganeones, & viri infames: familiam namque virtus plerunque dominis impingi solet. Vnde illud, Qualis rex, talis & populus. Incumbant, cum vacant a publicis negotijs, bonarum artium studijs. In mensa semper aliquid audiant de sacra scriptura. Haec & alia pleraque in hunc modum poterit sanctiss. Dominus noster nouis Cardinalibus dicere, prout suae sanctitati videbitur expedire.

FORMA APERIENDI OS.

D einde aperit eis os, dicens: Aperimus uobis os tam in collationibus quam in consilijs atque in electione summi Pontificis & in omnibus actibus tamen in consistorio quam extra, qui ad Cardinales spectat, et quos soliti sunt exercere, in nomine patris ¶ & filij ¶ & spiritus sancti ¶ Amen.

DE DANDIS TITVLIS ET AN-

nulis nouis Cardinalibus.

N a Deinde

Dinde accedentes noui Cardinales v-nus post alium Pontificem, primus genuflectit ante P̄tificē: qui accipiens annulū pretiosum ad hoc pr̄paratum, immittet in digito annulari dextræ man⁹ Cardinalis, dās ei annulum & titulum, dicens: Ad honorem Dei omnipotentis, sanctorum Apostolorū Petri & Pauli, & sancti N. committimus tibi Ecclesiam sancti N. cum clero & populo, & capellis suis secundum formā qua committi consueuit Cardinalibus, qui eandem Ecclesiam in titulum habuerūt: in diaconis autē idem seruantur, nisi quod non dicit, tituli, nec adduntur capellæ.

**QVOD NOVI CARDINALEs
non vtuntur titulis antequam habeant tun-
lum.**

Et notandum quod noui Cardinales et iam si antea erant pr̄lati, non debent portare annulos antequam habeat annulum à summo Pontifice. Cūm autem acceperint annulū & titulum, osculentur pedem, & Pontificis manū: & sanctitas sua eos eleuet ad osculum oris, & reuertuntur ad sedes suas. Datis annulis & titulis Cardinalib. pr̄senti-bus, consuevit etiā Pontifex ad cōtentiones tollendas etiam dare titulos Cardinalibus absentibus si quisint nouiter creati. Et hæc omnia de ore aperiendo, annulis, & titulis dan-

dandis possunt etiam fieri extra consistoriū ordinarium, videlicet in circulis, & congre-gationibus, quando Cardinales vocātur pro aliqua causa. Et tamen supradicta seruantur sicut in consistorio.

**DISPENSATIO QVOD RETI-
neant beneficia.**

Et quoniam in assumptione ad Cardi-nalatum, cōsentur omnia beneficia p-moti vacare, consuevit Pontifex per literas Apostolicas ad partem dispensare cum pro-moto, vt omnia beneficia, quæ obtinebat, retineat: & decernere illa non vacare.

**G A L E R V S R E G V L A R I T E R
non mittitur absentibus.**

Et notandum, quod sicut apud omnes cerimoriaū libros inuenimus, regula riter Pontifices non consueuerunt mittere galerum rubrum nouis Cardinalibus extra curiam, nisi essent in aliqua legatione pro aliquo re magni momenti sedis Apostolicæ, quia tunc mittetur, vt sint maioris auctorita-tis & reverentia: & tunc seruantur infra scri-ptæ ceremoniæ.

**QVÆ SERVANTVR CV M MIT-
tur galerus extra curiam.**

Summus Pontifex cum galerum rubrum salicui extra curiā destinat, committit ali-cui pr̄latō in illis partibus primario per suas

N 3 literas,

literas, vt publicè galerum rubrum Apostolicæ sedis nomine nouo Cardinali imponat, recepto ab eo prius fidelitatis iuramento. Nam ab absentibus exigitur iuramentum: præsentibus autem aliquando fuit factum, aliquando non. Formâ iuramenti, & literas Apostolicas dabit illi, per quem mittet galerum. Qui igitur illum nomine Pontificis ad nouum Cardinalem deferet, cùm ingreditur urbem sive oppidum, ubi nouus Cardinalis inhabitat, deducuntur à nobilibus & amicis Cardinalis, & ipsum galerum portabit palam vt videre possit, sive super vnum baculum, sicut portatur ante Papam, sive alias, quomodo sibi placuerit. Die Dominico vel Festo, conuenient ad domum noui Cardinalis: Episcopus cui committitur assignatio, & Pontificis nuncius qui galerum portauit & simul omnes cum nouo Cardinali ibunt ad Ecclesiâ, nuncio Apostolico ante Cardinalem galerum portât: & tunc Cardinalis habebit cappam Cardinalarem, & galerum nigrum statui suo pristine congruentem. In Ecclesia postquam fecerint orationem ante altare, audient Missam solennem sive simplicem, prout Domino Cardinali placebit. Finita Missa Episcopus cõmissarius induet super rochetum, sive supperpellicium, stola, pluviale, et mitram precio-

preciosam, & sedebit supra cathedram sibi paratam ante altare, vertens faciem ad populum. Nuncius autem, & qui galerum portauit, deponet illum super altare: & si ad hoc erit idoneus & paratus, stans in loco conuenienti, vt ab omnibus audiatur, facit breuem sermonem de dignitate Cardinalari, de meritis & virtutibus noui Cardinalis, & de meritis principis, qui pro eo supplicauit. Finito sermone vel dimisso, accedet ad Episcopum commissarium, & illi præsentabit literas Apostolicas, quas Episcopus reuerenter suscipiet, & per vnum ex suis publicè legi faciet. Deinde conuertens se ad circumstantes, narrabit qualiter summus Pontifex volens Sanctæ Romanæ & Vniuersali Ecclesiæ de nouis Cardinalibus prouidere, in quatuor temporibus proximè præteritis assumpit ad Cardinalatus dignitatem octo Reuerendissimos patres, omnium virtutum genere excellentes: inter quos voluit annumerari Reuerendissimum in Christo patrem, tunc Episcopum Tornacensem, cùm suis preclaris meritis, tum maximis precibus & intercessione Serenissimi Regis, seu principis, &c. & hic, præfertim si nuncius Apostolicus id non fecerit, laudet personam Cardinalis, personam intercedentis, & ipsam dignitatem. Demū exponat

commissionem sibi factam, & concludat se
esse paratisimum ad exequenda Apostolica
mandata.

Nous Cardinalis his dictis accedat ad altare, & genuflexus ante Episcopum iuret, vt in forma ad Episcopū transmissa contineatur. Quo facto surgit Episcopus, & retrahēs se ad cornu Epistolæ deposita mitra, & libro super altare sibi parato, dicit verificulos & orationes infra scriptas super Catdinalalem genuflexum in eodem loco, ybi iurauit, permanentem, Pater noster: deinde prosequitur secretè:tum altè dicit. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Saluum fac feruum tuum Domine. Respon. Deus meus sperantem in te. Ver. Mitte ei Domine auxilium de sancto. R. Et de Syon tuere eum. Ver. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meo ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo N. & dirige eum secundum clementiam tuam in viam salutis æternæ: vt te donantē tibi placita cupiat, & tota virtutē perficiat. Oratio. Actiones nostras quæsumus Domine aspírando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur, Per

Christum

Christum Dominum nostrum, Amen. Sedēt deinde Episcopus commissariū cum mitra, & accipiens galerum rubrum de manu nūcij Apostolici, ipsum super caput noui Cardinalis ante se genuflexi, biretum & cappam in capite tenentis imponit, dicens: Ad laudē & gloriam omnipotētis Dei accipe rubrum galerum magnē Cardinalatus dignitatis insignē, quod per manus nostras Apostolice sedis nomine capitū tuo imponitur in nomine patris ♫ & filij ♫ & spiritus sancti ♫, Amen. Et sicut idem Paracletus super capita Discipulorum Christi in figura ignis descendit, eorum corda Dei timore inflammans: ita & tu qui illorum typum cum alijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in terris gesturus es: charitate feraens, zelo domus Dei ardeas: & scias te pro exaltatione & tuitione catholicæ fidei, pro pace & quiete Christiañi populi, pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, honore, statu, commodoque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, usque ad effusionem sanguinis, & ipsius corporis mortem perpetuò fore obligatum: quod vt præstare valeas, ipse concedere dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorū, Amen: & mox dat illi osculum pacis, dicens: Pax tibi. & ille respondet, Et cum spiritu tuo: Extrahitur deinde galerus, & traditur nun-

N 5 cio

cio Apostolico. Episcopus verò commissa-
rius surgens detracta mitra genuflectit, &
incipit, Te deum laudamus: chorus profe-
quitur. Et Episcopus post primum Verbum
surgit stans sine mitra usque in finem: nouus
Cardinalis perseverat semper genuflexus
usque in finem. Finito hymno Episcopus di-
cit, Dominus vobiscum. Resp. Et cum spi-
ritutuo. Oremus: Omnipotens sempiterne
Deus, dirige actus nostros in beneplacito
tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur
bonis operibus abundare. Et in fine, Domi-
nus vobiscum: & cantores dicunt, Benedi-
camus Domino: alij respondent, Deo gra-
tias. His finitis Episcopus reassumpta mitra
stans in medio altaris, benedicat solenniter,
dicens: Sit nomen Domini, &c. Deinde e-
xuit se sacris vestibus, & assumpta chlamide
deducit nouum Cardinalem domum suam:
qui, si locus est idoneus, ascendet equum:
& cum galero rubro reuertitur ad propri-
os lares.

DE CREATIONE EPISCOPI

*Cardinalis: & quod Cardinalis, de quo aliquid
tractatur, ex utero confistorio.*

VAcante titulo Episcopi Cardinalis, cō-
sueuerunt Romani Pontifices regulâ-
riter ad Episcopatum promouere antiquio-
rem presbyterum Cardinalem (si tamen

ante

ante suam promotionem ad Cardinalatum
erat consecratus Episcopus) vnde si prior
presbyterorum non erat ante suam promo-
tionem Episcopus, præmittitur secundus vel
tertius, si prius erant consecrati, quod ser-
uatum legimus à Ioanne vigesimo secundo,
& Clemente sexto, & alijs. Sed non nunquā
præponuntur iuniores presbyteri propter
legationem, vt fecit Ioannes vigesimus se-
cundus prædictus, qui promovit ad Epi-
scopatum Hostiem Dominum Bertrandū
de Pogeto: qui erat in legatione, & nouissi-
mus Cardinalis. Legim⁹ etiā apud antiquos
nonnullos ex Diaconatu ad Episcopatum
promotos fuisse. Vt Gregorius Undecimus
qui Cardinalem Lemonicensem promovit
ad Episcopatum Prænestinensem, Diaconū
existentem: & etiam ipsi nostris temporibus
idem vidimus. Pius secundus Ioannem Car-
uaial Cardinalem sancti Angeli, ex Diacono
Episcopum Portuensem creauit, propter e-
ius præclara erga fidem Apostolicam me-
rita: fuerat enim bis cū legatione cōtra Tur-
cos cum maximo labore, & vita suæ discri-
mine. Et Sixtus quart⁹ Rodericū Boriā San-
cti Nicolai in carcere Diaconū Cardinale, ac
sanctæ Ro. Ecclesiæ Vicecancelariū ad Epi-
scopatum primū Albanensem, deinde Portuē-
sem promovit. Licet igitur videre, p̄ Pontifex
pro suo

pro suo arbitrio cū consilio fratrum de personis presbyterorum siue Diaconorū, confueruit titulis Episcopali bus Cardinaliū prouidere: Igitur vacante Ecclesia Episcopali Cardinalari, Pontifex in secreto consistorio proponit personas, vt sibi videtur bene meritas: quamuis ordinariè antiquiores presbyteros proponere debeat. Si præsens est ille, de quo agitur, debet exire consistorio. Et cū Pontifex habebit vota fratrum, promovet illum talem ad Episcopatū per verbum, Prouidemus, vt sit in alijs Episcopis: non per assumimus, vt in Cardinalibus: deinde reuocatus ad consistorium prouisus per Pontificem intimatur sibi, qualiter de consensu fratrum prouiderit Ecclesię Episcopali, &c. de sua persona tunc nouis Episcopus agit gratias genuflexus sanctissimo Domino nostro, & osculatur pedem & manum eius, & datur sibi annulus pretiosus, & nouis Cardinalibus: & eleuatus recipitur ad faciem Pontificis. Inde per ordinem recipitur ad osculum ab omnibus alijs Cardinalibus, & sedet post ultimum Episcopum Cardinalē. Tum finito consistorio deducitur à toto collegio dominum propriam medi⁹ inter duos antiquiores Diaconos in ultimo loco equitantes. Cum peruerterit ad domū suam, agit gratias Dominis Cardinalib⁹ singulariter singulis, vt deno-

de nouis Cardinalibus diximus: visitat, & visitatur. Et aduerte quæ ex laudabili & debita obseruantia quotiescunque in secreto cōsistorio agitur de aliqua re spiritualiter tangentे personam alicuius Cardinalis præsentis, ille talis debet exire consistorio, & experitare in camera ad partem quoad finito suo negotio reuocetur.

D E E L E C T I O N E L E G A T I

Apostolici de latere.

Pontifex in secreto consistorio primū proponit causas, ppter quas sibi videatur necessaria Legatorum creatio: & exquirit vota an sint creandi legati, & quot: postquam conuenerint, nominat personas: quæ nomine exirent consistorio, & cū patres concordauerint de personis, reuocātur intro. Pontifex omnibus consendentibus exposuit qualiter confisus de prudentia, virtute, &c. illius, de consilio fratrum designauerit illum legatū Apostolicum ad tales partes, iniungitq; ei onus legationis. Ille, vt primū Pontifex ad eum conuertit orationem, affurgit: & vt Pontifex finiuit, detecto capite agit gratias Sanctissimo Domino nostro & sacro Senatu de bona eorum opinione erga suam insufficientiā, & verbis modestissimis ex-

SACRARVM CERIMONIARVM

mis excusat se: et rogat vt id onus melioribus,
& peritiorib. committatur: & tandem insta-
te Pontifice offert se paratum ad obedienti-
am: agitque iterū gratias, & accedens ad eius
pedes, & genuflexus osculatur pedem et ma-
num, & recipitur ad osculum oris. Et simili-
ter deinde ab omnibus Cardinalibus, &
de-
ducitur domum, vt de Episcopo Cardinali
supra diximus. Deinde parat se ad iter, & inte-
rim omnes Cardinales visitat antequam dis-
cedit. Adueniētē dic profec̄tionis fit secre-
tum confistorium, & in fine exiens à latere
Pontificis deducitur ab omnibus Cardinali-
bus ordine prædicto, vsque extra portam
ciuitatis: & ibi postquam egit gratias, & os-
culatus est omnes Cardinales, proficiscitur
in pacē. Alij autem reuertuntur domum su-
am. Cardinalis legatus postquam exiuit ter-
ritorium ciuitatis vbi Pontifex residet, inci-
pit benedicere, capitq; mantum rubrum, &
prefertur ante eum crux: & dū est in legatio-
ne, non participat de emolumenis cameræ
Apostolicæ, siue Annatarum. Confueuerunt
summi Pontifices semper quando pronun-
ciabāt nouos Cardinales siue Episcopos Car-
dinales, siue Legatos Apostolicos, siue nouos
electos ad Ecclesiæ cathedrales, siue transla-
tos, habere pluuiale, & mitrā confisto-
rialem: & tunc Cardinales omnes faciebant

reue-

LIBER PRIMVS.

104

reuerentiam vt in Ecclesia. Et nota quod Pa-
pæ nunquam fit reuerentia à Cardinalibus,
quando non habet pluuiale & mitrā. Hodiè,
vt audio, raro Pontifex ista facit cum pluui-
ali & mitra. Et reuerentia nunquam fit in con-
fistorio secreto.

DE ORDINATI ONE CARDI- NALium ad sacros ordinēs.

Asumpti ad dignitatem Cardinalatus,
minores ordines, & Subdiaconatum
accipiunt ab aliquo Episcopo Cardinali de
commissione Pontificis: Diaconatum verò
& presbyteratum de manu summi Pontificis
in loco, vbi suæ sanctitati placuerit. Aderunt
præsentes duo Diaconi Pontifici assistentes:
& unus Diaconus ministrans in Missa, si erit
solemnis, et unus presbyter Cardinalis parati,
qui Pontifici ministrabunt. Et seruabuntur
omnia quæ in ordinatione aliorum seruan-
tur. Senior Diaconorum dicet, Postulat san-
cta Ecceſia, &c. & respondet. Ordinati post
ordinationem osculantur pedem sanctissi-
mi Domini nostri, & manum genuflexi, & re-
cipiuntur ad osculum oris. Ad offertorium
offerent cereos, panes, & vinum, vt faciunt
Episcopi. Et in fine cum mitra simplici in
capite dicent, Ad multos annos: vt in Epi-
scopis.

Quod

O V O D A T V D A L T A R E
sancti Petri solus Papa consecratur.

ET nota quod secundum institutionem Gregorij primi, huiusmodi consecrationes non debent fieri apud altare Sancti Petri: quia ibi solus Romanus Pontifex consecratur. Quando Papa aliquos vult ordinare publicè in sancto Petro, consuevit actus ordinationis et consecrationis facere in capella sancti Andreæ, vel alia, & reliquum Missæ finire ad altare sancti Petri. Et aduerte quod Cardinales si Papa celebraret publicè, anteque illi essent ordinati, in suo ordine non essent cum paramentis, sed cum suis cappis lanceis, & federent ultimi post paratos suo ordine.

D E N O V O C A R D I N A L I V E -
niente ad curiam sine galero.

NOvis Cardinalis die quo perueniet ad urbem, in qua est Pontifex, quiescit in aliquo loco circa portam urbis intra vel extra secundum commoditatem locorum, ut Romæ apud Sanctam Mariam, de populo venientes per Tusciam, siue per viam flaminiam, vel apud Lateranum venientes per Appiam siue Latinam, illo die non vadunt ei obuiam aliqui Cardinales, neque eorum familiae: & cum est per unum miliare prope ciuitatem, dimisso pallio itinerario induit cappam car-

dinalarem, & galerum nigrum secundum suam pristinam dignitatem: & illa nocte, ubi quiescit, summo mane ornetur ibi aliquis locus honestus, & capax, in quo Cardinales congregentur expectantes aduentum aliorum. Et nouis ponat aliquos ex suis, qui aduentant quando Cardinales adueniunt, & sibi renuncient, ut in tempore possit eis occurrere: cum vero Cardinales venerint unus vel plures, nouis cum sua cappa occurrat eis in introitu loci, & reuerenter atque benignè eos excipiat: & ponat omnes ad dextram suam: & eos honoret tamquam si esset in domo sua: ducatque illos in locum preparatum, ubi debent alios expectare: & ipse sedeat semper ultimus. Et sic unicusque venienti obuiam imbit, & deducet ad alios. Cum vero omnes conuenient, descendant ad equitandum: & ipsi secum suo galero nigro equitabit medius inter duos antiquiores Diaconos in ultimis. Qui antequam perueniant ad palatium, illi duo antiquiores Diaconi dimisso novo Cardinali in medio aliorum duorum, post eos seniores perueniunt ad Pontificem, & illum induunt amictu, alba, cingulo, stola, pluunali rubro, & mitra preciosissimam. Cum vero alii Cardinales perueniunt ad palatium, descendunt ex equis, & omnes per ordinem ascendunt palatium, & nouum Cardinalem dimittunt

O in aliqua

in aliqua capella, siue camera ad hoc parata, cum duobus iunioribus Diaconis Cardinalibus, & ipsi vadunt ad summum Pontificem: qui paratus, vt diximus, præcedente cruce exit ad publicum cōsistorium: sedent omnes in locis suis, & fit reuerentia à Cardinalibus presentibus: deinde aduocatus consistorialis proponit aliquam causam. Interim tempore congruo duo antiquiores Diaconi vadunt ad locum, vbi expectat nouus Cardinalis, & illi duo, qui erant, veniunt ad consistorium, & facta ex more reuerentia Pontifici, sedent in locis suis. Post paululum venit nouus Cardinalis medius inter duos Diaconos, & cum venerit in conspectu Pontificis, profunde cœput inclinet ante Pontificem simul cum suis ductoribus, quorum gestus animaduertit, & imitatur. Deinde præcedente priorem Diaconum sequatur, & iterum ante gradum primum sedis Pontificalis simul cum deductoribus Pontificē veneretur, & ascendens gradus genulectat ad pedes Pontificis, osculetur pedem & manum, & à Pontifice subleuetur, & ad osculum oris recipiatur: tum à supradictis diaconis ducitur ad osculum omnium Cardinalium præsentium per ordinem, & in fine ipsos Diaconos stantes in locis suis osculetur. Et mox à ministro ceremoniarum ducitur ad locum, qui ei competit secundum ordinem

ordinem pronunciationis suæ, cum fuit aſſumptus in Cardinalem & reliquis fedenti- bus ſedet & ipſe: aduocatus autem profequi- tur ſuam cauſam. Finita catisa ſurgunt om- nes Cardinales, & ordinatè vadunt ad par- uam capellam, ſeu ad altare ad hoc paratum, præcedentibus cantoribus cantantibus, Te Deum laudamus: duo verò antiquiores dia- coni vadunt ad aſſiſtentiam ſummi Pontifi- cis. Dicitur nouus Cardinalis ad altare, vbi proſtratus orat: dicuntur versiculi, & oratio- nes per primum Cardinalem: reducitur ad pedes ſanctissimi Domini noſtri, accipit ga- lerū de manu Pontificis, & deducitur ab alijs Cardinalibus domum ſuam. Et omnia fiunt, ſicut diximus quando datur galerus preſen- tibus, viſitat & viſitatur. Demum in primo cō- ſistorio impoñitur ei silentium, & in ſecundo aut tertio aperitur ſibi os, & fit mentio, vt de alijs ſupra dictum eſt.

D E R E D I T V NOVI CARDINA- LIS CUM GALERO SUE Legati.

Si autem nouus Cardinalis habuit galerū, ſiue eſt legatus Apostolicus aliquis, ille qui venit, recipiatur apud portam, deduci- tur ad palatium, & deinde ad consistorium ad pedes Papæ, vt de nouo Cardinali ſine ga- lero diximus, recipiatur ad osculum pedis, ma- nus, & oris à Pontifice, & ab omnibus Car- dinalibus

dinalibus ad osculum pacis:& tandem ponit ad sedendum in ordine suo, secundum pronunciacionem de ipso factam, si est nouus: siue in loco antiquo, si est legatus:& non ducitur ad altare, neque aliquid catatur, sed finito consistorio deducitur domum suam ab omnibus: visitat, & visitatur, vt de alijs dictum est superius.

DE NOVO CARDINALI VEL Legato redeunte vacante sede.

SI verò Cardinalis, vel Legatus redierit ad curiam sede vacante, nullus Cardinalis vadit sibi obuiam, quia tunc collegium tenet quodammodo locum Pontificis, sed cum suis priuatis amicis se recipit domum habitatio nis sua sine alijs ceremonijs.

SECTIO NONA.

De loco & ordine consistorij.

Via publicum consistorium frequenter nominauimus, & in posterū nominaturi sumus: opera & precium videtur ordinem & modum ipsius consistorij explicare. In palatio Apostolico apud Sanctum Petrum tres aule sunt Pontificales, quas in conclavi contineri superius



perius diximus. Prima omnium maxima pro consistorio publico ornari solet quando Reges, aut regij Legati sunt excipiendi, canonizationum etiam cause in ea paratur: in ter tia aula recipiuntur, legationes aliorum principium, & rerum publicarum, cum ad venerandum summum Pontificem veniunt, publicantur noui Cardinales: excipiuntur Legati Apostolici quando reuertuntur ex suis legationibus: excipiuntur Cardinales noui venientes ad Romanam curiam, & agitantur causa quae publicum consistorium requirunt. In capite aula erigitur solium pontificalē, ad quod tribus amplis gradibus ascēditur, forma solij erit fermè quadrata, latitudinis in summo plano palmorum duodecim vel circa, in medio sedes erit parieti hærens cum magno et paruo scabello, planum totum cum magno scabello coopertum erit panno coccineo: sedes verò aureo erit ornata pano & pariete: & supra caput pendebit aurcus pannus, à dextra infra solium per viginti palmos vel circa sedilia Episcoporum Cardinalem & presbyterorum erit remota à pariete per duos palmos: habebunt reclinatorium siue postergale altum usque ad spatulas, & gradum altitudinis sex aut octo digitorum, super quem pedes teneant: primum sedile erit longitudinis trium cannarum vel circa,

SACRARVM CERIMONIARVM

secundm mensuram Romanæ curiæ: huic coniunctum erit secundum sedile duarum cannarum longitudinis intransuersum aulæ, ita ut ibi sedentes in faciem Pontificis reperi- ciant: à sinistra Pontificis erit sedile Diaconorum Cardinalium è regione Episcoporum Cardinaliū, & inter quod sedile, quod intransuerum perrigitur, erit spaciū de- cem palmorū, aut duodecim, vt sit quod- ammodo ostium ad ingressum consistorij: longitudo sedilis Diaconorum erit duarum cannarum cum dimidia; vel circa: hæc se dilia erunt pariformiter ornata auleis & ta- petis, & ciuīdem altitudinis & latitudinis, ita ut in nullo differant gradus solij Pontifi- calis: & totum spaciū quod sedilibus cir- cumpleteatur pannis viridibus sternitur.

DE HABITV, ET LOCIS
in publico consistorio.

Pontifex ad publicum consistorium vt ad capellam procedit parat^o amictu, alba, cingulo, stola, pluiali rubro, & mitra preciosiss, cruce cum Cardinalibus præ- dente: sedet in sua sede Pōtifex. Cardinales, facta ex more reverentia, omnes in suis sedibus sedent. Diaconi non assistū postquā fecerint reverentiam: Archiepiscopi, Epi- scopi, protonotarij, & omnes prælati sedent super

super tres gradus solij Pontificalis: & cum eis in ultimo Subdiaconi, Auditores, cleri- ci cameræ, & Acoluthi omnes cum suis cap- pis laneis. Curiales togati sedent super ter- ram inter sedilia Cardinalium: cubicularij & secretarij cum capputijs ad collum in ter- ra inter prælatos & curiales togatos. Si ne- potes Pontificis, aut aliqui magni principes adsunt, vnuis vel duo, non tamen tales, quos sedere deceat in sedili Cardinalium, hi stant iuxta Pontificem hinc inde: Oratores Re- gum & principum, & magni nobiles stant ad dextram Pontificis inter gradus solij & parietes: familiares Papæ & nobiles stant à sinistra inter gradus & parietes. Aduo- cati consistoriales stant retro vel post se- dilia presbyterorum & Diaconorum Car- dinalium. Procuratores Regum, principum, Religionum simul cum procuratore fis- cali stant post sedile Episcoporum Cardina- lium inter murum & sedile: Fiscalis tamen tenet primū locum. Spatiū autem inter sedili- lia presbyterorum Diaconorum Cardinali- um seruiētes armorum obseruant, tanq̄tiam ostium & aditum consistorij, & illac qui ingressuri sunt ad Pontificem, ingrediun- tur. Magister sacri hospitij, quę dignitas hoc tempore est in nobili Comitum domo, il- lic stat ante seruientes armorum in fine

sedilis presbyterorū, & in capite sedilis diaconorum debent stare clerci ceremoniarum vt p̄f̄sto sint ad exequēdum, quæ P̄t̄f̄x mandauerit, & ordinandum, quæ sunt agēda. Cum autem consistoriū tenebitur pro causis iudicib⁹s tātum, quod fieri cōsuevit à Pontificib⁹s, interdum cum ad alias causas non tenetur, aduocatus proponens stat post sedile presbyterorum Cardinalium contra Pontificis faciem, & causam suam exponit, & in fine scđculam suę supplicationis inter sedētes in terram curiales projicit, qui illam ad manus Vicecancellarij trāsmittūt. Si quis est ex alijs aduocatis qui contradicere velit, & pro aduersario respondere: finita altercatione Pontifex respōdet per verbum Placet, simpliciter: vel cum limitatione, vt si bi videtur. Et Vicccācellarius manu propria signat supplicationem, secundum Pontificis responsum, & idem in libro quēpenes se habet, scribit: Nam quidam ex suis apud pedes suos sedens, librum & pugillares scrutat. Expeditis autē causis surgunt omnes, & duo seniores Diaconi accedunt ad absentiam Pontificis, qui reuertitur ad cameram co ordine, quo venerat.

DE CONSISTORIO SECREto.

SEcre-

Secretum consistoriorum celebratur in aliqua palati⁹ Apostolici remotiori, hodie cameram Papagalli appellat, sedes Pontificalis parieti adhāret in medio: surgit à solo sine thalamo aut gradibus, scabellum habet magnum, super quod Pontifex tenet pedes, & aliud paruū per quod ad maius ascēditur. Scabell⁹ pro pedibus Cardinaliū ante Pontificem locantur in forma quadrata à dextra, & à fronte sedent Episcopi & presbyteri suo ordine vnu post alium. Prior Episcoporum primus post Pontificem, deinde alij à sinistra verò prior Diaconorum pri⁹mum iuxta Papam obtinet locum, alij deinde sequuntur: vltimus presbyterorū proximus est vltimo Diaconorum, inter quos nemo Cardinalium sedet. Pontificis sedes aureo panno est ornata, scabella Cardinalium nuda sunt, sed picta rubeo colore cū armis Papæ. Locus inter sedem Papæ & scabell⁹ Cardinalium tapetis sterni cōsuevit: vltimus Diaconorum tintinabulum seu campanellam retinet, vt signum faciat custodi⁹bus consistorij, si Pontifex aut patres ab eis aliquid velint. In angulis ante faciem P̄t̄f̄cis scabella duo hinc inde remouen⁹t quoad omnes conuenient, vt inde tāquam per ostię intrent Cardinales ad sedendum: cūm omnes congregati sunt, illa duo scabella re-

O 5 stitu-

stituuntur in locum suum: Pontifex si est pronunciatus Cardinales sive prælatos, consuevit exire paludatus & mitratus: in alijs negotijs cum suo rôcheto & parvo capputio, quamvis hodiè raro nisi in principio pontificatus exeat cum pluiali & mitra: alij omnes prælati Cardinales excluduntur, cum tractare incipiunt cõsistoria: duo secreti cubicularij pro foribus cõsistorij excubant cum suis capputijs super collum inuersis, ut præsto sint si signum sit. Pontifex negotia incumbentia in Senatu proponit, deinde per ordinem sententias rogat (votum enim suum sententias appellant), quisque surgens sententiam suam dicit: deinde Pontifex secundum maioris partis sententiam decernit.

*SECTIO DECIMA. DE
provisione Ecclesiasticis.*

 Vm autem prouisiones Ecclesiasticarum Pontificalium sive monasteriorum occurront, Pontifex committit viuæ vocis oraculo alicui ex Cardinalib, vt de opportunis legitimè se informent, & deinde in secreto consistorio referat. **Cardinalis commissarius primo diligenter in-**

terinquirit de essentia, qualitate, & regione Ecclesia eo tempore vacantis: tum de veritate & modo vacationis: dénum de qualitate & sufficientia prouidendi seu confirmandi. Nam quædam prouinciaz habent priuilegium à sede Apostolica eligendi sibi prælatos, cum illorum Ecclesia, sive monasteria vacant: & tunc vltra prædicta diligenter inquiretur, an electio fuerit canonica, & canonice facta: prouidendus autem ab ipso Pontifice nominatur sive motu proprio, sive ad petitionem principum, aut aliorum: & aliquando plures nominantur, & de pluribus exquiritur. Examinantur super præmissis testes medio iuramento: recognoscuntur publica documēta, & aliae scripturæ: & conficitur processus ordinarius cū placuerit summo Pontifici. **Cardinalis commissarius in secreto consistorio refert publice omnia, quæ in processu continentur summariæ, & simpliciter ac dilucidè processum ipsum in scriptis per Scribam suum redactum secum habens.** Pontifex relatione audita, exquirit primò votum commissarij proponentis, deinde patrum sententias: & si suæ sanctitati videtur expedire, pronuntiat in hac formâ remoto è capite bireto, dictis videlicet. Auctoritate omnipotëtis Dei, & beatorû Apostolorû Petri & Pauli, ac nostra

SACRARVM CERIMONIAPVM prouidemus Ecclesiæ Pientinensi de persona dilecti filij Augustini Patritij, clerici Scenensis, præficientes eum illi Ecclesiæ in Episcopum & pastorem, curam & administrationem plenariè committendo. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Et sic dicens facit manu signum sanctæ crucis. Sive rō electio erit confirmando, non dicit, prouidemus: sed Electionem de persona dilecti filij Alberti electi Argentinensis ad Ecclesiæ Argentinam canonice factam confirmamus & approbabamus, præficientes eum illi Ecclesiæ in Episcopum, etc.

PROVNCIANDI ABBATIS forma.

Auctoritate &c. prouidemus Monasterio Sancti Galgani ordinis Cisterciensis Senensis dicetesis, de persona electi filij. A. eiusdem monasterij monachi professi in sacerdotio & legitima ætate constituti, præfici entes eum illi Monasterio in Abbatem, curam, regimen, & administrationē ipsius monasterij in spiritualibus & temporalib. eidem plenariè committendo. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen.
Interdum autem cùm Ecclesia vacat in curia Romana, & persona prouidenda est familiaris, siue valde nota Pontifici, Pontifex sine aliquo processu siue commissione proponit

ponit personā, & de consensu fratrum pronunciat & prouidet, vt superius est dictum.

DE HABITV ET PRIMA VITATIONE Prelatorum, & iuramento.

Pronūciatus in Episcopum mox accipit rochetum, & tondet caput faciens tibi magnam coronam, & vt primum poterit indutus magna cappa, & sociat ab amicis equitat cum Galero nigro Episcopali, primū ad palatium Apostolicum, & agit gratias summo Pontifici de sua promotione: deinde ad omnes Cardinales, quibus etiam agit gratias, quod promotionem suā benignè iuuuerint, & in ea gratiōe consenserint. Et quando promotus intrat ad Pontificem, seu Cardinales, solent etiam admitti prælati, & nobiles curiales, qui eum deducunt, vt possint audire propONENTEM, & RESPONDENTEM: solent promoti agere gratias p̄ dignitate sibi commissa, merita sua extenuādo, & dignitatis auctoritatem amplificando, Ecclesiam sibi cōmissam commendando, & se offerendo. Pōtis pro qualitate personæ respondet allegando merita promoti vel intercessorum eius: & monet, vt Ecclesiæ, ad quam promotus est, honori: & vtilitati totis viribus incumbat. Cardinales plerumque solent respondere, quod ipsis non sunt agendæ gratiae

tix, sed summo Pontifici, qui personam sua ad illam dignitatem promoueri voluit: ad alia vero respondent secundum merita, & secundum proposita, laudando, monendo, &hortando, ut expedire iudicauerint. Promoti clericis secularibus statim, ut diximus, vtuntur rochetu, & capello, ab extra panno nigro, ab intus serico viridi cooperito cum cordalibus, & mappulis viridibus. Promoti vero ex religione vtuntur priori habitu sine rocheto (nisi sint canonici regulares, qui illo vtuntur in sua religione) & vtuntur galero ab extra, & ab intus nigri coloris, sicut protonotarij, & Abbates presentes ante expeditionem literarum Apostolicarum praestant iuramentum fidelitatis summo Pontifici in manibus prioris Diaconorum Cardinalium genuflexi, in forma quam clericus ceremoniarum exhibet, qui de iuramento est rogatus, & facit inde instrumentum, & refert in Cancellaria, qualiter talis prælatus iurauit: neque in Cancellaria expediuntur literæ sine tali relatione, & male, & cum graui præiudicio Apostolicæ sedis, & ideo prouidendum. Ad absentes mittitur forma iuramenti cum alijs literis.

*OVI APPELLANTVR ELE.
cti.*

Promoti

Promoti ad Ecclesias, siue monasteria ante suam consecrationem, siue benedictionem, quā infra tres menses sumere debent, non appellantur Episcopi, siue Abbatibus, sed electi: & quamuis vtantur Episcopali, siue abbatiali habitu, non tamen possunt vti paramentis, & mitris sine speciali indulto pontificis. Consueuerunt tamen Pontifices in curia committere ministris ceremoniarum, ut prælatis huiusmodi concedat, quod possint in capella Sanctissimi Domini nostri cum alijs pluiali, & mitra vti in publicis actibus.

*DE PALLIO, ET OYOMO-
do traditur.*

Promoti ad metropoliticas, seu parochiales Ecclesias, etiam si sint consecrati Episcopi, appellantur Archiepiscopi. Neque Patriarchæ nisi primum acceperint pallium de corpore beati Petri sumptum, sed electi ad illas Ecclesias, & translati de una Ecclesia metropolitana ad aliam non possunt vti pallio, quod acceperant in prima sua Ecclesia, & minus pallio prædecessoris defuncti, seu translati: sed oportet, quod de nouo petatur pallium, & obtineatur: & interim non possunt consecrare, synodum celebrare, & alia pleraque Pontificalia exercere

cere. Debet autem petere pallium per se, vel procuratorē intra tempus sex mensū. Sunt & quidam Episcopi, qui ex indulto Apostoli pallio vtuntur. Vt Lucensis in Thuscia, Papiensis in Lombardia, Bambergensis in Germania. Et si qui alij, quo vti debet infra suas Ecclesias diebus, et modo in privilegijs à sede Apostolica illis concessis. Cura conficiendorum, & conseruandorum palliorum ad subdiaconos Apostolicos pertinet, qui ex lana munda, & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimoniales monasterij Sanctæ Agnetis, vel religiosi, qui sunt in illa Ecclesia, offerunt quotannis Agnos duos albos super altare illius Ecclesie in die festivitatis Sanctæ Agnetis, dum in Missa solenni cantatur Agnus dei: qui Agni recipiuntur à duobus canoniceis Ecclesie Lateranensis, & ab eis postea consignantur subdiaconis Apostolicis, qui Agnos ipsos in pascua mittunt, quo ad veniat tempus tondendi ipsos agnos opportunum. Ex his agnis lana tondetur, qua mixta cum alia lana alba, & pariter munda reducitur in filum, ex quo pallia huiusmodi contexuntur latitudine digitorū trium redacta in orbem, ita vt humeros præfulū ambiant: à pectore & renibus particulam pendentem habet pallium longitudinis palmi et in extremitatibus laminas plumbeas tenues ad pa-

ad parem latitudinem, in fine orbiculatas, nigro serico tectas, infutas supra pendentes particulas ante & post, & super humeros vestrosque. Sic cōfecta pallia per subdiaconos portant ad basilicam principis Apostolorū, & per Canonicos basilicæ ponuntur super corpora Petri & Pauli Apostolorum sub altari maiori: vbi factis ex more vigilijs illa per noctem dimittūt, deinde restituunt Subdiaconis, qui in loco honesto ea. conseruant. Vsus autem pallij huiusmodi in quantum potuimus explorare, antiquissimus est, & à Lino Pontifice Petri Apostoli immediatè successore habuit originem. Ita enim scriptum legimus à Maximo Episcopo in Homilia de veste sacerdotali. In lege gratiæ antiquum c̄stillud nostrum Ephoth (id est palliū) quod nostri Patriarchæ arbitratūr à Lino post Petrum secundo Romano Pontifice institutū, & in singulare potestatis priuilegium nostris Deo plenis præfulibus datum. Et Eusebius Cesariensis in sermone de Epiphania scribit, nihil antiquius veste illa sacerdotali præfulis nostri, quæ illi vesti de veteri testamento successit byssō, auroque contextæ, qua in signum plenissimæ potestatis primus Linus amictus est: cui & typum dedit & nomē, vt à veteribus acceptemus scriptoribus, quam appellauit & pallium. Cum autē aliquis præ-

latus indiget pallio, illud primò per quēpiam ex aduocatis confistorialibus procuratorem ab eo ad hoc specialiter cōstitutū à summo Pontifice in confistorio instanter, instantius, & instantissimè petitur. Pontifex excluso aduocato exquirit patrum sententias, a dandum sit pallium: deinde committit priori Diaconorum, vt pallium prælato vel eius procuratori assignet: expendūtur super eare literæ Apostolicæ in forma consueta, & prior Diaconorū Cardinalium imponit locū & dicem, vbi & in quo pallium cōsignare debeat. Id plerunq; fieri solet in domo ipsius Cardinalis in sua capella: interdum autem in Ecclesia Sancti Petri, & super maius altare, & valde cōdecenter, maxime pro maximis Ecclesijs, & vtramontanis: & ita vidi seruari à Reuerendissimo Domino Cardinali Senensi, priore Diaconorum. Statuta die prælatus, si est præsens, vel eius procurator in absentia cum spirituali mandato venit ad locum ordinatum. Adfunt, Dominus prior Diaconorum Cardinalium, & Subdiaconus Apostolicus cum ipso pallio, qui pallium explicat super medium altaris. Prælatus, si præsens est, induitus super rochetum sive super pellicum, planeta genuflexus in gradu altaris ante priorem Diaconorum statem in cornu dextro altaris, vbi legitur Euangelium, petit sibi da-

ri & consignari pallium his verbis. Ego N. electus Ecclesiæ N. instanter, instantius, instantissimè peto mihi tradi & assignari palliū de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij. Tunc Dominus prior Diaconorum accipiens pallium de altari, imponit illud super humero prælati genuflexi, dicens: Ad honorem omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ semper virginis, atque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nec non Ecclesiæ N. tibi commissa, tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij cum Patriarchalis, vel Archiepiscopalis nominis appellatione, vt vtaris eo infra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegijs ab Apostolica sedc concessis. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Et illud cum Subdiacono aptat: non tamen infigit spinulas, & recipit illum ad osculum pacis. Demum clericus ceremoniarum extrahit illi pallium, & aduocatis testib. rogat se de illo actu, plicat palliū, illud portat ad dictum prælatū, vel illud referuat in loco facio quoad prælatus recedat, & tūc dat illi pallium cum publico instrumento. Vidi etiam cum essem Magister ceremoniarum, Sextum quartū manibus pro-

prijs dedisse pallium Patriarchæ Constanti-
nopolitano Domino Hieronymo Lado Ve-
neto,tunc Archiepiscopo Crevensi:quod ta-
men,vt arbitror,non puto multū condecens
esse,cùm traditio pallij propriè ad Diaconū
spectet,& ipsi Romano Pontifici in sua coro-
natione & consecratio ne nemo imponat
pallium,nisi prior Diaconorum.Si autē pal-
lium tradendum sit procuratori in absentia
prælati , procurator indutus superpellicio
genusflectat,vt de prælato diximus,& petit
pallium,& iurat in hanc formā.Ego N.pro-
curator,& procuratorio nomine,& pro par-
te reuerendi in Christo patris,& Domini.N.
electi Ecclesiæ N.instanter,instantius,& in-
stantissimè,peto mihi dari,& assignari palliū
de corpore beati Petri sumptum:in quo est
plenitudo Pontificalis officij:& promitto il-
lud reuerenter portare eidem Reuerendo
patri Domino N.nec per noctab in aliquo
loco,nisi vna nocte tantum,nisi præpeditus
fuerō legitime:& tunc in cathedrali ipsius:&
si non fuerit cathedralis,in collegiata:& si
non fuerit collegiata,in Parochiali Ecclesia
remittam,& honorifice reponā,sic me Deus
adiuuuet,& hæc sancta Dei Euangelia.Dia-
onus autem Cardinalis accipiens pallium de
altari,imponit illud super humeros procu-
ratoris , dicens: Ad honorem omnipotentis
Dei,&

Dei,& beatorum Apostolorum Petri & Pau-
li,& Domini nostri Papę,ac Sanctę Ecclesię,
assigno tibi pallium de corpore beati Pe-
tri sumptum,in quo est plenitudo officij Pö-
tificialis cum Archiepiscopalnis nominis appel-
latione nomen & pro parte Reuerendi in
Christo patris domini N. & Ecclesiæ N.ad
quam electus est,vt eo vtatur infra Ecclesiā
certis diebus,qui exprimuntur in priuilegijs
ab Apostolica sede concessis.Et in fine pro-
curator osculatur illi manum,& rogat cle-
ricum ceremoniarum,& petit instrumētum:
clericus extrahit illi pallium,plicat,& repor-
tat,& conseruat in loco sacro,quousq; pro-
curator sit discessurus,&tunc dat illi palliū
& instrumentum in publica forma.

Qui pallium sunt accepturi , post quām
fuit petitum in cōsistorio & concessum,cō-
ponunt primum cum subdiaconis:nam illi,
vt diximus,tenēt pallia.Qui accipiunt secun-
dum valorem & taxam Ecclesiæ,aliquando
plus,aliquando minus,per centenario.Et quia
vidi varios'v̄sus,et nihil firmi statutum legi,de
quota nihil dicam:clericu ceremoniarum &
ipsi ratione officij sui & instrumenti merce-
dem suam exigunt etiam ad proportionem
taxæ & valoris Ecclesiæ,non tamen tan-
tum,quantum subdiaconi.Solent etiam,qui
pallium accipiunt, Diacono Cardinali duo

bireta, & totidem suis camerarijs dono darc: antiquitus dabant, vt legi, vinum album, & species: portabant etiam duas faculas cereas quæ ardeant super altare, dum pallium traditur, & sericum ad induendum pallium, cum quo illud ad Ecclesiam suam deferunt.

SECTIO VND E C I M A.

*De publicationibus solennibus.
De publicationibus pacis.*

 N publicatione pacis lectis capitulis Pontifex surgit sine mitra, incipit, Te Deum laudamus, & cantores prosequuntur, & in fine chorus catar. Antiphonam: Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnat pro nobis, nisi tu Deus noster. Et Pontifex dicit hoc versiculos choro respondentem. Fiat pax in virtute tua. Respon. Et abundantia in turribus tuis. Vers. Non nobis Domine non nobis. Respon. Sed nomini tuo da gloriam. Vers. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Respond. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia,

filia, iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, vt & corda nostra mandatis suis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

IN PVBLICATI ONE FO E D E
ris initi contra hostes Ecclesia aut infideles

L Ectis capitulis Pontifex surgat, & incipiat, Te Deum laudamus sine mitra: chorus prosequitur hymnum usque ad finem. Pontifex pronunciat Pater noster, & deinde, Et ne nos inducas in temptationem. Respon. Sed libera nos à malo, Amen. Vers. Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat: Respon. In æternum, & in seculum seculi. Vers. Respice Domine in facie Christi tui. Respon. Exaudi preces Ecclesiae sanctæ tuæ. Vers. Miserere nostri miserere nostri. Respon. Respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Vers. Adiuua nos Deus salutaris noster. Respon. Et propter gloriam nominis tui libera nos. Vers. Propitius esto peccatis nostris propter momentumum. Resp. Ne forte dicant in gentibz, vbi est Deus eorum? V. Saluos fac nos Domine Deus noster. Resp. Ut liberati de tribulatione confiteamur nomini sancto tuo. Vers.

Concede Domine populo tuo, vt sit eis cor
vnum, & anima vna. Respon. In obseruatio
ne mandatorum tuorum. Vers. Alleluia ma
nus tua super gentes alienas. R. Ut videant
potentiam tuam & agnoscent te. Vers. In
noua signa & immuta miracula. Resp. Glo
rifica manum & brachium sanctum tuum.
Vers. Hostium nostrorum elide superbiam.
R. Et eorum contumaciam dextræ tuæ vir
tute prosterne. Vers. Ultio sanguinis seruo
rum tuorum, qui effusus est. R. Intrent in cō
spectu & gemitus compeditorum. Vers. Ef
fundite iram tuam in gentes, quæ te non no
uerunt. R. Et in regna, quæ nomen tuū non
inuocauerunt. Vers. Ecce inimici tui Do
mine sonuerunt. R. Et qui oderunt te extu
llerunt caput. Vers. Auerte à nobis Domine
indignationem tuam . R. Et procul sit à no
bis furor tuus. Vers. Da mercedem Domine
sustinentibus te. R. Ut prophetæ tui fideles
inueniantur. Vers. Sanctus Deo, Sanctus for
tis, Sanctus immortalitatis. R. Misericordia no
stri. Vers. Mitte nobis auxilium de sancto. R.
Et de Syon tuere nos. Vers. Domine exaudi
orationem meam. R. Et clamor meus ad te
veniat. Vers. Dominus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo. Oremus. Omnipotens sempiter
ne Deus, qui preciosissimo sanguine dilecti
simi filii tui humanū genus redimere, ac bea
tos

tos Apostolos eius iacētem in tenebris mū
dum ad Euangelij lucem dirigere dignatus
es: quæsumus vt aduersus impias Turcorū
gentes cunctisque barbaris nationes viuifi
cæ crucis inimicas fideles Christianorū prin
cipes ac populi ita potenter arma accipient,
vt pro tui nominis gloria militantes, virtutis
tuæ brachio subleuati, ad Ecclesiam tuam
virtutis signa reportent. Omnipotens sem
piterne Deus, in cuius manu sunt omnes po
testates, & omnium iura regnorū: respice
in auxilium Christianorum catholicorum, vt
gentes Paganorum & hæreticorum, quæ in
sua feritate confidunt, dextræ tuæ potentia
conterantur. Per Christum Dominum no
strum, Amen. Si verò hostes sunt Christiani,
dicantur istæ orationes. Oremus, Protector
noster aspice Deus, & ab inimicorum nos
defende periculis, vt omni perturbatione se
mota, liberis tibi mentibus seruiamus. Deus
refugium nostrum & virtus, adesto præsens
Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis,
& præsta, vt ab omni exuamur bellorū ne
quitia, & in tuæ protectionis securitate læ
temur. Per Christum Dominum nostrum,
Amen.

IN PUBLICATIONE FOE
deris initi pro defensione Ecclesiæ, & conserua
tione pacis.

Lectis de more capitulis surgit Pontifex sine mitra, & dicit, Te Deum laudamus. Chorus prosequitur: quo finito pronunciat Pontifex, Pater noster, &c. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Saluos fac seruos tuos Domine. Ref. Deus meus sperantes in te. Vers. Disipa gentes, quæ bella volút. Ref. Vt liberen- tur dilecti tui, & confiteantur nomini tuo. Vers. Concede quæsumus populo, vt sit ei corvnum, & anima vna. Ref. In obseruatio- ne mandatorum tuorum. Vers. Mitte no- bis auxilium de sancto. R. Et de Syon tuere nos. Vers. Domine exaudi orationem meā. R. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Do- minus vobiscum. Ref. Et cum spiritu tuo. Oremus. Ecclesiaz tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, & destruetis aduer- sitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruat libertate. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Deus auctor pacis & am- tor charitatis, quem nouisse, viuere, cui seruire, regnare est: protege ab omnibus im- pugnationibus supplices tuos, vt qui in de- fensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

**SECTIO DVODECIMA. OR-
do quomodo Papa equitat in pontificalibus.
SIRO.**



I Romanus Pontifex Romæ vel alibi moram trahens, ve- lit de loco ad locum in solen- ni pompa, id est Pontificali- bus, equitare, hic ordo ser- uetur. Primi equitabunt Valisarij domino- rum Cardinalium cum familijs ipsorum Dominorum Cardinalium, & aliorum præ- latorum, mixtim incedentibus, vt eis pla- cuerit. Qui tamen longis vestibus vtuntur: clerici Pontificem non præcedunt cum ipsis, sed sequuntur. Tum per ordinem isti sequuntur, Tonsor, & Sartor Papæ cum valisij ru- bris, in quibus sunt vestes Pontificis, fami- liares & Scutiferi Papæ, Nobiles & Barones minores cum attinétibus Cardinalium, Sca- la Papæ panno rubro cooperta, quam e- quis albus phaleratus portat. Equū aliquis ex parafrenarijs Papæ freno ducit: scala ip- salignea, quæ gradus tres continet, equo Pontificis apponitur, per quam equum su- um ascendit si equitat: deinde reponitur super equum & ad locum suum reducitur: post scalam equitat duodecim cursores Pa- pe, cum duodecim Vexillis rubris: inde vex- illiferi viri nobiles cum vexillis ciuitati- sis, Papæ, Ecclesiaz, & sanctæ Crucis, or- nati vt in coronatione Pontificis diximus et ordi-

ordineibi declarato. Si plura erunt vexilla, p
dignitate illorum disponentur, digniora c.
rūt vltima. Deinde equi duodecim albi pha.
lerati, freno ducentur sine fessoribus, tum
quatuor nobiles portantes quatuor pileos
ex cramesino supra baculos quosdā ad mē.
furam trium vel quatuor palmorum. His cu
tiferi honoris vocantur. Incedunt post hos
procuratores Regum, & Principum. Pro.
curator fiscalis, aduocati, & secretarij mi.
xtim, vt aliàs dictum est: & pōst cubicularij
cum capputijs supra collum & circa pectus
inuersis, secretarij & aduocati, cubicularij
autem circa pectus tantum: hos sequuntur
acoluthi, clerici cameræ, & auditores Rotæ
cum rochetis, & cappis, inde proceres & ba.
rones maiores, & oratores regum, & prin.
cipum simul cum conseruatoribus urbissi.
ter omnes Senator præcipuum locum habe.
bit, cedetque tantum Oratori Cæsarisi: de.
inde si quis aderit magnus princeps aut pre.
fetus urbis, siue aliquis insignis, q tamen nō
fedeat in scaano Cardinalium: subdiaconi
Apostolici postea equitabunt cum rochettis
& cappis, & ille qui fert crucem papalem, pi.
leum in capite gestabit ab extra nigro pan.
no, ab intus serico cum cordulis & mappu.
lis cærulei coloris: ante crucem duo magi.
stri ostiarij cum suis virginis sericcis. Immedia.
te ince-

tēincident post crucem duodecim pedites
clericu vel laici accensa funalia deferent, &
iuxta eos equitabunt duo clericu capellæ, la.
ternas duas argenteas præferentes, in quibus
candelæ perpetuæ lucent: dicitur post hos
equus albus phaleratus, mansuer & pulcher
cum tintinabulo ad collū bene sonante, qui
capsulam vechit cū sacratissimo Christi cor.
pore, supra quod ciues nobiles portabunt
baldachinum, funalia concedēter deferen.
tur per clericos cum superpellicijs. Sic tem.
pore Pauli secundi aliquando fieri vidimus,
nam tunc beneficati Sæcti Petri ea portarūt.
Post Sacramentum Sacrista Apostolici pa.
latij cū suo habitu & baculo in manu equi.
tabit, & post eum si quis aderit princeps, qui
in scaano Cardinaliū fedeat. Nam inter Sa.
cramentum & Papam, & quando Sacramē.
tum nō adest, inter crucem & Papam ne.
mo omnino incedere debet nisi Cardinales
& q cū eis sedent. Præcedunt deinde Domi.
ni Cardinales, Diaconi, Presbyteri, Episco.
pi: duo tantum antiquiores Diaconi Ponti.
fici semper assistunt, & ante eum immediate
incedunt: senior ferulam manu gestat ex of.
ficio, vt prior Diaconorum, & ad quem spe.
ctat ordinare procesiones, & ita omnes li.
bri antiqui ceremoniarū continent, & serua.
tum vidi tempore Pij secundi, cum Prosper
Colu.

Columens. erat prior Diaconorum: & Pauli, cum Rodericus Boria, qui est Episcopus Portuenis, erat prior: camerarius autem si est Cardinalis, non debet portare ferulam, sed eius vicecamerarius: quia non vt Cardinalis, sed vt camerarius portat ille: qui potest esse non Cardinalis secundum obseruationes superiorum temporum. Nostro tam tempore & Latinus Vrbinus, & qui nunc cameriatum tenet Raphael, Sancti Gregorij Cardinales ferulam portare, & processione ordinare consueuerunt, Cardinale Senensi priore Diaconoru id nō modo equo animo ferente, sed libentissimè permittente. Procedet deinde Pontifex cum pluiali & mitra preciosa, siue cum regno, id est, Tiara triplici corona ornata, vectus equo albo, siue sella sub baldachino: equum freno ducent primū maiores principes, deinde alij inferiores: sellam humeris etiam à principio principes & alij, vt in processione coronationis diximus, portabunt: post Pontificem cubicularij duo secreti, & inter eos Diaconus rotæ, qui seruit de mitra cum habitibus suis sequuntur: inde duo medici cum secretario Papæ, si non est prælatus. Constituit inter hos equitare Eleemosinarius Papæ: & aliquādo cum videt pressuram circa Pontificem, spargere pecunias: deinde seruiens armorum firmatus omni-

omnibus armis præter galeā, equitat portas vmbellam crocei rubeique coloris, aliorum autem seruentium armorum cum suis argenteis baculis pars equitat ante crucem, alij vero discurrunt per pompā sursum & deorsū, stantes & curantes, vt pōpa suo ordine procedat: parafrenarij cū suis martellis, cursores cum virgis & baculis argenteis coreaceis vēto siue stuppa plenis, turbam semouentes, & custodes corporis cum baculis ligneis Pontificem pedites circumstant: post vmbellam sequuntur prælati cum suis cappis amplis, & pileis: primū Patriarchæ si qui adsunt, tunc assistentes Papæ Oratores, prælati, Archiepiscopi, Episcopi, protonotarij, abbates: postremo curiales togati mixtim, vt placet, pōpam claudunt.

*ORDO CVM PATRA EQVI-
tat ad aliquam Ecclesiam Religionis
gratia siue ad aliū locum,
& non in pontifica-
libus.*

V Alisarij & familiares Cardinalium & prælatorum in breuibus præcedunt, valisarij Papæ, scutiferi Papæ cum minoribus nobilibus, & attinentibus Cardinalium: aliqui equi albi phalerati siue sessoribus cum magistro stabuli: post eos

post eos procuratores Regum & principū, & fiscales duo, Forerij cum puluinarib. aureis & tapeto, vt super his genuflectat Pontifex in oratione: & hoc si vadit ad aliquam Ecclesiam ad orandum, aliter Forerij non vadunt in ordine. Secretarij & aduocati mixtum, cubicularij & omnes cū suis capputij super humerum sinistrum: Acoluthi, clericī camerę cum oratoribus non prælatis: & Senatore. Subdiaconi cum cruce & magistris ostiariis: post crucem secundum antiquum & debitum morem ipse Pōtifex debet procedere equo vel sella vectus, si nō habet stolam & mitram, & tunc habebit stolam super rochetum longam succinctam, & de super capputum paruū rubri coloris secundum debitum ordinem: quia supra rochetum sēper Papa vtitur colore rubro, prēterq; à fabbato sancto ad Octauā paschē. Hodiē tamē, quia factitauit Sixtus quartus, vtitur plerūq; albo capputio contra maiorum normam: & deinde si est frigus vel tempis pluuiosum, mantum rubrum apertum à parte anteriori, & pileum in capite purpureū cū aureo limbo in extremitatibus. Deinde sequi debent Cardinales, Episcopi presbyteri, Diaconi. Sed tempore Sixti & post crucem, quanvis incongruē Cardinales præcedebāt, Diaconi, presbyteri, Episcopi, et duo antiquiores diacono-

diaconi assistunt: custodes corporis armati ante crucem instructa acie incedunt, post Pontificem mox sequuntur duo secreti cubicularij cum secretario, si non est prælatus, & duo medici. Decanus rotæ nō adest, quia Pontifex non habet mitram. Cardinales cū sequuntur, primo erunt Episcopi, tum presbyteri, deinceps diaconi omnes, quia non assistunt Pontifici cum non habet mitram: sequuntur deinde assistentes prælati, oratores prælati, Archiepiscopi, Episcopi, protonotarii, abbates, & alij curiales togati mixti.

*QVANDO CARDINALES
debent præcedere Pōtifex, & quando sequi.*

Sed cōsiderandum est, vtrum in hac profectione condecentius Domini Cardinales præcedant an sequantur Pontificem. Bonæ memoriarum Dominus Franciscus Cardinalis Mantuanus, meo iudicio, huius nouæ consuetudinis auctor, dicere solebat Cardinales semper debere præcedere Pontificem, quando Pontifex habet stolam. Sed cum venia dictum sit, hæc non est bona ratio, quia & ita semper vidi seruari à Pio secundo, cui per quatuor annos ad minus in suo Pontificatu deférui, quem etiam per agros & nemora peragrantem cum stola semper conspeximus. Et Paulus cum per urbem volebatur etiam lectica clausus, nunquam erat si-



SACRARVM CERIMONIARVM

rat sine stola: & in matutinis certe maioris hebdomadæ Pontifex exit ad capellam cū stola & manto, & quia sine mitra Cardinales sequuntur, non autem præcedunt. Ego autem arbitror Cardinalem Mantuanum, quia vt secundus Diaconus assistebat Pontifici, fauisse huic opinioni, ne vñquā abeffet à latere Pontificis. Cæterum vt in processionibus, quando p̄latus est indutus sericis vestibus, canonici sui præcedunt, quando autem prophanis & quotidianis, subsequuntur, ita & Cardinales Pontificem mitratum præcedunt, sine mitra sequuntur. Neque vñquam Pontifici sine mitra existent sit à Cardinalibus reverentia publica, & assistentia à Diaconis. De his tamen statuet summus P̄tifex, prout sibi placebit. Nos, ne antiquæ & incongrue ceremoniæ omnino pereant, hac puaca diximus.

D E I T I N E R A T I O N E P A.
pa quando ad alias urbes siue alia loca vult se transferre.

Pontifex cùm ad alia loca vult transmigrare, primùm re cùm sacro collegio communicata, deleget aliquos ex Dominis Cardinalibus, qui itineris sui sint comites & ad minus tres: ex quibus duo sint Diaconi, alias Episcopos siue presbyter: & si

non

LIBER PRIMVS.

123

non adessent tot Diaconi, poterit unus esse presbyter pro illo Diacono. Alij Cardinales præire vel sequi poterunt, vel remanere, si breui Papa est redditurus, prout eis videbitur. Sed honestum est quod aliqui præcedant, si Papa est ingressurus aliquam ciuitatem, in signum, ne videatur ita solus: & vt honorent ingressum, præmittentur commissarii qui current hospitia pro Pontifice & sua familia, pro Cardinalibus & alijs Pontificem deducentibus: & isti habebunt nominis omnium in volumine siue in rotulo, vt sciant pro quibus debeat prouidere. Pontifex cū suo capputio & stola ad collum mātello rubro, & galero ex cramefina equabit, siue portabitur in sella. Et antequam discedat è camera sua, dicet has orationes: In viam pacis, salutis & prosperitatis dirigat Dominus gressus nostros, & angelus suus bonus comitetur nos ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis, vt cū salute & gaudio eam, & reuertamur ad propria. Postea dicitur totus Psalmus: Benedictus Dominus Deus Israhel, cum gloria Patri. Et, Sicut erat. Postea reincipitur tota antiphona: In viā pacis &c. Deinde sequitur Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, Et ne nos inducas in temptationē, Sed libera nos à malo. V. Esto nobis Domine turris fortitudinis. R.

Q. 2

Afaci-

A facie inimici. Verf. Nihil proficiat inimicus in nobis. Resp. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. Verf. Vtinam dirigantur viæ nostræ. R. Ad custodiendas iustificationes tuas in viam pacis. Verf. Dominus exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Ref. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequre, vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te coepta finiatur. Omnipotens semperiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Deus qui filios Israel per maris medium siccō vestigij ire fecisti, quiq[ue] tribus Magis iter ad te stella duce monstrasti: tribue nobis quæsumus iter prosperum, tēpusque tranquillum, vt Angelo sancto tuo comite, ad eum quo perginus locum, ac demū ad æternæ felicitatis portum feliciter peruenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde ingreditur iter suum. Ante Pontificē semper præferetur crux per Subdiaconum Apostolicum, & post crucem portabitur corpus Christi super equum album cum campanella: ante equum præbit clericus ca-

cus capellæ cum laterna cum lumine, & pōst Sacra[m]ta cum ferula. Et isti semper erunt inter Papam & crucem.

ORDO INTRANDI ALIquam urbem in pontificibus.

Cum autem Pontifex voluerit intrare aliquam insignem urbem, firmabit se in aliqua Ecclesia, vel domo extra portam ciuitatis, & ibi capiet pluiale & mitrā, & interim omnia parabuntur que portantur in pōpa, quando Pontifex equitat in Pontificalib. felicet vexilla parua & magna, & cum illis vexilla ciuitatis, in quam intrat, equi phalerati, pilei quatuor, equus cum scala, vmbella, & reliqua, baldachinum pro sacramento & pro Papa ciues inuenient. Erit etiam paratus clerus vrbis illius cum crucibus & reliquijs Sanctorum extra portam ciuitatis, & pueri etiam obuiabunt pedites cum ramis oliuarum, vel aliarū arborum, & cum armis Papæ, clamantes: Viuat Papa. Pontifex cum sua curia equitabit eo ordine quo superius diximus, cum equitat in Pontificalibus: hoc addito, quod sarcinæ Pontificis præcedent omnes equos. Et clerus paratus cum sua processione ibit immediate ante crucem Papæ. Si autem aliqui Cardinales exeuntes de ciuitate obuiabunt Pontifici, postquam habu-

erit mitrā & pluuiale, aduertat ille qui ducit equum cum scala Papæ, & statim præcedat, & deponit scalam ad dextram partem Papæ. Cardinales autem descendant ex equis suis remotè, & accedant reuerenter ad Papam, & primò osculentur ei pedem & manum: deinde per scalam ascendant & osculantur faciem: postea ascendant suos equos, & vadant in suo ordine. Hoc seruatum legimus apud maiores nostros. Et quia videtur in se habere grauitatem & maiestatem, quamquam in vsu non viderimus, placuit his addere. Cum Pontifex erit propè portam ciuitatis, prælatus illius accedet ad Pontificem debitiss reuerentijs, & offert illi crucem osculandam, quam Pontifex reuerenter cum mitra tamen osculabitur: non enim commodè poterit ei abstrahi & imponi mitra equestri ab equestribus. Si tamen placuerit & mitram deponere, non erit inconueniens. Deinde prælatus incipiet Antiphonam: Ecce fæcēdōs magnus, &c. Et aliam, Dum esset summus Pontifex. Et ibit cum clero ad locum suum ante crucem in porta. Princeps ciuitatis etiamsi esset rex, dicit equū Pontificis freno, vel si Pontifex vehitur sella, subit sellam cum suis proceribus dignioribus per aliquot passus: deinde iubente Pontifice alijs succedunt ei, & ille ascendit equū, & equi-

& equitat suo ordine. Si verò ciuitas non sit sub principe, sed libera, tunc summi magistratū dicunt equū freno, vel subeunt sellam à principio, & mox mutantur, & alijs nobiles ciues succedunt: sed post Magistratus vadunt circa Pontificem pedites, alijs autem portant baldachinum supra Pontificem, alijs supra Sacramentum. Cum Pontifex peruerterit ad portā Ecclesiæ principalis, prælatus offert ei aspersorium cum aqua benedicta, & Pontifex aspergit seipsum & circunstantes: deinde imponit incensum in thuribulo, & per prælatum incensatur. Si autem Pontifex descenderit ex equo antequam intret Ecclesiā, & si Diaconi Cardinales erunt prope ipsum, antiquior de manu prælati accipiet aspersorium & porriget Pontifici, & ministrabit nauicellam cum Pontifex ponet incensum, & clerus cantabit: Te Deum laudamus. Cum peruentum fuerit ad altare, genuflectet Pontifex ad orandum ante altare super faldistorium, quo usque fuerit finitum: Te Deum laudamus. Et prælatus Ecclesiæ dicet super eum versiculos & orationes, prout diximus in nostro Pentificali in receptione Pontificis. Quibus dictis Pontifex surgit, ascendit ad altare, & solenniter benedit populo, dicens

Sit nomen Domini benedictum, &c. & mox vnuſ de Diaconis prounicat indulgentias prout pontifici placebit. Inde eodem ordine Pontifex deducitur ad suum hospitium, & alij diuertunt ad sua. In exitu autem, ciuitatis, si Papa voluerit proficisci in habitu Pöntificali cum pluuiali et mitra, seruabitur idem ordo, vt in introitu, præterquam de processione cleri, de vexillis, de vmbella, de baldachinis: quæ non aderunt. Et Pontifex extra portam intrabit aliquam Ecclesiæ, & depoñit mitram & pluuiale, & induet mantum rubrum & galerum ex cramelino, & procedet, vt superius dictum est itinerando cum suis tribus Cardinalibus. Quod si Pontifex noluerit vt in Pontificalibus, tunc poterit equitare per ciuitatem ordine, quo diximus superius, cum equitat non in Pontificalibus ad aliquam ecclesiæ religiōis gratia, nisi quod sacramentum corporis Christi, semper aderit & forerij cum puluinaribus non aderunt: extra ciuitatem cum sibi videbitur, dimittet Cardinales, & alios, qui honoris causa suam Sanctitatem deduxerint, & retinebunt eos, qui secum sunt profecturi.

*QVID AGENDVM, SI CVM
Papa aderet unus Diaconus tantum cum uno
Episcopo, vel presbytero Cardinale.*

Et

ET quia in huiusmodi itinerationibus sæpe accidit quod apud Pontificem sunt pauci Cardinales, si hoc vel aliquo tempore accideret, quod in aliqua solennitate dum Pontifex exit ad Ecclesiam in Pontificalibus, non esset præsens nisi vnuſ Diaconus & vnuſ Episcopus tantum, Cardinalis Episcopus iret à dextris, & Diaconus à sinistris Papæ, & sic federent in assistentia Papæ: Diaconus tandem semper imponeret & extraheret mitram adiuuante Episcopo. Si vero aderet aliquis presbyter Cardinalis cum vno Diacono, tūc Diaconus iret, & federet à dextris semper, & similiter imponeret & extraheret mitram Pontifici. Incensatione autem & pace, presbyter Cardinalis (si aderit) id faciet, quamuis sit assistens, si non sit aliis presbyter: si non aderit, faciet vnuſ Episcopus Cardinalis: & si nō aderit Episcopus, faciet Diaconus. tam in missis quam in vesperis, tam parato Pontifice in Pontificalibus, quam non parato. Et si nullus aderit Cardinalis, dignior prælatus incensabit, & dabit pacem Pontifici.

*SECTIO TERTIA'DE
cima.*

*De receptione Principum, & primo
de receptione Imperatoris veni-
tioris ad urbem peregrina-
tionis gratia.*

Q 5

FRIDE

RIDERICVS Tertius anno
salutis sexagesimo octauo su-
pra millesimum quadringé-
tesimum, Romam venit reli-
giose peregrinationis gratia:
cumq; Paulus secundus Pontifex maximus,
summis honoribus exceptit. Quæ igitur in
suo aduentu maturè & prudenter ordina-
ta sunt atque seruata, quoniam omnibus
interfui, ex officio hīc annotabo, & vt poste-
ri his vti (si voluerint) facilè possint, adne-
stam.

Vt primum igitur Pōtifici nunciatum est
Cæsarem in Italiam aduentasse , Romam
via flaminia petiturum, iussit Provinciarū
Ecclesiæ Romanæ præfectos, per quas iter
facturus erat, Cæsar vt venienti honoris cau-
sa obuiam irent Pontificis nomine ad fines
Provinciæ, illumque cum omni suo comita-
tu publicis sumptibus magnificè exciperet,
& honores ei omnes impenderent: iuberet
que per ciuitates omnes, qua effet transflu-
rus clerum in porta obuiam exire cum cru-
cibus, & deducere ad Ecclesiam cum An-
tiphonis, Versiculis, & orationibus, vt in
Pontificali habetur. Deinde vt Ecclesiæ
agrum Cæsarem intrasse cognouit, nobil-
les quosdam ex ordine equestri præmi-
sit, qui Cæsari obuiam eant, gratulantes
Pontifi-

Pontificis nomine prosperum eius aduētum,
ei omnia Pontificis officia pollicentes. Post
hos sunt missi duo sacri palatijs causarum au-
ditores, qui Spoleti, & duo deinde Archie-
piscopi cum duobus Episcopis ex assidenti-
bus Papæ, qui Marini Cæsari se exhibuerunt.
Designauit præterea Pontifex duos Aposto-
licæ fedi Legatos, Guillelmum Episcopum
Hostiensem Rotomagensem, & Franciscum
Sancti Eustachij Diaconum Senensem, San-
cta Romana Ecclesiæ Cradinales, datis mā-
datis, vt duorum dierum itinerē Cæsari obu-
iam irent. Sed Legaticum obuiam fiunt Im-
peratori, descendunt ex equis cum ex pro-
pinquo eum manefestè videant, & suæ maie-
stati reuerentiam faciunt, siue descenderit,
siue in equo manserit: cōsueuit tamen & ipse
descendentibus Legatis descendere. Die
autem quo urbem intravit, hoc ordine
exceptus est, primi obuiam iere ad tertium
lapidem, Vice camerarius, Præfectus, Se-
nator, Conseruator, Cancellarij urbis,
omnes cum habitu suæ dignitatis, & cum his
capita Regionum, & alij Magistratus urbani.
cū ciuibus nobilioribus: quos nō multo in-
teruallo ordines curiæ, & Cancellariæ Officia-
les duce Episcopo Vrbinate correctore & ab
breuiatore literarū Apostolicarū secuti sunt.

Tertio

Tertio loco prælati domestici Pontificis cū aulicis proceribus, & nobilibus multis ad secundum lapidem processere: facer deinde Cardinalium senatus extra portam ad quingentos passus Cæfarem expectabit: cui aduenienti suo & Pontificis nomine fœlicem aduētum gratulatus est, verba faciente priorre Episcorum Cardinalium. Clerus vrbis in ipsa porta cum crucibus & reliquijs, vt Cæfarem exciperet, iussus erat. Hoc igitur ordine, quamuis propter serum introitum omnino seruari non potuit, vrbem ingressus est. Primò procedebant mixtae Cardinalium familiae cum militibus Cæfaris, tum familiares Pontificis laici cum familiaribus Imperatoris: inde nobiles & barones, tum conferuatores cum Officialibus vrbis: deinde oratores Principum & Regum non prelati: postremò Senator & præfectus vrbis cum suis ornamentijs: armiger Cæfaris cum ense nudo inter illos & Cæfarem solus equitabat. Sequebatur Cæsar sub baldachino medius inter duos seniores Episcopos Cardinales: cui in porta Vicarius Papæ, qui clero vrbis præst, paratus in Póntificalibus, cruce exosculandam porrigere debet. Et cleruſ cantat, Ecce mitto Angelum meum. Et cleruſ supplicabundus præcedit immediatè ante præfectum & Senatorem. Imperatorem

ratorem sequuntur Cardinales per ordinem, Episcopi, presbyteri & Diaconi, officiales: & nobiliores ciues ducut equum Cæfaris freno, & baldachinum portat: post Cardinales sequebantur prælati Cæfaris cū prælatis oratoribus, & demum alij Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarij, Abbates, & alij curiales togati. Ex itinere duo presbyteri & duo Diaconi Cardinales diuertentes ad Pontificem præuenierunt, qui cum illis & nonnullis alijs prælatis atque aulicis suis cum pluiali & mitra descendit ad Ecclesiast. S. Petri, vbi in capella maiori in sede eminenti sedens Cæfarem expectabat. Cæsar ordine quo diximus, ad gradus basilicę peruenit: vbi equo descendens, à Cardinalibus & alijs ad confessionem. B. Petri deductus est: vbi paratum faldistoriū erat, super quod procumbens aliquantulum orauit. Interim Cardinales omnes ad Pontificem ascēdentes in locis suis federunt, & duo presbyteri & Diaconi qui præuenierant, Cæfarem apud faldistorium orantem expectantes, illum finita oratione deduxerunt ad Pontificem: qui vt Pontificem vidit, genu terram tangens illum veneratus est, & accedens proprius idem fecit: ascendens deinde ad soli in terram pronus Pontificis pedes osculatus est, deinde manum. Pontifex benigne illum suscep-

fusciplens, atq; à terra eleuans ad osculū oris recipit, & assurgens eum modestè amplexatus est, moxque iussit eum sedere in sede pro eo honorifice præparata inter solium Pontificis, & sedilia Episcoporum Cardinallium: tūm exceptit prælatos & proceres Cæsaris ad pedis osculū: deinde à duobus Diaconis Cardinalibus deductus Cæsar ad altare maius, ibi super paratum sibi faldistorium diutius genuflexus orauit. Interim chorus cœtauit Antiphonam: Elegit eum Dominus, & excelsum fecit illum præ regibus terra. V. Glorificauit illum in conspectu Regum. Re. Et non confundetur. Surgens deinde Pontifex sine mitra dixit Pater noster, Et ne nos inducas in temptationem. Ref. Sed libera nos à malo. Vers. Deus iudicium tuum Regi da. R. Et iustitiam tuam filio regis. Vers. Saluum fac. Domine seruum tuum Fridericum Imperatorem nostrum. Respon. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto. Ref. Et de Syon tuere eum. Vers. Nihil proficiet inimicus in eo. Ref. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Fiat pax in virtute tua. Ref. Et abundantia in turribus tuis. Vers. Domine exaudi orationem meam. Ref. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. Ref. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus

Deus qui beato Petro Apostolo tuo colatis clauib. regni cœlestis, animas ligandi atque soluendi Pontificiū tradidisti: intercessio nis eius auxilio famulus hic tuus Fridericus Imperator noster à nexibus peccatorū suorum liberetur.

Prætendæ quæsumus famulo tuo N. Imperatori nostro dextram salutis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ dignè & humi liter postulat, aſſequi mereatur. Omnipotēs sempiterne Deus, Christiani Imperij protector & conſeruator, da feruō tuo N. Imperatori nostro virtutis inuictæ triumphum, vt ad nostram, & Ecclesiæ tuæ Sanctæ, atque fidelium omnium unitatem & pacem, ſubditas illi facias vniuersas barbaras nationes. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Posthæc Pontifex de folio descendit, & Cæfarem iterum amplexatus manu ſinistra illum tenens, pariter palatium Apostolicum ascenderunt: qui in facellum Sancti Nicolai ingressi aliquantulum conſederunt, & familiariter confabulati funt. Deinde Pontifex Cæfarem ad cubiculum illi paratum dimisit: iuſſitque Cardinales complures illum deducere, ipſe verò cum suis per aliam facel portam ad cameram ſuam profectus est.

Dum

Dū Cæsar Romæ fuit, sëpe noctu vno vel altero famulo sociatus clam & indicto tempore ad Pontificis cubiculum accesit: cui Pontifex obuiam exiuit cùm primùm id potuit rescire, & discedentem ipse deduxit vsq; ad secundam & tertiam aulam: & aliquando ipse Pontifex inexpectatus ad Cæsaris cubiculum cum paucis venit, illumque quantum potuit honorauit, cum summa tamen grauitate & maiestate & in Ecclesia, & in via. In Ecclesia orante Pontifice super faldistorio sibi parato ante altare, vt sit, Imperator super aliud faldistoriū orabat à sinistris positum, copertum purpureo ornamento cum pulvinari etiam purpureo, & paruo scabellu viridi etiam purpureo: sedes Cæsaris cum suo reclinatorio siue postergali sita erat inter sedē Pontificis & sedilia Cardinalium, in formam sedis Pontificalis, sed non tantæ altitudinis neque latitudinis: cooperta erat panno sericeo viridis coloris: & scabellum paruum habebat viride, super quod pedes tenebat Imperator: altitudo ipsius sedis ita erat instituta in capella Apostolica, vt non altior esset locus vbi federet Imperator, quam vbi Pontifex teneret pedes: & item scabellum Cæsaris equale erat sedibus Cardinalium. Cum incensabatur Pontifex per Cardinalem assistente, mox intencensabatur Imperator per primum
ex præla-

exprælati assistentibus Pontifici: cum Pöntifex pacem accipiebat ab assistente Cardinali, primo dabant pacem Imperatori, postea Diaconis assistentibus. Inter eundum semper manu sinistra illius dextram tenebat: volebatque vt æquali semper gradu incederet, quāuis modestè semper Cæsar reluctaretur. In discessu mandauit Pontifex, quod itidem vt in introitu honoraretur: sed ille summo mane cum paucis è suis consenso equo anterecessit, quam Cardinales consueuissent, pauci eius festinationem sunt assecuti. Donauit Pontifex Cæsarem pluribus muneribus, primū veste aurea, & equo albo phalerato, cum aliquibus iocalibus, cum reliquis Sanctorum admodum preciosis, quorum preciū supra duūm millium aureorum ferebatur.

DE RECEPCTIONE REGIS venientis ad urbem.

CVm Pontifici innicatum erit Regem quempiam Romanum venturum, mandet Rectori Prouinciae, qua ille primum trāfisturus, vt venienti Regi ad fines agri Ecclesiæ obuiam vadat, illum Pontificis nomine benignè suscipiat, honoret, & per totam suam Prouinciam deducat, alatque cum omni sua familia publicis sumptibus. Cùm ciuitates & insignia oppida intrabit, occurrat

R cicle.

ei cleris cum supplicatione & baldachino,
cantantes hymnos, Antiphonas, Versiculos
& orationes, vt in libro Pontificali habetur,
& mittat quam primum numerum equi-
tum, qui sunt cum Rege, & qualitatem co-
mitum eius ad Pontificem: mittantur dein-
de ad tres dietas duo prælati, qui occur-
rant Regi Pontificis nomine, & deinde quatuor
alijs ad duas: demum per quindecim aut sex-
decim milliaria mittantur duo ex presby-
teris siue Diaconis Cardinalibus Legati ob-
uiam, qui Regem ad urbem deducant. Or-
dinentur qui in toto itinere, dum erit in ter-
ris Ecclesiæ, faciant expensas Regi. In die
introitus Vicecamerarius siue gubernator
urbis cum præfecto, Senatore, Conserua-
toribus, Cancellarijs, capitibus regionum,
& alijs Officialibus & nobilibus ciuitibus pri-
mi exibunt obuiam ad secundum aut ter-
tium lapidem. Ad primum lapidem occur-
ret Regi familia Pontificis cum omnibus
ordinibus & officialibus curiæ: facer sena-
tus Cardinalium in porta obuiabit Regi, &
per priorem Episcoporum Cardinalium
fient verba congratulatoria nomine Pon-
tificis & collegij, & omnes Cardinales tan-
gent manum Regi, & osculabuntur genâ:
deinde hoc ordine intrabunt urbem. Pri-
mò præcedunt familiæ Dominorum Car-
dinalium,

dinalium, & curialium mixtim, familia de-
inde Pontificis cum officialibus curiæ secu-
laris: videlicet scriptoribus Apostolicis ab-
breuiatoribus & huiusmodi. Et cum familia
Regis, barones, nobiles, conseruatores, o-
ratores principum, & regum non prælati,
præfectoris urbis, & senator. Si quis princeps
aut magnus nobilis erit cum Rege, locetur
inter oratores laicos, vel cum Senatore aut
præfecto pro dignitate sua. Nota tamen,
quod orator Imperatoris semper præce-
dit senatorem. Sequentur deinde seruen-
tes armorum cum suis baculis argenteis,
quorū aliqui seper discurrent, curâtes vt alij
precedant secundum datum ordinē. Deinde
facrum collegiū Cardinaliū, Episcopi, pres-
byteri, Diaconi. Rex vero erit medius inter
duos seniores Diaconos in vltimo loco: post
Regem erunt immediate duo aut tres cubi-
cularij siue Secretarij sui: deinde Oratores,
prælati, Archiepiscopi, Episcopi, protono-
tarij, abbates: & si quis, prælatus erit cū Rege
erit inter prælatos oratores. Prælati ex fami-
lia Papæ in huiusmodi actibus, quando col-
legium est presens, nō præponitur alijs, quia
collegiū est ibi tūc nomine suo & Pontifi-
cis sed stabunt in loco suæ promotionis.
Clerus urbis cum vicario occurret Regi ad
gradus basilicæ Sancti Petri: & ibi Regi
R 2 ex equo

exequo descendenti vicarius offeret Crucem osculandam. Ettunc præcedent cantantes Antiphonam, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Et alios hymnos: & sic deducetur ad altare maius ordine quo venerat: vbi super faldistorium sibi paratum orabit genuflexus. Interim chorus cantabit responsorium, Posui adiutorium super potetem, & exaltauit electum de plebe mea. Vers. Inueni David seruum meum: oleo sancto meo unxi eum. R. Et exaltaui &c. Item aliud, Tua potentia, tuum regnum Domine: tu es super omnes gentes: da pacem Domine in diebus nostris. Vers. Creator omnium Deus terribilis & fortis, iustus, & misericors. Ref. Da pacem &c. Finito responsorio, Rege ad huc prostrato permanente, prior Cardinalium dicit Verius & orationes infrascriptas supra Regem, stans in cornu dextro altaris, vbi dicitur Euangeliū, Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in temptationem. R. Sed libera nos à malo. Vers. Deus iudicium tuum Regi da. R. Et istitiam tuam filio Regis. V. Saluum fac Domine. N. Regē. R. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei auxilium de sancto. R. Et de Syon tuere eum. Vers. Nil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor

meus

meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus, cui omnis potestas famulatur, da huic famulo tuo. N.. Regi prosperum suæ dignitatis effectum in quo te semper timeat, tibi que iugiter placere contendat. Deus quibet Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti, concede vt intercessionis eius auxilio famulus hic tuus .N. rex à nexibus peccatorum liberetur. Prætende Domine. N. regi famulo tuo dextram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ dignè & humiliter postulat, assequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Surgat Rex ab oratione, & deducatur à Cardinalibus ad aliquem locum sibi preparatum ad hoc, & ibi eum dimittant cum duobus ultimis presbyteris, & totidem ultimis Diaconis Cardinalibus, alij omnes ascendant ad Pontificem: qui paratus cù pluiali & mitra preciosis, exit ad publicum consistorium in prima aula Regali ornatum. Cum omnes federint, facta à Cardinalibus consueta reuerentia, duo antiquiores Diaconi ibunt ad Regem cum sex aut octo prelatis acceptis à solio Pontificis: & illi duo iuniores ibunt ad consistorium, & facta reue-

rentia Sanctissimo Domino nostro, sedebut in loco suo: & mox deducetur rex ad Pontificem à quatuor Cardinalibus in hunc modum. Primo præcedent familiares Regis, tū quatuor seruientes armorum, & post eos minister ceremoniarum, inde duo Presbyteri Cardinales, deinde Rex medius inter duos atipuiores Diaconos, & post eū sex aut octo prælati p̄dicti. Rex tertio genus etat in cōspectu Pontificis: duo presbyteri Cardinales præcedentes facient reuerentiam Pontifici, & expectabunt ibi stantes ante Pontificem: deinde ascendet primus Diaconus, & post eum Rex: qui genuflexus osculatur pedem Sanctissimi Domini nostri. Pontifex porrigit ei manū, quam postquam fuerit osculat⁹, leuet eum, & recipiat ad osculū oris. Interim ascendet & alius Diaconus his peractis, & aliquib. verbis gratulatorijs & gratias agent ibus per Pontificem & Regem dictis, deducitur Rex à Diaconis ad sedendum post primum Episcopum Cardinalem, & ipsi reuertuntur ad sedendum ad locum suum. Et tunc si Pontifici placet, proponuntur ab aduocatis aliquæ causæ: quibus finitis surgunt omnes, & Rex accedit ad Pontificem cum Cardinalibus, & eius familia osculatur pedes Pontificis. Deinde Pontifex cum omnibus reuertitur ad cameram, & mittit aliquos Cardinales, qui

Ies, qui deducant Regem ad cameram suam.

Et nota, quod secundum quod legi in pluribus libris ceremoniarum, Rex in prima die aduentus sui non debet seruire Pontifici in aliquo actu, neque in ferenda cauda, neque in mensa secum pranderet, neque in aliqua re. In alijs autem diebus portabit caudam pluialis, dabit aquam manibus, siue in Missa, siue in mensa, & in conuiuio portabit primum ferculum, & in collatione primum potum, & huiusmodi: sedebit autem ubi cunque erit in publico, aut in secreto cum Cardinalibus post primum Cardinalem super cuiusnum aureum, siue purpureum, & in loco suo incensabitur, & capiet pacem per eundem, vt alij Cardinales.

Pontifex donabit Regem aliquibus muneribus deuotis & preciosis, veste aurea, & equo phalerato, sicut fecit Sixtus quartus Christigeruo Regi Daciæ, & Ferdinandu Regi Siciliæ: qui Romam venerunt tempore Iubilei, anno millesimo quadragesimo decimo tertio.

In discessu sociabitur Rex à Cardinalibus & que ad portam ciuitatis. Si Rex veniet ad urbem ob aliquam causam, quā peregrinationis

possent omitti omnia, quæ fiunt in Ecclesia Sancti Petri. Et sine supplicatione cleri deduceretur à Cardinalibus ad locum destinatum, & inde ad consistorium publicū, vt dictum est. Si verò Pontifex non esset Romæ, neque in terris suis, quando Rex aliquis ad eum veniet, tūc neq; per tot dictas mitteret ante eum, neque faceret ei expensas: in ingressu autem honoraretur, & recipere tur in consistorio publico, vt superius dictum est.

D E R E C P T I O N E R E G I N A E.
Staliqua regina venerit Romam, honoretur, & in eius aduentu omnia seruantur, quæ dicta sunt de Rege in omnibus & per omnia, & in Ecclesia dicuntur, quæ inferius ponemus: sed non recipietur à Pontifice ad osculum oris, sed ad pedes & manus: neque poneretur ad fedendum inter Cardinales, verùm salutato Pontifice post osculum pedis & manus Papa surgeret, & rediret ad cameram suam, & illa dimitteretur cum aliquibus Cardinalibus ad locum sibi paratum. Quod tamen seruatum non fuit in Regina Dacię tépore Sixti quarti, & Innocentij octauii, non enim recepta fuit in consistorio sed à collegio deducta ad domum suæ habitationis. In Ecclesia fieret ei sugestus ornatus extra & propè capellam, vbi cù suis

suis ancillis posset stare, & audire Missam, & cum Diaconus thuris suffitu excipit Cardinales: Reginam acoluthus. vnus eodem modo excipiatur: similiter, cum datur pax Cardinalibus: Subdiaconus qui seruit in Missa, portet pacem argenteam, siue auream osculandam Reginæ. Neque illa seruit in aliquo Pontifici, nec debet esse aliquo modo in conuiuio cum Pontifice. In porta igitur Ecclesiæ Sancti Petri, super gradus occurrit ei clerus cum supplicatione indicta, & prælatus offert ei crux osculandam: & chorus cantat Responsorium: Ista est speciosa inter filias Hierusalem: Sicut vidistis eam plenam charitate, & dilectione in cubilibus, & in hortis aromatum. Vers. Ista est speciosa, quæ ascendit de deserto delicijs affluens. Sicut vidistis, &c. Gloria patri, &c. Sicut vidistis &c. Deinde cantando: Te Deum laudamus perueniunt ad altare maius: vbi Regina super faldistorium orat. Interim prælatus stans apud altare dicit super eam versiculos, & orationem videlicet. Ver. Saluam fac ancillam tuam Domine. Resp. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei auxilium de sancto. Respon. Et de Syon tuere eam. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Fiat pax in virtute tua. Respon. Et ab-

SACRARVM CERIMONIARVM

undantia in turribus tuis. Vers. Domine ex-audi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, cuius prouidentia in sua dispositio-nē non fallitur, ineffabilem clementiam tuam supplices exoramus, vt sic Hester reginam Israelicā plebis causa salutis ad Regis Assueri thalamum, regnique sui confor-tum transire fecisti: ita hanc famulam tuam Christiane plebis salutis gratia: ad gratiam tuam transire facias: vt tibi super omnia iu-giter placere desideret, & te inspirante: que tibi placita sunt toto corde perficiat, & de-xtra tua potentia illam semper hic et ubique circundet: Per Christum Dominum no-strum, Amen.

DE RECEPTIONE PRIMO.
geniti Regis.

Primogenitus Regis, quia est heres re-gni, & futurus Rex, si superstes erit, ho-noratur eisdem fere ceremonijs in suo adue-tu: sicut de Rege diximus: pauca mutabun-tur. Non mittentur obuiam per tot dies pre-lati: neque mittentur Legati Cardinales, sed per vnum, aut duos dies mittentur etiam aliqui Prælati, & collegium obuiabit in por-ta urbis

LICER PRIMVS.

134

tavrbis, descendet ad palatium Apostolicū: & ducetur suo tempore à duobus Diaconis ad Pontificem ad publicum consistorium, & post receptionem ad osculum, se-debit post primum presbyterum Cardinalem: & non post primum Episcopum: vt sit aliqua differentia inter patrem & filium. Si venerit Romam causa devotionis possit re-cipi in Ecclesia Sancti Petri sicut de Rege di-ximus, sed in orationibus non dicererur. s. Rex, sed simpliciter famulus tuus. N. omnia alia seruentur, vt superius dictum est de Rege. In capella sedebit vt diximus Thure ex-cipietur, & accipiet Pacem vt Rex. In reces-su deducetur à collegio Cardinalium usque ad portam ciuitatis, & semper erit medius inter duos Seniores Diaconos Cardinales: vt in ultimo loco tam in veniendo: quam in redeundo.

DE RECEPTIONE ALICVIIS
Principis electoris Imperij, siue alterius maxi-mi Principis.

Pincipes electores Romani Imperij di-gniores habentur alijs principibus præ-ter Reges, sicut Cardinales alijs prælatis ra-tione electionis. Hi septem numero sunt, tres Archiepiscopi, Colonensis, Maguntinus, & Treue-

Treuerensis: tres Principes, Comes Palatinus Rheni. Dux Saxonie, Marchio Brandenburgensis: septimus additus fuit Rex Bohemiae. Coloniensis cancellariæ Imperiali præest per Italiam, Maguntinus qui vt Decanus est electorum per Germaniam, Treuerensis per Gallias: & singulis illorum sua prouincia & dioecesi procedit secundum Caroli quarti sanctionem, Palatinus, qui inter laicos primum locum obtinet: Archidapifer est Imperij, & ad eum pertinet deferre aureum pommum ante Cæfarem. Dux Saxonie Archimarescallus & ensem nudū ante Cæfarem præfert. Brandenburgensis camerarius Imperij censetur, & ante Cæfarem sceptrum Imperiale portat. Et quamuis ille Comes, hic Marchio dicatur: sunt tamen & Ducatus titulo omnes insigniti. Nam Palatinus ex Ducibus Bauariæ primus habetur: & Brandenburgensis Pomeraniæ, & Stetinensem Ducatus obtinet. Sed Comitatui & Marchionatui fuit a tributa eligendi potestas. Hæc voluimus delibasse, quæ non facile alibi legas: vt omnes sciant quantam auctoritatem nomen electoris Imperij ibi vendicet: quos tam prælatos quam Principes pari modo honorandos esse in eorum aduentu ad curiam censeo, nisi in sedendo, vt postea dicemus.

Princeps

Princeps igitur maximus excipietur, vt agrû Ecclesiæ Romanæ intrauerit, omni humanitate & honore, vt diximus de Rege: sed non tanto apparatu, neque cleris ibit obuiâ cum processione: mittentur aliqui à Pontifice obuiam per vnum aut duos dies. In introitu eorum familiæ Cardinalium sigillatum vnaque que per se extra portam per quingentos passus, vel circa exibunt obuiam Principi, gratulabuntur felicem eius aduentum nomine heri sui, & offerent domum & eius bona. Oratores Principum & Senatus vterius progressientur, familia Papæ post alias familias ibit obuiam Principi, & demum duo Cardinales nomine Pontificis & collegij paulo extra portam Principi occurant, & post congratulationem capient eum medium, & ducent ad Pontificem in publicum consistoriū hoc modo. Precedent familiæ Cardinalium, & primùm qui in brevibus sunt: deinde familia Principis cum suis sacrinis: demum familiares Papæ laici cum nobilibus: postremò Oratores non prælati, Princeps deinde mediis inter dictos duos Cardinales, & ante eos seruientes armorum: post vero prælati oratores cum prælatis Papæ: deinde si quis prælatus erit cum principe honorabitur pro sua dignitate, postea sequentur alij prælati ordine suo consueto: deducetur princeps ad pala-

SACRARVM CERIMONIARVM

ad palatium, & expectabat in p̄arua capella cum sua familia, illi duo Cardinales ibunt ad Pontificem, qui paratus ex more exhibet ad publicum consistorium paratum in aula vltima non in prima regia, & facta reuerentia à Cardinalibus proponetur aliqua causa ab aduocatis, & cum prima erit finita vel ante, si placebit Sanctissimo Domino nostro, quatuor aut sex prælati ex primis aſſistentibus discedent à pedibus Pontificis & ibunt ad deducendum principem ad consistorium, qui veniet medius inter duos primos iuniores: & facta reuerentia recipietur à Pontifice ad osculum pedis, manus, & oris: deinde post aliqua verba, quibus & gratias aget, & gratulabitur, surget, perque clericum ceremoniarum deducetur ad sedendum inter duos vltimos Diaconos Cardinales, & proponeatur aliqua causa, vel finietur proposita: finito consistorio surgent omnes, & princeps cum aliquibus Cardinalibus ibit ad Pontificem, & illo stante, & cum Pontifice confabulante poterunt eius familiares osculari pedes Papæ, postea Papa reuertetur ad cameram suam, & princeps ibit immediae post crucem inter duos iuniores Cardinales, & sic sedebit in Ecclesia: & ibi quandounque erit cum Reuerendissimis Cardinalibus

L I B E R P R I M V S.

136

nalibus. Et cum abscedet à Papa & ibit ad locum sibi assignatum: debet deduci ab illic duobus Cardinalibus: qui cum deduxerunt ad palatium.

D E R E C E P T I O N E P R I N C I P I S n o n i t a c l a r i .

P rinceps autem non elector Imperij, siue Dux non ita clarus magnus tamen ijdēm fere ceremonijs honorabitur, sed non ibunt obuiam ei Cardinales aliqui, neque sedebit inter Cardinales: verū post omnes Cardinales, & erit medius intrans inter duos primos prælatos Pontificis, cætera vt supra. Et si effet Dux, aut princeps maioris fortunæ: qui non deberet sedere in sedibus Cardinalium non recipitur in consistorio publico, sed modo supra dicto deducetur ad suum hospitium.

D E P R I N C I P E E L E C T O R E p r e l a t o .

P rinceps elector Archiepiscopus vide- licet Maguntinus, Coloniensis, siue Treuerensis quamvis precedat laicos electores, cum ultra sacram dignitatem etiam ducatus titulo decorentur, tamē familiarius confuerunt à Pōtifi. tractari in sedendo: vt audiui. Nā ex eis nemo miscēporib. ad curiā venit

Credo

Credo tamen quod debeant recipi: vt alij principes electores. Et in sedendo critille Archiepiscopus elector post omnes Cardinales in sede Diaconorum Cardinalium. Si tamen erit præsens alius similis princeps, quia tunc ipse non cederet illi, poterunt, si erunt plures, sedere in eodem sedili, secundum ordinem ipsorum.

D E R E C E P T I O N E O R A T O -
*rum, sive Legatorum Regum & principum,
 seu rerum publicarum.*

PRIDIC quam Oratores sunt ingressuri urbem, debent id significare honesto modo. Etsi ipsi Oratores veniunt ad praestandom obedientiam summo Pontifici, sive ob aliquam rem magni momenti, & spectantem ad bonum publicum, tunc Pontificis nomine debet intimari per cursores Cardinalibus & prelatis curiae dies & hora introitus illorum oratorum, & per quam portam, & vt mittant familiam ad honorandum. Et nota, quod intimatio huiusmodi non consuevit fieri nisi in casibus praedictis: cum autem Oratores ob res priuatas suorum Dominorum veniunt, non mittuntur familiae, sed priuati amici mittunt. Tempore Sixti ceremoniae huiusmodi fuerunt multo laxiores, id que ambitioni & gratie datum, non improbandum, si res ad pristinam grauitatem reducere-

ducentur. Die igitur & hora praedicta, familiae Dominorum Cardinalium separatim exhibunt obuiam Oratoribus per medium militare, vel circa extra urbem. Si veniunt per portam Sancti Petri, familiae non transeunt domum leprosorum, neque vlo modo ascendent montem: & similiter si per portam Sanctæ Mariæ de populo, non transeunt potem Aemilium. Aduenientibus oratoribus, ille cui commissum est à Cardinali accedit, & nomine Domini sui gratulatur felicem aduentum oratorum, & dicit Dominum suum misisse familiam suam ad honorandum illorum introitum propter reuerentiam, devotionem, affectionem, sive benevolentiam, ex dominii illius conditione cuius titulos diligenter uare debet, erga quæ habet dominum illorum, & pollicetur, atque offert omnem operam Domini sui, domum, familiam & omnia quæ potest, quandoconque operam requirent illorum, & habitu ab illis responsa, recent ad partem, dant locum alijs, & vadunt ad loca sua, & semper honorabiores remanent cum oratoribus: familia Papæ debet eis occurtere paulo extra portam, & facta salutatione aptantur per clericum ceremoniarum in hunc modum. Primo procedunt familiae curialium tam Cardinalium quam aliorum, qui in brevibus sunt, deinde sarcinæ, & familiæ ora-

SACRARVM CERIMONIARVM

Lia oratorum nouorum bini & bini, post familiares Papæ laici, & nobiles, ac barones, si qui sunt, tum seruientes armorum cum suis baculis argenteis: Inde oratores, quorū primus erit medius inter duos primos prælatos Pontificis. Deinde si erunt plures oratores ponentur vñus post alium medius inter vñus prælatum Pontificis, & vñum ex oratoribus principum, qui sunt in curia, siue sint prælati, siue laici, & prælatus Pontificis erit à deætris noui oratoris, & orator antiquus à finis. Quando nō crunt plures oratores noui sequentur vñus prælatus palati & vñus orator, & qui superabundabunt siue prælati palati: siue oratores: ibūt bini & bini. Quod si oratores essent tot numero: vt & prælati Papæ, & oratores antiqui non sufficerent ad retinēdos eos medios: ibūt post pri-
mum, qui erit inter duos, vt diximus ex palatio, alijs bini & bini, vñus orator nouus & vñus prælatus palati, siue vñus orator antiquus, & hoc alternatim. videlicet post pri-
mum erit vñus orator antiquus: deinde vñus prælatus palati, & sic deinceps usque ad ultimum. Sequentur deinde alijs prælati suo ordine, & post eos Subdiaconi, auditores, clerici cameræ, acoluthi, cubicularij, alijs familiares Papæ togati, demum alijs curiales, Cūm peruerterint ad portam hospitiij nouo
rum

LIBER PRIMVS.

138

rum oratorum, ipsi noui oratores firmabunt se ante portam in equis: & agent gratias prælatis & oratoribus, qui eos deduxerunt, & sic remanebunt in porta respondentes facientibus reuerentiam cum capite detecto, quo usque prælati omnes transeant, & discedant, tunc intrabunt domum: & descendant ad quiescendum. Neque prius ibunt in publicum quam visitauerint summum Pontificem. Die deinde statuta parabitur consistorium publicum in aula conuenienti oratoribus, vt alias dimicimus, & pridie intimetur Cardinalib⁹, prælati, & officialibus curiæ, hora consueta, Domini Cardinales veniunt ad palatium, & summus Pontifex paratus pluiali, & mitra preciosis exit ad publicum consistoriū. Interim oratores ipsi veniūt ad palatiū comitati ab amicis, & aliqui Cardinales amici solent mittere familias suas ad deducēdum eos ad palatium: nam tales Cardinales preueniunt aliquantulum alios, & statim mittunt familias. Et est aduertendum, quod Papa non prius exeat ad cōsistoriū q̄ oratores intrauerint palatium, ne indecēter oporteat eū expectare. Illi autem vt descenderint, expectabunt in capella minori, vel si consistorium erit in aula regali: expectabunt in aliquo loco inferius ad hoc eis parato, cū Pōtifex & alijs se-
derint

derint: fit reuerentia à Cardinalibus more solito. Deinde proponitur aliqua causa ab aduocatis. Tūc clericus ceremoniarum perquireret à reuerendario: qui habet curam signaturæ: quot causæ sint proponēdæ, & cū tēpus videbitur, assumat prælatos è numero aſſistentium Papæ tot, quot ſufficientant pro numero oratorum, videlicet, ſi erit vnuſ vel duo oratores, nō aſſumantur minus quam quatuor, & deducātur medij. Et ſi fuerit inter oratores aliquis prælatus, debet deferre cappā. Oratores ſi eſſent ſex, octo, vel plures oratores, tot aſſumantur prælati: & vnuſ ultra vt primus orator fit mediua, alij vnuſ orator & vnuſ prælatus, qui prælati ibunt ſimul ad locum, ubi oratores expectant, & eos deducent ad confiſtorium. cūm apparuerit in confiſpectum Pontificis: Tertiò cum diſtantia genuſlectunt, prout cleruſ cerimoniarum, qui eos præcedet, oſtendet, & tunc aduocatus tacebit: etiam ſi ſua propositio non eſt finita. Oratores præeunte primo prælato ad Pontificem aſcēdent, & recipiunt ad oſculum pedis, manus, & oris, & genuflexi dicent ſecrete aliqua verba, & præſentabunt Papæ literas credētiales: vel publica documēta commissionis eorum, quas priuſ osculabūtur, quam in manib⁹ Pontificis tradant. Pontifex literas, & instrumen-

ta dat

ta dat ſecretario, & oratores per clericū cerimoniarum ducūtur retro ſcamnū presbyterorum Cardinaliū, quod eſt in cōſpectu Pōtificis, & ibi ſtāt quo uſq; ſit tēpus exponendi. Aduocatus autē ſi non finierat, proſequi- tur cauſam ſuā. Et ea finita, Secretarius Pōtificis ſurgit, & legit literas, & instrumēta ſtās ante Pontificem clare & diſtincte p̄onūciando, ita vt benē ab omnibus intelligatur. Quibus finitiſ: orator cui incumbit ſtans detecto capite: accepto ſigno incipit orationē ſuam & alij eius collegæ ſimul ſtantes capite detecto permanēt: & illo ſe inclināt, vel genua flectente pariter ſe inclinant, & genuflexunt. Finita oratione Pontifex respondet vt ſibi videbitur. Procurator autem fiscalis ro- gat omnes protonotarios, clericos camere, & alios notarios publicos de obediētia præſtitia, vel auctu faſto, & responſo Pontificis: & petit instrumentum & instrumenta. Post reſponſum ſurgūt omnes, & oratores interim veniūt ad Dōminum noſtrū ad circulum cū aliquib⁹ Cardinalibus, & eorū familiares oſculantur pedes Pontificis: qui mox reuertitur ad cameram ſuam: vt venerat. Oratores deducūtur ad hospitium ſuum à ſuis amicis particularibus, & nō à familijs Cardinalium: quia illi debent comitari Dominos ſuos.

SECTIO QVARTA DECIMA,
De Concilio generali.

 Cripturi Ceremonias in sacro generali Concilio seruandas primum de loco concilij, & secundum dispositione differendum putamus: deinde de personis, & earum habitu: tertio de ordine rerum gerendarum, & vltimo de sacris precibus, & orationibus ad Deum.

Generale concilium: tunc canonicum & legitimum reputatur: cum à Romano canonico Pontifice inducitur, vel quid schismatis fauientis pro cella catholica Ecclesia fibijspi indicit. Neque cōcilium aliquod suscepimus legimus: quod Apostolica beati Petri sedes non probauerit, illique vel per suum antistitem Romanum Pontificem, vel per eius legatos non præfuerit.

DE LOCO ET SEDIBVS
concilijs.

IN dicto igitur concilio generali ornetur locus concilij, id est ubi publicæ sesiones habendæ sunt in Ecclesia cathedrali, siue alio capaci loco in hunc ferme modum.

Primum

Primum caueatur, vt nullus omnino aditus relinquatur ad ipsum locum præter unum tantum, qui valuis & firmis clausuris obserari possit. Si erit Ecclesia cathedralis, relinquenda erit dummodo sit capax pars superior apud altare maius promissis solemnis celebrandis, & asseribus, aut alia materia separanda à parte inferiori: in qua fides aptabuntur pro cōcilio. Igitur in capite loci vbi sessiones celebrandæ erunt: constituetur thalamus pro sede Papæ cū tribus gradibus debitæ proportionis, latitudo vltimi plani erit decē palmorum, longitudo verò duodecim: in medio erit sedes cū suo postergali, & cū scabellis magno & paruo, & omnia erunt ornata: vt fit in publico consistorio: erunt etiam duo scabella hinc inde pro Diaconis aſſistentib⁹ Papæ. In ista linea mille aliae erūt sedes: nisi forte Imperatoris, aut Regum: si quis iſtorum eſſet interfuturus concilio. Sedes Imperatoris parabitur iuxta ſedē Papæ: quæ habebit duos gradus coniuctos gradibus Papæ, ſed nō tantæ latitudinis aut lōgitudinis. erit ornata cū panno aureo poſt tergum ſed nō ſupra caput, habebit scabellum paruum ad pedes viridi colore pictū. Et aduertendū q̄ locus, vbi ſedet Imperator nō ſit altior loco, vbi tenet pedes Pótifex. Sivero reges adeffent vnuſ vel duo:

parētur sedes pro eis cum postergali vñq; ad spatulas, & ordinentur vt scamna Cardinalium, habebunt tñmē puluinaria ex crame si no, & scabellum viride sine gradibus, & ponentur hinc inde non ad lineam omnino sedis Papæ sed aliquátulū transuersæ, vt possint respicere ad faciem Pontificis à dextris, deinde & à sinistris intra gradus sedis Papalis. Per longitudinem loci erunt scamna pro Cardinalibus, & prælatis cum postergali, & vñico gradu, longitudinis octo cannarum: vel circa, sed media pars à dextris pro Episcopis, & presbyteris, & alia pars à sinistris p Diaconis Cardinalibus erit aliquátulo eminentior videlicet quatuor: aut quinque digitorum altitudine, pulchrioribus pannis ornata. Post scamna pñdicta intráuersum ante faciē Pontificis ad lineam erigantur quatuor sedes patriarchales distinctæ & separatae suis postergalibus, & gradibus ad similitudinem scamnorum prædictorum, & collocentur paribus interuallis: ita vt quadraturam facientes lineam transuersalem impleant, & inter duas medias erit quasi ianua, & aditus ad sedes primæ quadraturæ. Intra hanc primam quadraturam fient sedilia humiliora sine gradibus, & sine postergali per longitudinem cum transuersa vñque ad aditum: qui debet relinquì latitudine vñius

ne vñius cannæ vel circa, post primam quadraturam fient & alia scamna post priora c iusdem fere altitudinis sine postergali tamē, quæ complectantur post etiam patriarcharum sedes, relicto spatio pro auditu, & item si locus erit capax, fiat aliis ordo sedilium post secundum, & tot quot loci amplitudo, & prælatorum numerus exigit: Erigatur etiam in dicto conuentu altare aliquod cum Cruce, & sacra Eucharistia, siue reliquijs sanctorum in loco congruo: ubi posset Pontifex orare cum venit ad concilium, & cum dicat preces pro synodo illuc faciem conuertere.

Si autem Papa non erit futurus in concilio: poterunt scamna prædicta fieri apud altare maius sine sede Papali. Et præsidens cōciliij finita missa paratus sacris vestibus ac si esset celebratus sedebit in faldistorio positio ante altare vertens renes ipsi altari.

*QVI HABENT VOCEM DE
liberatiam in concilijs.*

IN concilijs autē illis venerandis, ac sacro-sanctis: quibus fides nostra, & recta viuendi norma purgata, atque firmata est, non legimus interuenisse statuendi causa nisi Episcopos & abbates, & hi tantum decretis se

subscribebant. Episcopos appellamus etiam Episcorum principes: quoniam haec est suprema in Ecclesia Dei potestas, inferioris autem gradus Ecclesiasticos viros, & principes seculares consulendi, ac instruendi gratia, non autem decernendi intererant: qui (vt periti aiunt) consultiuam vocem habent in concilijs, non definitiuam seu deliberatiuam. Aderunt igitur in concilijs ad statuendum Romanus Pontifex tanquam rector & moderator totius Ecclesie, pastor gregis dominici, et omnium Episcorum Episcopus. Sacer Cardinalium senatus, patriarchae, primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, qui bus non immeritò & ordinum religiosorum generales magistri additi sunt, denique omnes prelati, qui secundum formā iuramenti, quod praefstant cum ad dignitates promouentur, ad synodum venire tenentur. Alij autem vt diximus differendi, instruendi, consuendiue gratia poterunt interesse, non tamen in sessionibus publicis induiti sacris uestibus sedebunt, neque sententiam dicent.

DE DIVERSIS OFFICIALIBUS CONCILIIS.

ADerunt etiam diuersi magistratus, & ministri conciliij, quos tamen Summus (si praesens erit) constituet alios, qui negotio-

negotia proponenda suggerant. Alios qui venientes ad concilium in volumine describant, missorum, ac legatorum facultates examinent, & publica documenta rimentur. Alios qui locum concilij custodiant. Gestæ autem concilij excipere, & in publicam formam redigere spectat propriè ad protonotarios Apostolicos, clericos cameræ, & secretarios Papæ, qui tamen antequam scriptura sua publicent, corrigenda illa exhibeant his, quia Pontifice, siue à concilio erunt deputati. Sedes autem omnibus consignabunt clerici ceremoniarum: Si Papa erit in concilijs, & cum difficultas aliqua orietur, consulerent super ea re summum Pontificem. Si vero summus Pontifex abesset, constituerentur à concilio, qui sedibus cōsignandis praesint.

ORDO SEDENDI IN CONCILIIS.

Ordo autem sedendi in publicis sessionibus hic erit. Summus Pontifex in folio Pontificali sedebit, cui à lateribus super scabellis sedebunt Diaconi duo assistentes, & prior presbyterorum in scabello etiam in loco eminenti, siue à dextris, siue à sinistris, prout in capella cum Papa celebrat, sed tūc, & quoties in diuinis ministrat, vt capellanus assistens erit induitus pluiali, non planeta. Imperator, si aderit, sedebit in sede sua ad dextram

dextram Pontificis, & tunc Diaconi nō sedebunt apud sedem Papæ, sed ante ipsam sedem hinc inde super paruis scabellis, vt erat mos antiquis, & hoc ne Diaconus à dextris videatur sedere medius inter Papam, & Imperatorem. Reges sedebunt in nominatis sedibus suis: Episcopi, & presbyteri Cardinales in prima parte eminentiori scamnorum à dextris, Diaconi Cardinales præter illos duos in prima parte sinistris. Patriarchæ quatuor Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus sedebunt in quatuor illis sedibus singularibus contra faciem Pontificis. Et nota quod prædicti Patriarchæ in missis, & alijs actibus siue sint parati, siue non, sed et ante assistentes Papæ. Alij Patriarchæ, primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates parati sedebunt in scamnis post Cardinales hinc inde, primùm tamen locum habebit vicecamerarius, si erit prælatus. Et ita seruatum legimus in concilio Pisano præidente Alexandro quinto, & in Constantiensi præidente Ioâne vigesimo tertio. Deinde oratores regum, & principum, si erunt parati, inde reliqui prælati parati. Et impleta prima quadratura scamnorum, implebuntur reliqua post illam: postremi erunt Generales ordinum. Et aduerte, quod prælati omnes

omnes cuiuscunque sint gradus secundum Gregorij Papæ decretum, sedebunt inter collegas suos secundum ordinem, siue promotionem suam. Assistentes Papæ parati sedebunt super gradus thalami Pontificalis ad sinistram partem, Protonotarij apostolici, & clericî cameræ ad dextram, subdiaconi verò auditores rotæ, & acoluthi in parte anteriore ad pedes Papæ. Super planum sedebunt duo cubicularij secreti Papæ, decanus auditorum, qui feruit de mitra, & secretarius Papæ si non est prælatus. Oratores autem laici, siue non prælati sedent intra primam quadraturam in sedibus illis humilioribz pro dominorum suorum dignitate, ita ut digniores sint propinquiores primis scamnis Papæ, & si aderit aliquis magnus princeps sedebit in scanno Diaconorū post omnes Diaconos, si alias cōsuevit sedere in suo scanno, alijs inferiores Domini laici inter vel post oratores nō prælati, secundū eorum qualitatē. Cæteri verò sacerdotes, & clericî, qui aderunt, stabunt post scamna prælatorū, vt poterunt.

ORDO RERVM GERENDA- rum in conciliis.

Ordinem autem rerum agendarum ex antiquis cōciliis propter eorum vetustatem

statem colligere nō potuimus, nisi quantum ad fessiones pertinet, in quibus discussa cōmuniter proponebātur, & per verbum, Placet, à patribus firmabātur. Sed quoniam nouissimorum conciliorum Constantiensis, & Basiliensis res gestæ diligentissimè annotatæ fuerunt, & in ordine satis inter se congruunt, modum in illis seruatum perstrin-gemus, sed defuit in Basiliensi. congre-gatione multitudinis in sanctos Episcopos reuerentia, & superabundauit temeritas, atque arrogantia, quando non pluris fieret sententia optimi cuiusque antistitis quam minimi canonici, & id quod ad Episcopos spectat, diffinire, & sancire vnuquisque fibi, arrogaret, vnde Ecclesiam Dei, quam imitari conuocnit, in diuturnā, & perniciosem scissuram adduxit. Ordinem igitur profe-ctò illius concilij, & procedendi modum laudarem, si prælatis tantùm, vt prisci voluerunt, decernēdi, & diffiniendi potestatem permisissent. Sed abstinebunt (vt arbitror) postea horum exemplo ab huiusmodi nouitate, & benè ordinata idoneis ministris cōmittent. Modum igitur hunc seruabant, qui absente Pontifice non incompetenter fortasse seruare poterit, si prælatis vt dixim, relinquetur tātum statuendi facultas.

*DE CONSTANTIENSI, ET BA
silensi concilijs.*

Primùm omnes ad concilium venientes siue suo, siue alieno nomine per cursores præordinatos describebantur: tum patres omnes per quatuor nationes diuidebant Italicam, Germanicā, Gallicanam, & Hispaniensem. In Cōstantiensi tamen synodo: quia Hispani cum suo Benedicto decimotertio diu in contumacia persistentes non affuerūt nisi in fine. Angelicana quartum locum ob-tinuit, quæ Batileæ cum Gallicana est connumerata. Ex nationibus pari ex vnaquaque numero quatuor conuentus creabant: quas sacras deputationes vocabant, locis, vocabulis, & potestate discretas. Nam in prima fidei catholice: secunda de pace populi Christiani: tertia de reformatione Eccle-sie, & in postrema de alijs emergentibus negotijs agitabatur. Erant cuique conuen-tui separata tribunalia, & loca, in quibus cōuenirent proprij magistratus: Præside-ns qui concionem aduocaret, negotia propone-ret, & secundum maioris partis sententias concluderet. Promotor, qui tanquam cu-rator publicus ingereret negotia, instaretq; vt absolueretur. Scriba qui gesta decretaq; publicis documētis annotaret. Nūci deinde siue apparator, qui patres cōuocaret, citaret, edicta proponeret, & similia. Conueniebant hec collegia ter in hebdomadæ ejisdem ho-ris in

ris in proprijs prætorijs, vbi re diuina peracta rebus gerendis operam dabant. Et quatuor deinde sacris deputationibus duodecim virorum collegium eligebatur, terti ex uno quoque conuentu, & natione, viri doctrina, & experientia clari, ad hos negotia omnia primum deferebantur, qui rebus mature digestis vel ea respuebat, vel si admittenda videbantur ad collegium, cui competerent, remittebant, eratque his potestas, cum aliquid graue instaret, conuocare quatuor conuentus etiam extra ordinem. Cæterum, quæ à duodecim virorum collegio ad quempiam ex quatuor cōuentibus remittebantur, proponebantur per præsidentem illius conuentus, neque licebat illa die de propositis decerpere, nisi res manifeste celeritatem necessitatem exigeret. Quod maior deinde pars statuisset ad alias tres conuentus deferebatur: eorum opinio cum rationibus, & argumentationibus vtriusque partis. Quod per tres conuentus approbatum erat, ad præsidentem concilij publicis documentis deferebatur, qui statuto die in generali congregacione de ea referebat, neque licebat præsidentem de aliqua re agere cum patribus in generali conuentu, nisi prius de ea deliberatum (sive ut aiebant) conclusum fuisset per quatuor, aut saltrem per tres deputationes. Demum vbi

quip-

quippam à patribus approbatum erat in generali congregacione, quæ octauo quoque die frequentabatur, in formam decreti redatum in publicâ sesione ritu solenni statutabatur.

DE GENERALI CONGREGATIONE IN CONCILIJS.

Generalis congregatio differt à publicâ sesione, quod in illa res statuenda per quatuor deputationes discussæ approbabatur hoc modo. Vbi in sacris deputationibus aliquid censebatur, præsidens illarū quisq; in suo conuentu id firmabat his verbis. In nomine Sancte Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego cōcludo in talem sententiam. Idem fiebat deinde in generali congregacione, vbi vero præsidens concilij præsidentium deputationum vota cognoverat, concludebat nomine totius concilij. Oportebat tamen illum concludere secundum præsidentium vota, his peractis cum res ita exigebat publica sesio indicebatur. In omnibus tamen supradictis, si Papa erit præsens, ipse erit rector, moderator, ac dispensator, & deputationes, collegia, magistratus, & rerum omnium ordinem pro suo arbitrio constituet. Quæ ideo recensuimus: vt posteri hinc capere possint, quæ res publicæ magis expedire videbuntur.

T DE

DE PVBLICA SESSIONE ET
sacris precibus.

PVblicæ sessiones his ceremonijs celebri cōsueuerūt. Antequā prima scisio cōcelebretur, indicitur omnibus cōsiliarijs triduanū ieiunium, deinde statuta die Pontifex cū omnibus prēlatis, & alijs qui intereste debent, ac clero cū sacra pōpa, si placet, venit ad locū consilij, vbi p ipsum Pōtificē, vei aliū prēlatū cantatur missa de Sancto Spiritu, & fit Pōtifici reuerentia per Cardinales, & omnes prēlatos paratos. In alijs sessionibus non solet semper cantari missa solennis ante, sed Papa auditā missa priuata venit ad consilium cū pluiali rubro, & mitra precciosa, & facta oratione ante altare ascēdit ad sedem suam, & similiter omnes alijs sedēt in sedib⁹ suis prēnominatis, & fit ei reuerentia à Cardinalibus cum suis cappis lanceis, si prius non est facta, deinde duo seniores Diaconi accipiūt dalmaticas, & vnum eorū stolam & manipulum, quia est cantatur Euāgclium, subdiaconus etiā paratur, deinde accedūt ad Pontificem, & imponunt ei sandalia, & dicitur psalmus: Quam dilecta. Interim Cardinales, & alijs prēlati accipiunt paramenta sibi conuenientia omnes rubri coloris, omnibus induitis aliquantulum quiescunt. Tunc silentio facto Diaconus à dextris surgens alta voce prēfatur.

tur. Orate. Et mox tam Pontifex super faldistorium sibi paratum, quam alijs sine mitra in terra genuflexi dicendo orant versi ad altare: surgens deinde Pontifex solus, alijs prostratis permanentibus, absolutè dicit hanc orationem in tono competenti, videlicet. Adsumus Domine Sancte Spiritus, adsumus quidem peccati immanitatem detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati, veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordib⁹ nostris. Doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende, quid efficere debeamus, vt te auxiliante tibi cōplacere in omnibus valeamus, esto salus, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre, & eius Filio nomen possides gloriosum, non patiaris perturbatores esse iusticiz, qui summam diligis æquitatē, non in sinistrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio munerum, vel persone corrūpat, sed iūge nos efficaciter tibi soli tue gratiē dono, vt simus in vnu, sed in nullo aberrem⁹ à vero, quatenus in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iusticiā, vt hic à te inullo dissentiat sententia nostra, & in futuro prō benē gestis consequamur præmia sempiterna. Qua finita omnes respondeant, Amen.

Finita oratione Diaconus à sinistris,
T 2 sur-

SACRARVM CERIMONIARVM

surgens versus ad patres dicit. Erigite vos, et oēs surgunt. Et cantores cātant Antiphonas.

Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum, respice nos Domine. Iterum Diaconus à dextris conuersus ad patres dicit. Orate: & similiter omnes procumbunt, & aliquantulum orant secrētē. Surgēt deinde Diaconus à sinistris dicit: Erigite vos, & omnes surgunt. Et Pōtīfex omnibus stantibus detecto capite dicit orationem absolute. Mentes nostras quæsumus Domine Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & in omnē, sicut tuus promisit filius, inducat veritatem. Qui tecum viuit & regnat in uilitate eiusdē. Quia finita iterū oēs genuflectunt, & fit litania, quæ per duos ex cantoribus pronunciatur, & omnes respondent, & post versūlum, vt donum Apostolicū &c. surgens Pontifex cum mitra benedic, synodo dicens: Vt hanc Sanctam synodum, & omnes gradus Ecclesiasticos bene dicere digneris. Et omnes respondent. Te rogamus audi nos. Iterum dicit: Vt hanc Sanctam synodum, & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere & regere digneris. Ref. Te rogamus audi nos. Et tertio: Vt hanc Sanctam synodum, & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere, regere, & conseruare digneris. Respondent. Te roga-

LIBER PRIMVS.

147

rogamus audi nos. Et procumbente iterum Pontifice litanie perficitur. Deinde surgunt omnes, & Pontifex versus ad altare sine mitra dicit. Oremus: Diaconus à dextris, Flexantamus genua, & Diaconus à sinistris. Ieuate. Et Pontifex. Da quæsumus Ecclesiae tuæ misericors Deus, vt Spiritu Sancto congregata hostili nullatenus incurssione perturbetur. per, &c. in unitate eiusdem, &c. Tum Diaconus petit benedictionem pro Euangelio, & imponitur à Pontifice incensum more solito, & cantatur Euangelium competēt rei, de qua agitur cum Luminaribus, & ceremonijs consuetis, & in fine Pontifex osculatur librū, & incensatur more confueto, presbyter Cardinalis paratus cum pluiali seruit Pontifici & de libro, & de nauicula incensi, ac si Pontifex celebraret, finito Euangelio omnes sedent, & Pontifex patres hortatur verbis conuenientibus ad facienda decreta assignans rationes cur ita sit faciendum, deinde surgens sine mitra incipit hymnum. Veni creator Spiritus, omnes genuflectunt, & ipse etiam postquam incepit genuflectit procum bens super faldistorium quo usque primus versus perficiatur. Deinde omnes surgunt, & stant capitibus detectis cantores, & patres, si volunt, prosequuntur hymnum, in fine Pontifex dicit Versus. Emitte Spiritum

T 3 tuum,

tuum, & creabuntur. Respon. & renouabis faciem terra. Et Pontifex, Oremus. Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere. &c. per, Dominum. &c. Demum duo cantores dicunt: Benedicamus Domino. R. Deo gratias. Quibus finitis Diaconus legit decreta facienda, & rogat patres an ista placeant, qui incipiendo à summo Pontifice respondent placet, vel non placet, & protontoarij Apostolici clericij camere, & alij tabularij rogati decreta notant, & in publicam formam redigunt, quam deinde bulla, ac sigillo Apostolico muniuntur: Euangelia mutantur in sessionibus secundum materias, quæ tractantur. Si Romanus Pontifex non adfert, præsidens concilij paratus cū sandalijs Diacono, & Subdiacono omnia faceret, vt praeditum est, nisi ea quæ ad summum Ponam cem tatum spectant. Decreta legeret aliquis prælatus, & literæ signentur bulla concilij. Decretis firmatis omnes deponunt sacras vestes, & tum reuertuntur domum quemadmodum venere. Si Papa est præsens decreta intitulantur hoc modo. Martinus Episcopus seruus seruorum Dei Sacro approbante concilio & cæt. vt in Constantiensis. Si autem abest Pontifex, sic scribitur: vt Basiliensis. Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in

Spiri-

Spiritu Sancto legitime congregata, generale concilium faciens, & vniuersalem Ecclesiam repræsentans. &c.

SECTIO QVINTA DE-

cima.

De morte, & exequijs Reuerendissimorum Cardinalium.



Voniam sacra Philosophia est assidua meditatio mortis, quia nihil omnino certus, quamuis hora incerta sit, decet summos viros semper paratos esse quo ad interiorum, & exteriorum hominem, ne improuisi ab ultimo die opprimantur. Dum igitur mente, & corpore valebunt domini Cardinales, & alij prælati, & magni viri Ecclesiastici (si sapiant) rebus suis consulant, & ultimam voluntatem indulgentie Pontifice legitimo firmabunt testamento. Quod si dum sanus erat quispiam negligit, saltem dum corpore languet, & mortem aduentare timet, id agere non prætermittat, sed cum recte animæ suis, familiæ, & suis hæredibus prospexerit, id præcipue curet, vt ex numero

T 4

Cardi-

Cardinalium executores eos deligat suitem
stamenti, qui integritate, & auctoritate clari
habeantur, qui familiam tueri, & legata, atq;
relicta testatoris implere velint, & possint,
Cæterum qui ægrotanti assident, si ille mor
bo pressus eius rei non meminisset, curet di
ligenter, ut in tempore Ecclesiastica sacra
menta non clam, sed publicè administretur,
& dum in extremis laborare incipit, aduo
cent Executores, qui decedentem solitis of
ficijs consolentur, & bonorum omnium de
scriptionem faciant, eaque fidis ministris: &
in locis tutis custodienda committant. Exe
cutores in domo decētis conuenientes, quæ
ad salutem, seu consolationem animæ illius
pertinent, in primis procurabunt, ordina
buntque, ut viri religiosi psallentes, & oran
tes morientem circumstent, administrationi,
& curæ domus præficiant aliquem ex suis,
qui cum officialibus domus familiam guber
net pacifice, & quietè, & necessaria prouide
at. Indeque ad deducendum funus, quæ
opportuna sunt, statuant, & committant: sit
etiam qui orationem funebrem meditetur.
Cum autem languēs Spiritum creatori red
diderit, ministri deposito ex lecto post mo
rulam cadauere istud calida aqua lauet, bar
bam radant, mundetur, & ita curent op por
tunis remedij, ut corpus sine fætore vñque
ad

ad præstitutum tempus referuari possit. Si
gnificant executoribus horam transitus, vt
illi de hora funeris deliberare valeant: quā
deinde per cursores alijs Cardinalibus præ
latis, & curialibus, atque etiam collegijs, &
conuentibus Clericorum, ac religiosorum,
quos funeri interessere voluerint intimabunt.
Sed nota, quod ante Sixti quarti tempora
Cardinales non confueuerunt ire ad domū
Cardinalis defuncti nisi executores tantum,
mittebat autem familias suas, postea tempo
ra fere omnes intersunt quando vigiliae di
cuntur, non tamen sequitur funus, quid ma
gis deceat, alij viderint. Ministri Cardinalis
defuncti, vt corpus mundauerint, illud ve
stant omnibus quotidianis indumentis vñ
que ad rochetum inclusiue, deinde ornent
eum sacris vestibus, ac si missam esset cele
bratus. Si est presbyter, aut Episcopus Car
inalis imponant sandalia, amictum, albam,
cingulum, stolam, manipulum, tunicellam,
dalmaticā, chyrothecas, planetam, mitram
simplicem, & annulos. Si vero esset Diacon
nus supra stolam trāsuersam dalmaticam tā
tum imponerent, & mitram simplicem in
capite, ea scilicet ornamēta quibus vteretur,
si euangelium esset dicturus. Et ita indutum
deponat in terra super aliquem pannum, si
ue tapete cum cereis ardentibus à capite &

à pedibus, ponét super eius pectus Crucem aliquam, quam manibus teneat. Intercata domus nudetur ornamentis omnibus. In maiori aula domus quasi in medio paretur lectica ex tabulis, quæ antea distendatur sex palmis, latitudine decem, longitudine duodecim palmorum aut circa, & super eā ponatur lectus ex lana siue pluma cum cervicali longo, & magno panno aliquo copératur lectus, & lectica circa à lateribus, hinc inde ponantur scamna cum foraminibus, ut ibi ponātur sex cini, aut viginti intorticia. Ad pedes lecti erit mensula cum mappa munda, & super eam duo candelabra cum luminaribus, superpellicium vnum, vna stola cum pluiali nigri coloris. Item vas cum aqua benedicta & aspersorio, & thuribulum cum nauicella incensi & libellus prodicendis orationibus, circum circa per totam aulam ponantur sedilia pro Cardinibus prælatis, & alijs curialibus, qui veniunt ad honorandū defunctū. Familiares in istis vigilijs, & deducendo funere nō intersunt, quia non sunt adhuc induiti veste lugubri, habebunt tamen singuli nigrum biretum expensis defuncti. Cum aderit hora præstutæ corpus defuncti ita ornatum, vt diximus, ponetur super lectum in aula, & accéndentur intorticia. Cardinales prælati, & alij qui

lij qui venerunt sedebunt circum circa. Religiosi per singula collegia, siue per singulos conuentus incipient vigilias, & primi dicent inuitatorium cum primo nocturno, & post responsoriū tertiae lectionis dignior ex eis induit superpellicio, stola, pluiali, stas apud mensam ad pedes lecti dicit. Pater noster, asperget & incensabit per circulū, & deinde fequitur. Et ne nos inducas, cum vers. & oratione consuetis. Cum incipient cantare, distribuentur cantantibus aliquæ candela, cum primum finierint aliqui sequuntur secundum, & deinde tertium nocturnum, & deinde laudes, & digniores, qui aderunt, incipient. Et si essent plura collegia, siue plures conuentus poterunt duo simul cantare vnum nocturnum. Paretur interim feretrum ad portandum corpus, & quinquaginta aut sexaginta intorticia, quæ ante corpus per stabularios deferantur. Finitis vigilijs ponitur corpus super feretrum, & religiosi suo ordine procedunt, deinde luminaria, postea corpus, quod per religiosos deferuntur, postrem sequuntur prælati, & curiales, & cum peruenient ad Ecclesiam, vbi sepelitur, finito officio omnes descendunt quisque ad suam. Hæc funeris deductio sèpe intermittitur propter varias causas: & tunc factis vigilijs in domo defuncti, discedunt

discedunt omnes, & in nocte portatur corpus ad Ecclesiam per familiam cum aliquibus religiosis. Posthac executores statuant diem, in quo exequiae inchoentur, & interim distribuunt pannum nigrum familiae, praelatis quinque cannas, capellanis quatuor, scutiferis tres, stabularijs duas cum dimidia, ordinat ut fiat pallium aureum pro lecto sub campana, siue castro doloris, quod fiet ipsum castrum doloris cum lectica, scannis pro intorticijs, & banchis in quibus sedeat familia. Item pingantur arma, suspendanturq; circa Ecclesiam, Altare, & castrum, fiet cera ad sufficientiam, consueverunt esse ad sex, vel octo milia librarum ceræ, suspendantur intorticia circum circa in Ecclesia unus lanceæ spacio inter se distantia, à lateribus lecti hincinde, super scannis ponatur duodecim, aut decem & octo intorticia in quolibet laterc, præfiantur aliqui qui teneant computum ceræ, & quilibet subministrant distributoribus, alij qui carent, vt missæ verè & suo ordine legantur, & dent eleemosynam celebrantibus. Ordinent qui Cardinalis primam, & quivalentiam missam sit celebraturus, qui prælati intra nouenam celebrent, & aliæ missæ legantur, quod catores cum capella, cù paramentis, & libris opportunitis ex palatio

Aposto-

Apostolico adsint, quod ibidem sint quinq; pluialia nigra cùm suis stolis, quod committatur quatuor Cardinalibus vt cum celebrante in fine missæ apud castrum doloris absolvant, vt inferius dicemus, quod parentur quatuor scabella apud primas, & postremas columnas castri, & alia necessaria. Omnibus opportune dispositis, vesperi ante statutam diem per cursores faciunt intimari Cardinalibus, praelatis, oratoribus, & officiis curiæ, quod in tali loco cras incipiunt exequiae bonæ memorie Reuerendissimi Domini Cardinalis. N. & Reuerendissimus Domin. A. celebrabit, & Dominus, vel Magister B. faciet orationem. Mane deinde hora competenti Reuerendissimi Domini Cardinals conueniunt ad Ecclesiam, sedebunt prope altare maius in sedilibus pro eis præparatis, nudis tamen & sine aliquo panno, prælati, & alij curiales sedebunt in locis suis, familiares defuncti Cardinalis summo mane omnes nigris vestimentis induiti, simul bini & bini ex domo defuncti venient ad Ecclesiam, duo cursores eos præcedent, & sedebunt in banchis circa castrum doloris, pro eis locatis supra lectum, qui erit sub castro doloris, erit pannus aureus cum insignibus defuncti, & duo cenuicalia nigra, ad caput lecti & ad pedes duo pilei rubri ipsi defuncti. Hinc inde

Inde astabūt duo parafrenarij mortui Cardinalis, qui cum duobus flabellis factis cum insignibus Cardinalis ex serico nigro vidente abigere muscas etiam si sit tempus hyemale, qui sedulo flabella placide mouent. Omnibus paratis incipitur missa pro defunctis. Et cum fuerit dicta prima collecta, clerici ceremoniarum incipiunt distribuere ceram Dominis Cardinalibus, primatum oratoribus, & prælatis, inde familiae defuncti, deinde officialibus curiæ, demum cæteris præsentibus tam mulieribus quam viris. Quæ profectò dispensatio ceræ, siue potius dissipatio est valde importuna, & tumultuosa, & meo iudicio satis incōueniens. Nam ob strepitum, & clamorē petentium & rapientium candelas diuinū officium, & funebbris oratio admodum conturbatur: antequā incipiatur Euangeliū accéduntur dictæ candelæ, & per ministros tenentur accensæ usque ad finem missæ. Finita missa post Requiescant in pace, fit sermo in laudem defuncti: & Cardinalis, qui celebrauit, dimissa planeta accipit pluuiale, & sedet cum mitra alba, dum fit sermo. Illo finito iterum accénduntur candelæ, & quatuor alij Cardinales, si mortuus erat Episcopus Cardinalis, Episcopi Cardinales, si tot numero fuerint præsentes, & si deficiat numerus, presbyteri sup-

supplent, si verò mortuus erat presbyter Diaconus, quatuor siue presbyteri Cardinales capiunt superpellicium, amictum, stolam, pluuiale nigrum, & mitram albam in capite, & simul cum celebrante vadunt ad castrum doloris hoc ordine, primò procedunt duo ex capellaniis celebratis cū superpellicijs, unus defert thuribulum, & nauicellam, alijs vas aquæ benedictæ cum asperforio, deinde duo alij cum candelabris, & luminaribus. Inde Subdiaconus paratus cū Cruce, deinde duo Cardinales iuniores parati, tum duo seniores parati, ultimò Cardinalis, qui celebrauit, & post eum Diaconus paratus, & alij sui capellani cum superpellicijs, unusquisque Cardinalis habet secum unum capellanū cum superpellicio, qui seruit ei de mitra, & aliquos scutiferos, qui ei assistunt, quorum unus defert cereum accensum. Cum peruererint ad castrum doloris: Subdiaconus cum cruce, & ceroferarijs ponit se ad pedes lecti, in medio extra castrū tamen, post eū sunt cantores, ad caput lecti ponitur in medio cōtra crucem faldistorium celebrantis, super quod ille sedet, & apud eum stat Diaconus euangelij, qui defert incensum, & aquam benedicā, & alij capellani, senior Cardinalis ponit se iuxta columnam ad humerum dextrū, Secundus

cundus in dignitate iuxta columnam ad pedem sinistrū. Tertius Cardinalis ad humerū sinistrum, yltim⁹ ad pedē dextrum, & ibi aliquantulū quiescunt, caput lecti figitur proximior pars altari, & pedes pars propinquior portę Ecclesiæ, post morulam turgunt omnes deposita mitra, & tenente librum vno ex capellanis celebrans cum Diacono incipit absolutionem. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnīū peccatorum ei tribuatur remissio, non eum ergo quæsumus Domine tua iudicia alijs sententijs premāt, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendet, sed gratia tua illi succurrente mereatur iudicium euadere vltionis æternæ, qui dum viueret insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis per Christū Dominum' nostrum, Amen.

Finita oratione Cardinales omnes sedent cum mitra, & cantores cantant primum responsoriū. Subuenite &c. Antequā finiatur responsorium: Diaconus cum deferentibus incensum, & aquam benedictam accedit ad seniorem Cardinalem ad humerum dextrū sedentem, & cum cantatur Requiem æternam. clericus ceremoniarum accipit thuribulum & nauicellā, & accedit ad ipsum seniorem Cardinalem, & offert thuribulum,

Diacono

Diacono verò nauicellam, Cardinalis imponit incensum thuribulo dicens. Ab illo benedicaris &c. Deinde cum cantores cantant Kyrieleyson, surgunt omnes sine mitra, & ipse primus Cardinalis dicit voce cōpetenti Pater noster. Et mox capit aspersorium de manu Diaconi, & circuit lectum asperges illum aqua benedicta. Diaconus interim eleuat à manu dextra fimbriam pluialis, cum verò Cardinalis transit ante alios Cardinales ibi stantes, facit vnicuique reverentiam inclinando caput, & idem etiam facit Cruci. Diaconus verò qui simul pergit genuflectit, factō circuitu reddit aspersorium Diacono, & de eius manu capit thuribulum, & simili modo incensat circum circa inclinando se Cardinalibus, & Cruci. Vt autem compleuit gyrum reddit thuribulum Diacono & reuertitur ad locum suum Diaconus quando dat aliiquid Cardinali, vel recipit ab eo, osculatur eius manum, Cardinalis stans in loco suo voce competenti, tenete librum ante ipsum, Diacono dicit. Et ne nos inducas &c. Resp. Sed libera &c. Vers. Aporta inferi. Resp. Erue Domine animam eius. Vers. Requiescat in pace. Resp. Amé. Vers. Domine exandi orationem meam. Re. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

V

mus.

SACRARVM CERIMONIARVM

amus. Deus cui omnia viuunt, & cui non perirent moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, ut fuscipi iubeas animam famuli tui. N. per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ patriarchæ resuscitandam in nouissimo iudicij magni die, & quicquid vitiorum fallente Diabolo contraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Finita oratione Cardinales sedent, & chorus cantat responsorium. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fætidum, tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. Vers. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Tu eis &c. Requiem eternam &c. Tu eis &c. Kyrieleison. Diaconus interim cum portantibus incensum & aquam benedictam accedit ad secundum Cardinalem apud finistrum pedem. Et cum dicitur Requiem, imponitur incensum, ad Kyrieleison surgunt omnes, & deinde ipse secundus Cardinalis dicit Pater noster, aspergit, & incensat vt primus, & reuersus ad locum suū dicit. Et ne nos inducas &c. R. Sed libera nos &c. A porta inferi. Respon. Erue Domine animam eius. Versus. Requiescat in pace. Respon. Amen. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor &c.

LIBER PRIMVS.

154

mor &c. Vers. Dominus vobiscum. Ref. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Fac quæsumus Domine hanc cum famulo tuo. N. defuncto misericordiam, ut factorum suorum in peccatis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem, ut sicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis, ita eum illic associet Angelicis choris per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen. Finita oratione sedent Cardinales cum mitra, & chorus cantat responsorium: Domine quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? quia peccavi nimis in vita mea. Vers. Commissa mea pauesco, & ante te erubescio, dum veneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccavi &c. Requiem &c. Quia peccavi &c. Kyrieleison ter. Interim Diaconus cum socijs accedit ad tertium Cardinalem apud finistrum humerum sedentem, & in tempore ponitur incensum. Et ad Kyrieleison omnes surgunt ut supra. Et ipse tertius Cardinalis dicit Pater noster, aspergit & incensat ut alij, & reuersus ad locum suum dicit. Et ne nos inducas. Respon. Sed libera &c. Ver. Aperta inferi Respond. Erue Domine animam eius. Versus. Requiescat in pace. Respon. Amen. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respo. Et clamor meus ad te &c. V.

V 2

Domi-

SACRARVM CERIMONIARVM

Dominus vobiscum. Resp. Et cū spiritu tuo.
Oremus.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam suppliques deprecamur, vt animam famuli tui. N. quam de hoc seculo migrare iussisti in pacis, ac lucis regione constituas, & sanctorū tuorum iubeas esse confortem, per Christū Dominum nostrum, Amen.

Oratione completa sedent Cardinales, chorus cantat. Ref. Ne recorderis Domine peccata mea, dum veneris iudicare seculum per ignem. Vers. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam dum veneris. &c. Requiem &c. Dum veneris &c. Kyrieleison, Christe. Kyrie. Interim Diaconus cum socijs accedit ad ultimum Cardinalē apud dextrum pedem, & in tempore imponitur incensum, surgunt ad Kyrieleyson. Et ipse Cardinalis quartus dicit. Et ne nos &c. Resp. Sed libera &c. Vers. A porta inferi, Resp. Erue Domine animam eius. Vers. Requiescat in pace. Resp. Amen. Vers. Dominus vobiscum. Resp: Et cum spiritu tuo. Oremus.

Absolute quæsumus Domine animam famuli tui. N. ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitat atus respiret per Christum
Dominū

LIBER PRIMVS.

155

Dominum nostrum. Ref. Amen.

His hinitis sedent, & chorus cantat. Libera me Domine de morte æterna in die illa tremenda, quando cœli mouendi sunt, & terra, dum veneris iudicare seculum per ignem. Vers. Tremēs factus sum ego, & timeo dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli &c. Ver. Dies illa, dics iræ cala mitatis, & miseriæ dies magna, & amara valdè. Dum veneris &c. Requiem æternā &c. Libera &c. Kyrieleyson, Christe. Kyrie. Interim Diaconus cum socijs accedit ad Cardinalem, qui celebrauit sedētem ad caput, & in tempore imponitur incensum ad Kyrie. surgūt Cardinales sine mitra, & qui celebrauit dicit Pater noster, aspergit, & incensat, vt fererūt alij quatuor, & reuersus ad locum suū stans dicit. Et ne nos. &c. Re. Sed libera &c. Ver. Aporta inferi. Resp. Erue Domine animam eius. V. Requiescat in pace. R. Amen. V. Dominus vobiscum. R. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Absolute quæsumus Domine animam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis tuæ absterge. Per Christū Dominum nostrum. Resp. Amen. Deinde diciditdem Cardinalis Requiem æternam do-

V 3 na eis

na ei Domine. Resp. Et lux perpetua luceat ei. Et in fine duo cantores dicunt. Requiecat in pace. Resp. Amen.

His completis omnes ordine, quo venerantur ad loca, vbi acceperant paramenta, & exuūt sacras vestes: alij autem Cardinales & prælati dum hæc fiunt circa castrum doloris, remanent sedentes in locis suis expstantes finem. Demum omnes discedunt ad suas habitationes.

In prima, & nona die, quæ est ultima, in qua fiunt eædem cærimoniae, nisi quod in ultima non sit sermo. Confueuerunt legi in Ecclesia vbi fiunt exequiæ centum quinquaginta missæ, & datur pro eleemosyna cuique celebranti vñus grossus Papalis, & duæ parvae candelæ. Alijs septem diebus intra nouenam dicuntur centum missæ quolibet die, & hora competenti cantatur missa pro defunctis, per aliquem Episcopum, & familiæ defuncti adest sedes in loco suo. Intorticia, non acciduntur circa Ecclesiam, sed super scamnis à lateribus leæti, & nouem supra castrum doloris sine alijs candelis. Cardinales non veniunt, distribuitur cera celebranti, & ministris, clericis siue religiosis illius Ecclesiæ, familiæ defuncti & alijs qui adfunt. Apud sepulchrum verò vbi jacet corpus quotidie ponuntur duo intorticia quæ ardent dum diuina celebrantur. Fi-

tur. Finita missa intra nouenam prælatus qui celebrabit, deponit planetam & accipit pluviale & mitram, & præcedente Subdiacono cum Cruce, ceroferarijs, incenso & aqua benedicta vadit ad castrum doloris. Eum sequuntur Diaconus & alij ministri altaris. Religiosi autem siue clerici Ecclesiæ disponunt se circa castrum, Subdiaconus cum Cruce & ceroferarijs ad pedes, prælatus verò stans ad caput in medio sine mitra absolu teincipit. Non intres in iudicium, vt supra. Et in fine chorus cantat primum Responsorium. Et post Kyrieleison, prælatus sine mitra dicit. Pater noster. Aspergit & incensat per circuitum, vt supra diximus de Cardinalibus. Et deinde stans in loco suo dicit, & ne nos inducas &c. cum alijs versiculis & prima oratione in fine cuius dicit. Requiem æternam dona ei domine. Respon. Et lux perpetua luceat ei. Et chorus dicit. Requiescat in pace. Et sic reuertitur ad se exuēdum. In secunda die dicitur secundum Responsorium. Et secunda oratio, & sic deinceps. Et cum finierint reincipitur à primo.

In nona die fit omnino, vt in prima, nisi quod non sit sermo. Catur missa p Cardinalē et per Cardinales fit absolutio apud castrum doloris

ris. A die verò quo est sepultum corpvsque quo incipiantur exequiæ, consueverunt in ea Ecclesia celebrari aliquot missæ pro defunctis non tamen per prælatos, & sunt ad partem ibi aliquot clemosynæ propter hoc. Familia vero defuncti solet p quadraginta dies sustentari in eius domo, & tandem vnicuius redditur aliquod præmium, vel secundum taxationem à Domino factam, vcl vt executores censuerint habita ratione seruitij, temporis, & qualitatis.

DE ÆGRO TATIONE, MORTE & exequijs Romani Pontificis.

ROmanus Pontifex, & si mortales omnes dignitate, & auctoritate præcellit, omniaque in terris ligare, & soluere queat, fati tamen extremam necessitatem soluere nequaquam potest. Non est discipulus supra magistrum, nec seruus maior Domino suo. Filio suo nō pepercit Deus, quē mori voluit, vt hominem à perpetua morte liberaret, vt que omnes agnoscerent neminem à corporali morte omnino esse immunem. Cogitet summus Pótficex (& si omnium sit maximus) se tamē esse mortalē, & elogium illud quod inter solempnia coronationis suæ decantar solet sedulo memoria repetat. Pater Sancte. Sic transit gloria mundi, omnis caro fenum, & omnis

omnis gloria eius tanquam flos agri. Sit igitur semper Pontifex paratus, vt bonus pastor, solertissimus Vicarius, & diligentissimus villicus rationem reddere Domino suæ administrationis, & cupiens dissolui, & esse cum Christo, cum Martino Turonensi clamet, & dicat. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua, curetque eo maiori studio quo cæteris omnibus præest, vt ultimum actum, quo solo coronari electi solent, cum laude perficiat. Quod si forte non agnosceret, dum agrotat, morbi periculum, medici qui illius curam gerunt, cum de eius salute dubitare cœperint prudentibus verbis eum admoneant semotis arbitris, hortenturque ad ea peragenda, quæ ad animæ suæ salutem pertinent, pollicentur se omnes studio acturos, quæspectant ad corporis sanitatem, aperiāt eidem confessori Pontificis, qui verbis aperitoribus secretè tamen, & cum summa reuerentia, & charitate moneat Pótficem in quo sit discrimine, hortetur, vt voluntati diuinæ non inuitus adhæreat, cogitet quem locum teneat, oportereque, vt alios principes verbo, & exemplo ad viam salutis deducat. Pontifex sua sponte, quod melius erit, vel saltem his monitionibus excitatus cum ultimum diem appropinquare cognouerit, primū peccata

cata sua confessori diligentissimè confiteatur, petatq; ab eo plenariam indulgentiam, deinde tempore congruo iubeat ad se vocari prælatos domesticos, & principales familiæ suæ, & præsente sacratissimo Christi corpore primùm confiteatur, & catholicam fidem quam affirmet se semper inconcussæ, & firmiter tenuisse, & i ea velle viuere, & mori, cū Deo placuerit. Tū petat veniā ab omnib; si quē fortè iniustè offendit, largiatur eis ali quas gratias spirituales, roget, vt orēt Deū p anima sua, & petat à sacrifista, vel ab alijs prælatis, vt tunc sacratissimum viaticum recipiat, vt cum tempus eis videbitur, alia Ecclesiæ sacramenta sibi administrent. Conuocet posthæc, dum sensus integræ sunt, sacrū Cardinaliū senatum, profiteatur iterum catholicam fidem, petat veniam si in sua administratione quæpiam iniustè offenderit. Roget, vt orent pro anima sua, commendet eis Ecclesiæ Dei, & hortetur vt in electiōe successoris diligētes sint, & vñanimes, & talē eligrant, qui Christianos vberius, quam ipse pauerit, qui pasci nouerit, & si ei videbitur, nominet vnum, vel plures, quos suo iudicio magis i doneos arbitretur. Aperiāt etiam eis debita, & credita, si qua sunt, & similiter scripturas, pecunias, & gemmas, ac preciosa quæque manifestet, condat testamētum suum, si vult, & cli-

& eligat sepulturam. Demum commendet Senatiū familiam, & attinentes suos, & gratias spirituales, quas voluerint, eis largiatur, eosque cum sua benedictione dimittat. Huiusmodi vltimum cum fratribus suis sermonem (vt audiuimus) Nicolaus quintus nostro tempore habuit, & quod ipsi vidimus, Pius secundus. Hic etiam in Vigilia Assumptionis beatæ Virginis cum pridie de Sacramento altaris communicatus fuisset, & cum domesticis, inter quos minimus eram, quæ superius cōuenire diximus, peregisset. Sacrum collegium ad se post Vesperas conuocariiussit, patresque longo, & dulci sermone quanquam morti proximus (nam secunda noctis hora expirauit) allocutus est. Vidimus Cardinales omnes abundè lachrymantes cubiculo languentis exire. Et vltra supradicta omni studio hortatus est Senatum, vt expeditionem contra Turcas ob quā rem ipse Anconam se contulerat, prosequerentur. Posthæc Cardinales, vt cognouerint Pontificem in extremis laborare, tres deligebunt ex collegio vnum videlicet de quolibet ordine, qui sumui cum camerario inuentarium faciant de omnibus bonis, quæ sunt in Palatio Apostolico, & illa reponant in loco tuto sub bona custodia.

Quæ

Quæ verò ad Sacrastam pertinent, reuideat, dimittant apud Sacrastam, quoniam est officium perpetuum. Deinde prouideat Cardinales, si in vrbe moritur Pontifex, ne tumultus aliquis concitetur. Aduocent, & intromittant prudenter, & in tempore Ecclesiastica militiam, & eam disponant per circuitatem in locis opportunis, prouideant et iam prouincijs Ecclesiæ mittendo commissarios viros graues, & prudentes. Pontifice verò animam agente, aliquis ex prælatis domesticis ei adstet, & crucem inspiciendam, osculandamque illi crebrò offerat, redigatque ei ad memoriam passionem Christi. Cubicularij adstant cum diligentia ministrantes necessaria. Sacrasta in tempore extremam vntionem, & commendationē animæ faciat, prout in ordinario. Pœnitentiarij vero circumstant, legant psalmos pœnitentiales, passionem Christi, & alias deuotas orationes, dum adhuc expiret. Postquā verò spiritum Creatori reddiderit legant officium mortuorum. Cardinales verò debent mox narrare, & singuli absoluere defunctum Pontificem dicentes vnum respōsorium cū suis versiculis, & orationem pro defunctis videlicet: Deus qui inter Apostolicos, &c. Et vt quisque absoluit, discedit, cubicularij autem parent aquam calidam cum her-

cum herbis odoriferis, & fratres plumbatores lauent eius corpus, tonsor radat barbā. Interim lauetur corpus cum optimo vino albo aromatizato, & calido, & loca spumātia impleantur aromatibus mirra, & aloes, nares & aures impleantur musco, & demū benē fricentur manus, & totum corpus balſamo, quod cubicularij, & sacrata subministrabunt. Post hæc pœnitentiarij induant eum communes vestes vsque ad rochetum, deinde sacras, ac si esset celebraturus incipiendo à sandalijs vsque ad mitram simpliçem, tum & annulo cum fauone, pallio, spinnulis, & omnibus ornamentis, paramenta erunt rubri coloris, ponent inde corpus ita ornatum super feretrum, siue lecticam copertam aureo panno cum Pontificis & Ecclesiæ armis & subtus caput ceruical ex panno aureo, & ad pedes duo alij similes, super quibus erunt duo pilei Pontificales. Corp' lauabitur, & ornabitur in camera secreta, & ornamentum ponitur in lectica, siue feretro in camera Papagali. Et ibi vsque ad Diem, si Pontifex in nocte morietur, pœnitentiarij vigilantes, & psallentes custodient corpus, & habebunt expensas, & omnia necessaria à palatio. Deinde hora competenti præcedente subdiacono Apostolico cum cruce, & cum cappa sua obscuri coloris videlicet viola-

violacea. Cantores capella cantabunt. Subuenite : & pœnitentiarij portabunt corpus ad capellam maiorem. Portabuntur ante corpus viginti sex aut viginti octo intorticia accensa per scutiferos defuncti. Reliquum familie sequetur, cantores, & pœnitentiarij cantabunt Vesperas, & vigilias pro defunctis quoisque veniant alijs religiosi. Et nota quodd cameralius, si non est Cardinalis, debet omnibus dum fiunt personaliter interessere. Si vero est Cardinalis, non ipse, sed Vicecameralius intererit. Collegia clericorum, & conuentus religiosorum, vt venerint cantant vigilias, aspergunt, & incensant corpus, & absoluunt, vt in exequijs Cardinalium diximus. Postquam omnes absolverint, deducunt funus ad Ecclesiam Sancti Petri, & ibi ponitur corpus in medio Ecclesiæ, præferuntur multa intorticia, & familia sequitur, finito officio remanenti bi corpus per biduum, aut triduum, vt populus possit illum visitare, & osculari manum. In nocte reponitur in capella maiori, & tandem noctu sepelitur, interdum vigilie per collegia, & conuentus non cantantur, sed per canonicos beati Petri deferunt corpus ad Ecclesiam cum capitulo, & familia. Interim parantur exequiae, erigitur castrum doloris cum lecto, & alia fiunt, que in exequi-

In exequijs Cardinalium supra notauimus. Sed largius, & abundatius, familiares Papæ, officiales curie, & urbis officiales, si Romæ fit, vestiuntur panno nigro, vt in libris cameræ Apostolice plenius apparet, ad quos vos remittimus, fiunt large Eleemosinæ pro anima Pótificis, religiosis viris, & mulierib. per camerarium & thesauri, & maximè si camera est diues. In prima die exequiarum leguntur ducente missæ cum elemosyna. Missam solennem cantabit prior Episcoporum Cardinalium, fit sermo de laudibus Pontificis, & in fine fiunt absolutiones à senioribus, vt in exequijs Cardinalium scriptum est. Accenduntur eodem die intorticia multa circum circa in Ecclesia, & candelæ supra castrum doloris, & idem fit in die nono, missam tunc cantat subprior Episcoporum Cardinalium. Intra nouenam quotidiè aliquis Cardinalium celebrat incipiendo à senioribus post subpriorum Episcoporum, & leguntur centum missæ. Intorticia circa Ecclesiæ & supra castrum doloris nō accénduntur. Reliqua fiunt, vt in primo, & nono die. Distributio cerę fit quotidiè Cardinalibus, prałatis, familiae, curialibus, & alijs, qui aderunt, & quotidiè fiunt absolutiones à Cardinalibus in fine Missæ circa castrum doloris. Quotidiè post Missam conueniunt

Cardi-

SACRARVM CERIMONIARVM

Cardinales in loco congruo consulentes de rebus Ecclesiæ, & ordinantes conclave. Nonna die post missam de defunctis cantatur Missa de Spiritu Sancto, & fit sermo exhortatorius ad electionem Pontificis.

DE SIGNIFICATIONE MORIS eius per collegium, & de stilo scribendi.

MOrtu Pontifice Collegium id literis suis principibus, & maximis prelatis significat, vtitur in scribendo stilo Apostolico, filios, & fratres illos appellans, quos Pontifex ita vocat, & singulares singulariter salutat, & alloquitur.

DE BULLIS PLUMBATO-
rū per Vicecancellarium frangendis.

Vicecancellarius, vt primum Pótifex expirauit, bullas, quibus literæ Apostolicæ signari confueuerunt, à plumbatoribus accipit, & partem illam in qua literæ cū nomine Pontificis inscriptæ sunt publicè & coram pluribus per ipsos plumbatores frágit, & ad signandum omnino ineptas redit. Aliam verò partem iu quo Apostolorū capita sunt sculpta lineo panniculo inuolutam alligatam, & sigillo suo signatam camerario tradit, & diligétsimè curat ne aliquæ literæ signari possit post Pótificis obitum.

OFFICIVM MISSÆ APOSTO-
lica sede vacante, Introitum.

Suscita-

LIBER PRIMVS.

161

Svscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui siuxta cor meum, & animam meam fuerit, & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus Vers. Vt sedeat cum principibus, & gloriæ solium teneat. Domini enim sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem. Gloria patri. Sicut erat &c.

ORATIO.

Supplici Domine humilitate depositimus, vt Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ concedat Pótificem illum tua imensa pietas, qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis vicerandus, Per Dominum nostrum &c.

LECTIO EPISTOLÆ BEATI
Pauli apostoli ad Hebreos.

Fratres, Adeamus ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & cum fiducia gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad DEV M, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his, qui ignorant, et errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Et propteræ debet, & quemadmodum pro populo, ita & pro senectipso offerre pro pecatibus.

X catis.

Ecatis.Nec quisquam sumit sibi honorem nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.Sicutque Christus non semetipsum clarificauit,vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui possit eum saluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exaudiens est pro sui reuerentia.G.R.Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius capit fusum est vocationis oleū, & cuius manus in sacerdotio consecrata sunt, vestitusque est sanctis vestibus debuit per omnia fratribus similari,Vers.vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropiciaret debita populi. Alleluia.Vers.Sacerdos sit sanctus, sicut ego sum Domin⁹, qui Sanctifico vos. Alleluia.

TRACTVS IN SEPTVAGESIMA

ER VNT filij Iacob sicut à principio, & ceterus eius coram me permanebit. Vers. Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius, pducetur. V. Et applicabo eū, & accedit ad me. V. Quis enim iste est, qui applicet corpus, & approquinquet mihi ait Dominus? Vers. Et eritis mihi in populum, & ego vobis in Deum.

EVAN-

**EVANGELIVM SECUNDVM
Ioannem.**

I Nisto tempore dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogarō patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobis in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, adhuc modicum: & mundus iam me non videt. Vos autem videbitis me, quia ego viuo, & vos viuistis.

OFFERTORIVM.

Non participantur sancta, donec exurgat Pontifex in ostensione, & veritate.

SECRETA.

TVæ nobis Domine abundantia pietatis indulgeat, vt sacra munera, quæ tibi reuerenter offerimus gratum maiestati tuæ Pontificem Sanctæ Matris Ecclesiæ regimenti præesse gaudemus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

COMMUNIO.

Veste Sancta vtetur Pontifex, qui fuerit constitutus, & qui ingrediebatur tabernaculum testimonij, vt ministret in Sanctuario.

X 2

ORA-

SACRARVM CERIMONIARVM
ORATIO POST COMMV.
nionem.

PReciosi corporis, & sanguinis tui nos
Domine sacramento refectos mirifica
gratia tuæ maiestatis de illius summi Ponti-
fificis assumptione letificet, qui & plebem tu-
am virtutibus instruat, & fidelium mentes
spiritualium aromatum odore per-
fundat. Per Christum Domi-
num nostrum.

Amen.

Finis libri primi.



163

P R A E F A
TIO IN SECUNDVM CERI-
MONIARVM ROMANAE
Ecclesiae Librum.

Maxima mihi operis absoluta videri pote-
rat, cum Romani Pontificis angustissi-
mam nominationem, cum ritus, ac ceremonias tâ-
ta religione obseruari solitas priore libro peregi.
Quin etiam Imperatoris, ac principum excipien-
ditatio addita, Diuorum nostrorum Apotheo-
ses, celebres illa Eulogia. Sacrosanctorum Cardi-
nalium allectio, Conciliorum usus, deducendi Pon-
tificis solennis, ac frequens pompa. Insta demum
Cardinalibus, ac Pontifici persoluenda coronidē
non solum uni libro, sed toti plane operi impone-
bant. Quid. N. amplius quicquam, aut maius op-
tare poterat? Sed consulendum etiam curiosis fu-
it & quando multa adhuc nobis longo usu proba-
ta supererat scitu basid indigna, nō neglegimus
hanc etiam partem, qua religionem ipsam preci-
piè tangeret neque solum attingeret sed mysticas
illas species in sacris obseruatas omnino referret.
Agetur à nobis igitur hoc altero qui sequitur li-
bro, quo ritu, qua pietate in sacris Pontifex Ma-
ximus utatur. Qui dies illi peculiares, quibus
etiam diuis operetur, ut his etiam, qui ea cotidie
sunt, ac tractant, non ingrata futura sint, dum

X 3 legent,

SACRARVM CERIMONIARVM

legent erit & illud ex ipsa lectione emolumēti, ut si quis forte spectauerit, & quedam interim obliuioni mandauerit, habeat hac in parte unde sub fidium petere posse, & omnia velut illustrimoni mento posita statim recognoscatur: nam his, qui nunquam interfuerunt tanto gratiora, ac insundiora fore arbitramur, quanto res ipsa maior, ac tota religionis pietatisq; nostra sit. Legant igitur libenter ista omnes, & cum à superioris libri lectione fatigatus animus fuerit, secedat veluti in pratum hoc secundi libri, quem nos, ut reliqua ad usum, voluptatemque omnium primi concinnauimus. neque. N. inuidimus, quod plerique omnes faciunt utilitatem hanc publicam mortalibus, aut soli sacerdote hac in re volvimus, utinam occasio nobis est data ista maturius edendi, sed quando hoc potissimum tempore emisimus, habeant saltem illum mihi gratiam, qui primi iste legēt, ut ornatum maiorem à nobis non requirant res ipsas nudas, ac simplici oratione prudentibus, alioqui cum multa onus nostrorumque temporum planè effent, verbis obsoletioribus, atque usitatis, ut ab omnibus intelligi plenius possent, utendum fuit, bene vale.

S. A.

154

S A C R A
RVM CERIMONIARVM R O-
MANAE ECCLESIAE

Liber Secundus.

DE PRIMA DOMINICA AD-
uentus Domini.

 Rima Dominica de aduentu confucuit celebrare camerarius Sanctissimi domini nostri Papæ, si non est Cardinalis, si vero est Cardinalis, celebrat Vicecamerarius, si est Episcopus. Quod si non est Episcopus, aliquis ex primis assistentibus Papæ celebrat, qui hora competenti præueniens ad capellam accipit Pontificalia paramenta coloris violacei, & mitram simplicem Diacono, & Subdiacono planetas plicatas ante pectus habentibus sermonē facit. Procurator ordinis prædicatorum.

ORDO SERVANDVS QVAN-
do cantatur missa ordinaria coram Papa.

Hac die summus Pontifex in camera paramēti, quæ Papagalli dicitur, induit
X 4 ambi-

amicitu, alba, cingulo, stola, pluuiali rubro simplici, & mitra non auriphrygiata per seniores Diaconos Cardinales duos sibi assistentes, & duos Subdiaconos, qui debet stare quasi retro Pontificem acoluthis ministrantibus paramenta, & oram siue extremitatem albæ ad terram aptantibus, Diaconi Cardinales, postquam mitram imposuerunt Pontifici, faciunt ei reuerentiam, osculantes eius manum dexteram sub auriphrygio pluuialis illis protensam, & mox fimbriæ pluuiialis anteriores dantur per clericum ceremoniarum deferendæ alicui Proto notario, qui procedit ad sinistram Pontificis aliquantulum ante, cauda verò pluuiialis datur ferenda alicui magno nobili, vel oratori laico. Tum Pôtifex hoc ordine ad capellam, siue ad Ecclesiam procedit. Primo familiares Cardinalium, & deinde scutiferi Papæ præcedunt, tū procuratores principiū & ordinum religiosorum, inde aduocati, & secretarij mixtim, deinde cubicularij, acoluthi, clerici camere, auditores cū magistro sacri palatij, post hos sequuntur nobiles maiores, barones, conseruatores vrbis, oratores non prælati. Senator vrbis, & si qui alij principes sunt, qui non sedent inter Cardinales. Tum Subdiaconi apostolici quorum unus portat Crucem Papalem, & duo magistri hostiarij iunctim cum

eis proce-

eis procedunt. Inde si quis adest princeps: qui stet in sede Cardinalium: Deinde Diaconi, presbyteri, Episcopi, Cardinales: demum duo antiquiores Cardinales Diaconi assistentes, siue medium habentes Pontificem, post quem sequuntur duo cubicularij secretariorum auditore, qui seruit de mitra inter eos: Deinde secretarius, si non est prælatus cum medico, demum Episcopi assistentes Papæ, oratores, prælati, Archiepiscopi, Episcopi, protonotarij, abbates, generales ordinum, & reliqui togati. Et hic ordo semper seruatur, quando Papa exit ad capellam non processionaliter, siue ad vesperas, siue ad missam cum pluuiali & mitra. Papa igitur cum Crucifixo, & Cardinalibus venit ad capellam, & ante altare procumbit super faldistorium, ubi detracta mitra per Diaconum sibi à sinistris assistentem, orat, prælatus autem celebraturus, vt primùm videt Pontificem venientem deposita mitra surgit & Pontifici procubenti apud faldistorium facit profundam reuerentiam caput inclinando, deinde dum Pontifex orat, vadit detecto capite retro ad sinistram Pontificis sequentibus Diacono & Subdiacono. Quo surgente ab oratione remouetur faldistorium, & scabellum per clericos capellæ, vel si absunt, per ceremonarios. Prælatus autem accedens facit

SACRARVM CERIMONIARVM

cum eo confessionem Pontifice inchoante. Dicto per Pontificem indulgentiam &c. prælatus retrahit se, & à Subdiacono manipulus illi imponitur, cum quo & Diacono dicit, Deus tu conuersus &c. usque ad finem, & ibi remanet quousque Pontifex discedat, tunc ascendit ad altare dicens. Aufer &c. & apud altare dicit. Oramus te Domine &c. Et cum dicit. Quorum reliqua hic sunt osculatur altare in medio, deinde librum missalem in cornu Euangeli per Subdiaconum sibi porrectum & ibidem in medio altaris expectat quousque thuribulum per Diaconum sibi ministretur. Pontifex verò cum duobus Cardinalibus sibi assentibus confessionem perficit, deinde accepta mitra ascendit ad solium, sedet, & fit ei reuerentia per omnes Cardinales, primò per Episcopos, deinde presbyteros & Diaconos. Cum autē prior presbyterorum Cardinalium venit ad reuerentiam accedit ad Pontificem clericus ceremoniarum cum thuribulo & nauicella, que facta per presbyterum Cardinalem reuerentia porrigit illi nauiculam, & ille Pontifici dicens: Benedicte Pater sancte, manum Pontificis deosculatus, & Papa imponebit incensum more solito dicens. Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis.

In nomi-

LIBER PRIMVS.

166

In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Ceremonarius recepta nauicula, reportat thuribulum ad altare, quod Diaconus ministrat celebranti, qui incensat altari more consueto, deinde incensatur ipse à Diacono in cornu Epistolæ. Tum Papa cum mitra sedens, postquam Domini Cardinales fecerunt reuerentiam, à priore presbyterorū Cardinalū in infimo gradu folij ante ipsum genuflexo incensatur. Interim ve niunt ad circulū oēs Cardinales, & incensato Pótifice duo priores plati assistētes videlicet primus cū lib. missali, alijs cū cādela accēsa, accedit ad Pótificē, q̄ deposita mitra surgit, & dicit Introitum, & Kyriel. cum Cardinalibus, qui mox descendunt, & vadunt ad loca sua, & Pontifex sedet si tempus dabitur quo usque dicuntur orationes: celebrans verò cū primū incensatus fuerit accedit ad faldistorium cū mitra, qua deposita stans altare versus dicit Introitum & Kyriecl. vno ex capellanis suis librum tenente, finito à cātoribus Kyrieleyson, celebrans versus populum omnibus consurgentibus dicit: Oremus, & orationes cōsuetas quatuor, primā dicit sub sua cōclusione. Secundā: De⁹ qui de beatę Marię virginis vtro. Tertiam Omnipotens sempiterne Deus in cuius manu sunt omnes potestates. Quartā. Deus omnū fideli- um pa-

um pastor, & rector sub sua conclusione, ad quas Pōtīfex deposita mitra, cum Dominus vobiscum dicitur surgit, celebrante dicente vltimam orationem, Sūbdiaconus deposita plancta, ac cipit librum epistolarum & facta reuerentia primō sacerdoti, deinde altari & Papæ commitante ceremoniario ipse fibili-
brum tenens dicit Epistolam omnibus sedē-
tibus, ea dicta præcedente ceremoniario ac-
cedit cum libro ad osculandum pedem Pō-
tificis, & reuersus ad celebrantem reassumit
planetam, & accipiēs missale tenet illud an-
te celebrantem, qui sedens in eo legit episto-
lam, graduale &c. & Euāgelium, deinde se-
det Subdiaconus in loco suo, similiter assi-
stentes Papæ offerunt ei librum, & legit ce-
lebrans, cum incipitur Alleluia, surgit Dia-
conus, & illi planeta extrahitur, & plicatur, si
nō est alia plicata & sic plicata imponitur, &
in humero sinistro super stolā, & fortiter cū
cingulo ad hoc dato ligatur. Et tenens librū
euangeliorum ambabus manibus ante pe-
ctus, facit reuerentiam primō celebranti, de-
inde altari, demū Papę, & solus aceedens ad
altare ipsum librum ponit supra illud in me-
dio, & genuflexit. Tum surgens præceden-
te ceremoniario vadit ad Papā, & osculatur
pedem eius, ceremoniario pedē Papę disco-
periente, deinde reuertitur ad altare, & genu-
flexus

flexus dicit: Munda cor meū &c. quo finito
accipit librū ex altari ambabus manibus ante
pectus tenens, vadit ad celebratēm, si super-
est ei tempus. Interim verò aliis ceremonia-
rum clericus cum thuribulo, & nauicula ac-
cedit ad Pontificem, & assistens presbyter
Cardinalis simul, & imponitur incēsum per
Pontificem ut supra in principio missæ dictū
est. Deinde ceremoniarius cum thuribulo, &
nauicula redit ad celebrantem, datque vni
ex ministris thuribulum ad dextram, nauicu-
lam ad sinistram, tum accipit duo cādelabra
cum candelis ardentibus de altari vel credē-
tia, & consignat duob⁹ ministris iunioribus
celebratīs. Deinde cum tcmp⁹ fuerit, itur ad
Euangelium hoc ordine, primō præcedit ce-
rimoniarius alios dirigens, & instruens, tum
thuriferarius cū thuribulo & nauicella, in-
de duo cum candelabris, deinde Subdiaconus,
demum Diaconus cū libro ante pectus,
ut supra. Et factis reuerentijs celebranti, alta-
ri, & Papę vadunt ante Papam, vbi Diaconus
genusflexus petit à Pontifice benedictio-
nem, deinde Subdiaconus stans medius in-
ter duos ceroferarios tenet librum Euange-
liorum, & Diaconus incipit Dominus vo-
biscum.

Et nota quod non est necessarium neque
ex antiquis ceremonijs, quod cūm Diacono-

nus petit benedictionē, assistant ei ceroferarij. Diaconus verò cùm dicit Euāgeliū, non debet vertere faciem ad altare, sed ad altaris cornu dextrū, quod in capella Papæ Romæ non seruatur, quia verteret faciem ad ipsum Pótificem, in sancto Petro autē & alibi semper seruatur. Cum auten dicit: Sequētia Sancti Euangeli &c. signat cum pollice dextro librum, deinde frontem, os, & pectus, cum respōdetur: Gloria tibi Domine, incēsat fer librū videlicet in medio à dextris & sinistris. Euangeliō finito sit reuerētia altari & Papæ. Diaconus & ceroscarij reuertūtur ad celebrantē, Subdiaconus portat librū apertum osculandū Papæ, & deinde reuertitur ad celebrantem. Cermoniarius facit signū presbytero Cardinali assistenti & accipiens thuribulum de manu thuriferarij offert illud ipsi assistenti, qui stans ante gradus incēsat Pótificem sine mitra stātem, & reuertitur ad locum suum inter alios Cardinales, Papa verò sedet, & capit mitram, deinde ducitur per Cermoniarium ad pedes Pontificis, qui sermone est habiturus, qui genuflexus, & illos deosculatos petit benedictionē dicēdo. Iube Domine benedicere, tūc Papa benedicit dicens. Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis dignè, & fructuose aunūcies verba sua sancta, in nomine patris &c. Et benedictio

dictione accepta, ille dicit indulgentias. Pater Sancte Papa concedit quinque annos, & totidem quadragenas. Et ille recedens factis reuarentijs vadit ad pulpitum, vbi facit suum sermonem, quo finito expectat in pulpito, & Diaconus per ceremoniariū ante gradus sedis Papæ ducitur, & stans alta voce dicit. Confiteor &c. Ante cuius inchoationem surgunt omnes, sed Papa, & celebrians sunt cum mitra. Cùm verò Diaconus dicit: Et tibi pater similiter. Et te pater debet genuflectere. Et cum dicit: Mea culpa, singulis vicibus manu dextra pectus percutiat. Finito confiteor, Orator pronunciat indulgentias per Pontificem concessas, & descendit quo vult. Interim Subdiaconus Apostolicus portat Crucem antè Papam, & Papa surgens sine mitra ex libro cantat, precibus & mceritis &c. Miscriatur. Indulgētiā &c. & dat benedictionē, vt in libro. Et cū deponitur mitra Pontifici, deponitur mitra celebranti. Et unus Protonotarius accedit ad Papam cum dicit. Et benedictio Dei &c. Qui discedentibus assistentibus capit fimbriam pluialis, & tenet ante corpus Papæ. Et nota quòd quotienscumque Papa cantat, vel legit aliquid ex libro, si tūc nō celebrat prim⁹ Episcopus assistēs tenet ante eum librū supra caput, & secundus Episco-pus te-

pus tenet candelam accensam, Diaconi vero si assunt hinc inde tenent manus. Si vero Papa celebrat missam, siue vespertas solennes assistens Cardinalis, siue Episcopus sit, siue presbyter, tenet librum supra caput, & primus Episcopus non Cardinalis adiuuat eum, alij ut supra. Facta benedictione, vel si sermo non fit, osculato libro, & incensato Pontifice, ut supra diximus, celebrans incipit Credo, & Cardinales venientes ad circulum circumstant Pontificem, & cum eo Credo perficiunt, cum dicitur. Et incarnatus est. Ceremonarius capit ex credentia bursam cum corporalibus, & eam dat Diacono, qui ambabus manibus eam accipiens usque ad oculos eleuat, portat ad altare cum reuerentijs solitis, ubi extractis hinc inde corporalibus explicat super altare, bursam verò ad locum minus impeditum ponit: Deinde reuertitur ad locum suum. Finito Credo surgit celebrans sine mitra, & versus ad populum dicit. Dominus vobiscum, Deinde versus altare, Oremus, & legit Offertoriū, tum sedet, imponitur ei mitra, extrahunturque chyrothece à ministris, & unus ex scutiferis portat aquā, qui primo facit reuerentiam Papæ, deinde altari, tum celebrant cui dat aquam manibus, ministri tenent mappam. Interim assistens celebrantis ducitur per ceremoniam

rium cum missali, & cussino ante pectus ad altare cum reuerentijs solitis, ubi ponit librū loco Euangeli super cussinum, & inuenit, quæ sunt dicēda, deindè ad partem in cornu dextro expectat celebrantem, interim etiam paratus Subdiaconus ante credentiam cum velo circa collum, & inde accipit calice cū patena, hostia, & palla, & cooperitur cum velo, & accedit ad cornu sinistrū altaris videlicet Epistolæ. Et post eum unus ex cancellaris celebrantis ampullas vini, & aquæ manibus portans, celebans autem lotis, & exteris manibus ascendit ad altare deducēte Diacono, & cum vertit se, vel transit ante Papam, extrahitur ei mitra, & facit reuerentia Pontifici. Deindè vadit ad medium altaris, & Diaconus stans à dextris eis accipit Calicem de manu Subdiaconi, & ponit ipsum super altare, deindè accipit patenam cū Hostia, & illam dat celebranti, qui eam offert cum orationibus consuetis assistente capellano suo in libro omnia demonstrāte. Interim Diaconus erigit calicem, & accipit ampullam vini de manu Subdiaconi & ponit vinum in calice. Nam Subdiaconus postquam depositus calicem, vertit se ad illum, qui portauit post eum ampullas & ex eius manib⁹ primò accipit ampullā vini, & eā, ut dixi, dat Diacono, deindè accipit ampullā a-

quæ, & ver-

quæ, & versus ad Pontificem porrigit aqua benedicendam , quæ postquam fuerit per Pontificem benedicta, ipse Subdiaconus infundit in calicem, deinde reddit illi, à quo eam acceperat. Et Diaconus dat calicem celebranti, offerunt simul cum orationibus &c. Subdiacono verò imponitur in dextra manu patena, quam cooperit, & vadit ante medium altaris in loco conuenienti. Interim vero ceremonarius cum thuribulo & nauicula vadit ad Pontificem, & assistente presbytero Cardinali ministrante imponitur incensum, vt suprà. Deinde reuertitur ad altare, & dat thuribulum Diacono, & ille celebranti, qui suo tempore incensat oblata primum, deinde altare, postea accepta mitra in cornu epistolæ incensatur ipse à Diacono, tum lauat manus, & deposita mitra reuersus ad medium altaris prosequitur Missam prout in ordinario. Diaconus vero celebrat incensato cum thuribulo accedit ante Pótificem, quem incenset Cardinalis assistens, tum per Diaconum incensatur ipse Cardinalis, deinde alij duo Cardinales assistentes, postea alij more consueto. Interim celebrás procedit in Mis- sa suo ordine. Cum peruentum est ad p्रafationem, & incipit: Per omnia secula feculorum & cætē. ponit manus super altare, & Papa surgit cum mitra, & alij omnes sur-

gunt,

gunt, & presbyter Cardinalis assistens Papæ recedit à scabello, & vadit ad locum suum, & amouetur scabellum, quia amplius illuc ad sedendum non reuertitur. Celebrans cum dicit: Sursum corda, eleuat manus aliquantulum de altari, tum dicit. Gratias agamus, super verbo Domino eleuat altius manus, & iungit ante oculos, deinde extensas eas tenet usque in finem, cum est circa medium p्रafationis : Cardinales incipiunt venire ad circulum ante Pontificem, & finita p्रafatione dicunt: Sanctus cum Papa stante sine mitra, deinde descendunt suo ordine ad loca sua, & Papa reafsumit mitram. Dum dicitur Sanctus, clericæ capellæ incendunt quatuor intorticia, & per ceremoniarum dantur quatuor capellani celebrantis, & ducuntur inferius ante altare, ita vt medium inter se habeant Subdiaconum patenam tenentem, sitque inter eos & altare competens distantia, vt ibi possit stare Papa cum suis assistentibus, & ministris. Papa autem cum celebrans dicit: Hanc igitur oblationem, cum mitra descendit ad faldistorium ante altare, vbi deponitur illi mitra. Ceremonarius verò incensat sacramentum, dum eleuatur, genuflexus ad celebrantis dextram : & facta eleuatione reponitur Papæ mitra, qui ad

sedem suam reuertitur, vbi iterum sibi mitra deponitur, & sine ea stat usque post factam communionē corporis & sanguinis Domini, tunc ei reponitur. Cūm autem dicitur: Pater noster, circa finem Subdiaconus reuertitur ad altare, & dat patenam Diacono, qui eam dat celebranti, eodem tempore veniunt Cardinales ad circulum ad dicendū: Agnus Dei cum Papa, quo dicto descendunt, & presbyter Cardinalis assistens de circulo accedit ad altare, & pacem à celebrante accipit. Assistens verò celebrantis dicto Agnus cum celebrante dimittit librū in manu Diaconi ministrantis, & factis reuarentijs altari, & Papæ venit ad cornu finistrum altaris, & ibi expectat. Subdiaconus verò ministrans vadit ad dextrum latus celebrantis, presbyter verò Cardinalis assistēs vadit ad Pontificem, & ei dat osculum pacis dicens: Pax tecum, deinde reuertitur ad locum suum. & Diaconi Cardinales assistentes primò à dextris, deinde alter à sinistris Papæ cum debitis reuarentijs accipiunt pacem à Papa, qui dicit. Pax tecum, & illi respondent. Et cum spiritu tuo. Interim assistens celebrantis ductus ad priorem presbyterorum assistētium ab eo accipit pacem, quam primo dat alijs Cardinalibus. Et deinde datur pax omnibus in capella more cōfuetu.

fueto. Celebrans autem vt sumpsit sacramētum, purificatur Subdiacono ampullas vini & aquæ ministrante. Diaconus librum exportat ad cornu Epistolæ, Subdiaconus vero accipit calicem, mundat, & aptat cum patena & purificatorio, plicat corporalia, ponit in bursa, imponit supra calicem, & omnia simul portat ad credentiam, postmodū reuertitur ad celebrantem. Celebrans facta purificatione accipit mitram, lauat manus, & extergit, deponit mitra, & ea amplius, si Papa præsens est, non vtitur. Legit communionem, tum in medio altaris vertit se ad populum, & dicit Dominus vobiscum. Deinde ad altare in cornu Epistolæ. Oremus, & orationes, Quibus finitis in medio altaris vertit se ad populum, & replicat Dominus vobiscū. Et ad altare rursum reuertitur. Quod dicto Diaconus versus ad altare dicit. Benedicamus Domino. Cantores respondent. Deo gratias, celebrans inclinato capite ante Crucem. Placeat tibi &c. Quod finito retrahit se ad cornu Epistolæ, & faciem vertit ad Pontificem. Interim Subdiaconus Apostolicus portat Crucem ante Papam, qui stans dat benedictionem dicens: Sit nomen Domini &c. more consueto uno ex protonotariis auriphrygium ad finistram tenente, data benedictione per Pontificem celebrans

lebrans vertit se ad altare dicens. Dominus vobiscum. Initium Sancti Euangeli secundum Ioannem. In principio erat verbum &c. Reuertitur ad faldistorium, deponit omnia paramenta, dicit Orationes trium puerorum, &c. & reddit in pace.

D E P R I M A D O M I N I C A A D-
nentus Papae absente.

CVM autē in absentia Pontificis Cardinales huius dici officio intererunt celebratus prælatus, de quo suprà diximus, accipit omnia paramenta, & sic paratus Cardinales expectat, post quorum aduentum ceremoniarius accedit ad ipsos Cardinales petens ab eis licentiam pro officio inchoando nomine celebrantis. Qua habita celebraturus cum mitra accedit ante superioris gradus altaris facta priùs Cardinalibus reuerentia caput profundè inclinādo, & tūc Cardinales ei asurgere debent, ille verò deposita mitra facit altari similiter reuerentiam, & cum Diacono ac Subdiacono genuflexus dicit confessionem more consueto. Cantores interim dicunt Introitum ad Kyrieleyson. Finita confessione celebrans ascendit ad medium altaris, osculatur illud, deinde librum euangeliorum. Tum ministratē Diacono

cono nauiculam, & ceremoniario thuribulum. Imponit incensum, incensat altare, deinde incensatur ipse cum mitra, tum reuerentur ad faldistorium, ubi deposita mitra dicit Introitum & Kyrieleyson, quo finito deposita mitra surgit, & conuersus ad populum dicit, Dominus vobiscum. Deinde ad altare Oremus, & orationes, & alia, vt suprà per totum usque ad finem Epistole. Qua finita Subdiaconus librum clauis ante peccatum tenens vadit ad celebrantem, corā quo genuflexus ponit librum in eius gremio, & manum illius osculatur, quem librum ceremoniarius ab eo recipiens ponit ad locum suum, deinde surgit Subdiaconus, & tenet missale celebranti, vt supra. Cum dicitur Alleluia, & Diaconus librū euangeliorū super altare posuerit: Ceremoniarius cum thuribulo, & nauicula vadit ad celebrantem in faldistorio sedentem, ubi ministrante Diacono celebrans imponit incensum ac signatur vt supra. Ceremoniarius tunc dat vii ex ministris thuribulū quod dextra & nauicula quā sinistra manu præferat, & duo cædela bra cum luminaribus alijs duob: Diaconus verò interim ad altare accedēs genuflexo dicit. Munda cor meum. Tum capiens ex altari Librum Euangeliorum, & ante peccatum illum tenens, ad celebrantem in faldistorio

distorio sedentem reuertitur, & genuflexus coram eo dicit. Iube Domine benedicere, & benedictione recepta procedit ad lectio- nem Euangelij ordine supradiecto. Finito Euāgeliō factis reuerentijs reuertuntur omnes ad celebrantem, & Subdiaconus portat ad osculandum librum Euangeliorum apertum celebranti, qui mox per Diaconū incensatur, quo factō oraturus adducitur ad celebrantem. Et si Episcopus vel Ab- bas sit capite tantum inclinatus, si verò in- ferior genuflexus coram celebrante dicit: Iube Domine benedicere. Et benedictione accepta petit indulgentias populo publi- candas, & celebrans committit ei publica- tionem indulgentiarum à Papa concessa- rum, vadit deinde oraturus ad locum cō- fuctum, & faciet sermonem vt supra. Fini- to sermone statim pronunciat indulgenti- as nomine confucto. Tunc celebrans depo- sita mitra versa facie ad altare dicit Credo, & alia, vt supra dictum est. Finito Offer- torio sedet celebrans, deponuntur ei annu- li & chirothecæ, lauat manus, surgit de- inde, & cum mitra ascendit gradus altaris, vnde facta reuerentia Cardinalibus proce- dit ad medium altaris, vbi deponitur ei mi- tra, & alia facit vt supra. Ceremoniarius thu- ribulum & nauicellam suo tempore affert,

& mini-

& ministrante Diacono celebranti impo- nit incensum benedicens & incensans, vt supra, deinde incensatur ipse celebrans, & successiūe Cardinales & alij ordine suo, continuatur missa vt supra. Dicto agnus Dei asistens celebranti cum suo libro in ma- nibus Diaconi venit ad manum dextram celebrantis, & ibi ante altare genuflectit, surgit, osculatur altare, & pacem à celebrā- te accipit, quam dat postmodum primo Episcopo, primo presbytero, & primo Dia- cono Cardinalibus, & successiūe alijs, & cum viderit celebrantem purificationem sumpsiſſe dat pacem Ceremoniario qui per- ficit cursum suum, & alia fiunt, vt supra, dicto benedicamus &c. celebrans comple- placeat &c. Et imponitur ei mitra. Stans in medio altaris, & versa facie ad ipsum al- tare, & manus ante pectus iunctas habens dicit. Sit nomen Domini benedictum. Et cum dicit. Sit nomen Domini, cum pol- lice, & indice simul iunctis dextræ manus facit sibi signum Crucis in pectore, fini- stram verò tenet supra stomachum suum cum dicit, Benedictum iungit manus an- te pectus. Deinde cum dicit: Adiutorium no- strum in nomine Domini, cum manu aperta signat se signo Crucis incipiens à capite, deindè sub umbiculo, tum à sinistro, deindè

Y 5 à dextro

à dextro humero se tangens manum finistram, vt supratenens. Postea dicit, Benedicat vos omnipotens Deus, & cū dicit Deus iungit manus & cum dicit, Pater, vertit se ad manum dextram signū Sāctę Crucis faciens. Deinde verlus ad medium dicit. Et filius. Et iterum signat. Tandem in fine sic nihilominus signans tertio dicit. Et Spiritus Sanctus. Et circulum perficiens ad altare se vertens dicit. Dominus vobiscum. Initium sancti Euangelij, & cæt. Et facta reuerentia Crucis, deinde Cardinalibus cum mitra ad faldistorium reuertitur dicendo Euangeliū Sancti Iohannis, & alia, quæ sunt dicenda. Ibiq; exiunt &c. vt supra.

DE MISSA PAPALI IN DOMINICIS ADVENTUS.

Si autē summus Pontifex hac vel alijs Dominicis in aduentu voluerit soleniter celebrare, parabitur in camera paramenti, vt supra diximus, & descendet ad Ecclesiam sive capellam. Cardinales autem, & alijs prelati erunt cum suis cappis laneis, & facta oratione more solito ante altare accedat ad sedem, vbi consueuit accipere paramenta, sedet & fit reuerentia à Cardinalibus tantum cum suis cappis laneis. Interim Subdiaconus Epistolam dicturus paramenta sibi conuenientia præter manipulum, & Planetam,

qua-

quæ capit poste à cum Papa intrat ad altare, & acoluthi, atque alijs officiales, qui vtuntur superpellicijs supra rochetum dimittunt cappas, & capiunt superpellicia, deinde Pōtificis incipit: Deus in adiutorium meum intende pro tercia stans sine mitra, & sedet cū incipitur psalmus, & accipit sandalia, & legit psalmos, & orationes consuetas, & in fine cantat orationem pro tercia presbytero Cardinali qui ei assistere debet librum supra caput cum sua cappa lancea tenente, paolo ante duo Diaconi assistentes, & Diaconus cantaturus Euangeliū vadit ad capiendum ornamenta videlicet planetas ante pectus plicatus violacei coloris, & alia cōsueta. Diaconus tamen cantaturus Euangeliū accipit amictum, albā, cingulum, & stolam, & ita vadit ad parandum Pontificē, quo sacrī vestibas induito ipse & Subdiaconus Epistole capiunt planetas, & manipulos, & interi duo alijs Diaconi vel in defitu eorū duo ultimi presbyteri assistunt Pontifici cū suis cappis, finita tercia tres Diaconi reuertuntur ad Pōtificē, qui lauat manus ministri presbytero Cardinali adhuc cū cappa lancea, deponit mitram, pluiale, & stolam, & accipit paramenta more consueto, & tunc omnes Cardinales, prælati, & officiales capiunt paramenta sibi competētia & in omni-

in omnibus, ac per omnia seruantur cōsuetæ ceremoniæ, vt plenius dicemus infra in Natiuitate Domini nostri, excepto quod illi assit pro capellano prior presbyterorum Cardinalium: & non prior Episcoporum, qui prior presbyterorum & nunc, & quotiens seruit pro afsistente tam in vespereis, quām in missa induitur pluiali, & non planeta, & sedet in loco assistentis, & in vespereis cantat tertiam antiphonam, vt assit̄s, subprior vero presbyterorum ministrat vinum ad purificationem manus post communionem, & cantat quartam antiphonam in vespereis, alia omnia, vt in Natiuitate.

DE SECUNDA DOMINICA Aduentus.

Secunda dominica aduentus consuevit celeb̄rare unus ex Episcopis assistentibus Papæ eo ordine prout supra Dominica dictum est, & similiter dicuntur quatuor orationes, ut supra. Sermonem facit procurator Ordinis minorum.

DE TERTIA DOMINICA AD- uentus.

Tertia Dominica aduentus Domini, quia cantatur Introitus: Gaudete in Domino séper celebrare consuevit presbyter Cardinalis cum paramentis violaceis, & mitra auri

zuriphrygiata. Diaconus, & Subdiaconus vuntur dalmatica, & tunicella, dicuntur quatuor orationes, prout in Dominica, & Dominus vobiscum, non Pax vobis, ante primam orationem, omnia alia dicuntur, & fiunt prout in prima Dominica dictum est. Sermonem facit procurator ordinis Eremitarum. In hac die consueuerunt antiqui Pontifices celebrare, erant Vesperæ Papales præcedentes, & potus in aula.

DE QVARTA DOMINICA Aduentus.

Qvarta Dominica aduentus celebrare consuevit unus ex Episcopis assistentibus Papæ cum paramentis violaceis, dicuntur quatuor orationes, ministri vtuntur platenis plicatis ante pectus, & omnia alia fiunt prout supra in prima Dominica dictum est. Sermonem facit procurator ordinis beatæ Martæ de monte Carmello.

DE VIGILIA NATIVITATIS Christi.

Siverò Vigilia Nativitatis Christi in Dominica venerit, celebrat unus ex assistentibus Papæ

bus Papæ, vt supra in paramentis violaceis, ministri vtuntur tunicella, & dalmatica. Cardinales non debent facere reuerentiam Pó-tifici, quia in Vesperis illam sunt facturi. Dicuntur quatuor orationes prima de Vigilia sub sua conclusione. Secunda de Dominica. Tertia contra paganos. Quarta pro Pontifice, præfatio dicitur de Aduentu, & non fit sermo.

*DE VESPHERIS VIGILIAE
natuitatis Christi Pontifice in crafsum celebatur,*

IN Vigilia Natuitatis Domini nostri Iesu Christi, si Sanctissimus Dominus noster in crafsum est celebratus, vespere snt solennes hoc ordine. Pontifex induitus in camera paramenti, quæ papagalli dicitur, amictu, alba, cingulo, stola, pluiali albo, & mitra preciosa procedit ad Ecclesiam ordine consueto, Subdiaconis, auditoribus, clericis cameræ, & acoluthis in superpellicijs amictibus quod tamen fit pro eorum commodo, & evitando seruitorum nimio strepitu, ne habeant in capella se exuere cappis, & superpellicijs induere, non quodordo sic iubeat, quia cum alijs prælatis se vestire deberent. Cardinales autem, & prælati alij in cappis præcedunt, cum peruenient ad altare: Pontifex detracta mitra in fal-

distorio

distorio ante altare sibi præparato accumbit, & orat, surgit deidè, & accepta mitra vadit ad soliu. Interim prælati omnes exceptis Cardinalib, se induut pluialiib, & alba mitra, videlicet Archiepiscopi, Episcopi, & Abates, Protonotarij autem cū cappis suis permanet: cū sedet Pótfex, Cardinales accedunt ad reuerentia, vltimi duo Cardinales siue sint presbyteri, siue Cardinales Diaconi, cū exhibuerint reuerentia, assistunt Pontifici à destris, & à sinistris, & Diaconi, qui assistebant discedunt, & induunt se parametis, & tūc etiam omnes alij Cardinales exceptis illis duobus, qui Papæ assistunt, paramentis se induunt videlicet Episcopi pluialiib, presbyteri planeti, Diaconi dalmaticis, & prius amictu omnes induuntur, & etiam superpellicijs, quib, placet. Diaconi verò duo præfati, cum primū induiti sunt, reuertuntur ad Pontificem, & illi qui remanserant vadunt ad loca sua, & conuenientibus indumentis induuntur. Postquam Cardinales omnes induuti fuerint, surgit Pontifex, & detracta mitra versus ad altare dicit secretè: Pater noster. Deindè seipsum signans altè dicit. Deus in adiutorium meum intende. Filiatio Gloria patri à cantoribus. Subdiaconus cantaturus postremo die Epistolastans ante Pontificem ante gradus inferiores sedis

Pon-

Pontificalis facta prius ei reuerentia præintonat submissa voce Papæ antiphonam, & ea præintonata expectat st̄ as quo usque Papa antiphonam ipsam intonauerit. Tunc accedunt duo Episcopi assistentes cum libro, & lumine, & prior Episcoporum Cardinalium etiam assistens accipit librum, & capite suo ipsum tenens Pontifici apponit iuuâte eum seniore ex duobus Episcopis assistentibus, et iuniore candelam ardenter tenente. Pontifex incipit antiphonā, quam cantores prosequuntur usque ad finem. Quæ per Pontificem intonata Subdiaconus cum ceremoniario facit reuerentiam Papæ, & ad sua loca reuertuntur. Idem seruatur in intonatione aliarum antiphonarum, & etiam in intonatione hymni. Incepto psalmo Pontifex sedet, & accipit mitram, similiter alij omnes. Episcopus Cardinalis assistens sedet in cathedra nuda inter Diaconum à dextris Papæ & sedem Cardinalium sibi parata versa facie ad altare, si loci dispositio patiatur, si vero locus non esset capax, ad sinistram locatur, vt fit in capella palati, & si loc⁹ esset nimis angustus, vt aliquando euenit in quibusdam Ecclesijs, sedet in suo ordine cum alijs Cardinalibus, siue Episcopis, siue presbyteris Cardinalis. Cantato psalmo, & iterata antiphona Subdiaconus surgit, & Diacono as-

no assistenti à dextris Papæ præintonat secundam antiphonam plane, quam Diacon⁹ ipse surgens deposita mitra intonat altè, & catores prosequuntur, vt prius, & dum unus ex Cardinalibus assisténtibus Papæ surgit, semper etiam alij Cardinales assistentes, & Episcopi assistentes, similiter faciunt alij Cardinales, dum unus eorum surgit, surgunt & alij omnes, & etiam omnes prælati, qui sunt in capella surgunt semper surgentibus Cardinalibus alijs non autem surgéntibus Cardinalib⁹ assisténtib⁹ tantū. Tertiā antiphonā similiter Subdiaconus præintonat priori Episcoporum Cardinalium ibidem assistenti. Quartā priori presbyterorum Cardinalium, & quintā Diacono Cardinali assistenti à sinistri Pontificis reiterata à canticis post finem coniuncti psalmi. Quinta antiphona, Subdiaconus exhibita prius reuerentia altari, & Papæ stans in loco ubi legitur epistola versa facie ad altare, ita tamē, quod non vertat renes ad Papam, cantat capitulum. Interim surgit Pontifex, & stat cum mitra, alij vero omnes stant sine mitra. Cantato capitulo unus auditorum rote modo prædicto Papæ præintonat hymnum, tunc Pontifex mitra deposita ex libro sibi oblato, vt suprà altè incipit hymnum, quem cantores prosequuntur, & Pontifex

tifex sic ad finem hymni stat sine mitra, cantatur deinde à cantoribus versiculos, & inde Subdiaconus stans coram Pontifice praetontat ei antiphonam ad Magnificat, quam Pontifex stans sine mitra ex libro alte intonat, & cantores prosequuntur. Interim sedet Pontifex, & accipit mitram, & accedit acoluthus cum thuribulo, & nauicella, quam dat Episcopo Cardinali assistenti, qui eam offert Pontifici, dicens: Benedicte pater sancte, & supposito per acoluthum thuribulo, Pontifex imponit incensum, reassumit deinde nauiculam acoluthus, & accedit ad cornu sinistrum altaris, & ibidem expestat Pontificem. Interim duo auditores accedunt ad altare, & hinc inde eleuant interiorem partem superioris tobalea altaris, & plicant usq; medium, vel circa. Cum vero incipitur, Magnificat, surgit Pontifex, & cum mitra descendit ad altare, quem sequuntur Cardinales ipsi assistentes, auditor mitra seruiens, & cubicularij secreti, alijs auditores eleuant fimbriam Pontifici ante pedes, cum ascendit gradus altaris, & idem faciunt quando ad folium reuertitur. Si autem duo tantum auditores interessent eleuata tobalea altaris veniunt ad Pontificem, & ei fimbrias eleuant. Cum Pontifex peruenit ad altare, extrahitur ei

tur ei mitra, osculatur altare in medio, & acoluthus thuribulum Episcopo Cardinali assistenti offert. Episcopus vero Cardinalis Pontifici, tum Pontifex incensat altare more solito, post incensationem altaris Pontifex accepta mitra facit reuerentiam altari, & reueretur ad folium duobus auditoribus fimbriis (vt prius) tenentibus, alijs duo auditores tobaleam altaris, vt prius erat, explicant, vel si tantum duo sint auditores explicit tobaleam, antequam fimbrias Pontificis teneant, Pontificem deinde cum mitra in folio stantem Episcopus Cardinalis assistens stans ante infimum gradum folij recepto ex manibus acoluthi thuribulo incensat ter thuribulum dicendo, qui incensatus deponit mitram, & detecto capite stat usque ad finem Magnificat. Inde Subdiaconus accepto thuribulo incensat Episcopum, demum Episcopum Cardinalem assistentem stantem ante cathedram suam, & successive alios duos assistentes, deinde reliquos Cardinales, postea prelatos omnes paratos, postmodum omnes ordine suo, vt in Missa: cantato Magnificat sedet Papa, imponitur ei mitra, & cantatur Antiphona. Accedit deinde duo acoluthi cum duobus candelabris, & luminaribus ad gradus folij, inter quos stat medius ceremonarius, & Pontifex stans de-

tracta mitra dicit: Dominus vobiscum. Et cantoribus respondentibus, Et cum spiritu tuo, offertur ei liber, vt suprà. Pontifex dicit orationem, & eo demum replicante. Domini minus vobiscum, duo acoluthi candelabris, & ceremoniario factis reuerentijs redeunt ad altare, inde dicto Benedicamus, à cantoribus ipse Pontifex dat benedictionem vno Protonotario auriphrygium tenente more solito, qua data descendit de folio, genuflectit in faldistorio, ante altare cù mitra orat, deinde surgens reddit ad cameram.

D E P V B L I C A C O M P O T A T I O -
*ne, siue collatione potius, in aula à prijs vo-
catus.*

SI Solennis collatio, prout aliquando Pontifices confuerunt facere, fieri debet in prima aula palatij, parabuntur omnia ad instar publici consistorij paretur credentia magna eminens duodecim vel circiter gradus habens pro vasis aureis, chrystallinis, & argenteis desuper ponendis ad magnificentiam tantum, credentia huiusmodi erit altitudinis à terra vsque ad eius planum siue mensam palmorum septem, vel circa, mensa eius erit longitudinis palmorum xxij. & latitudinis septé vel circa, & desuper gradus vt diximus, qui satis sint pro vasis su-

pradicis, quæ suo ordine locentur. In secunda verò aula parentur duæ credentiae, vna parua pro Sanctissimo Domino nostro, & alia longior pro Reuerendissimis Dominis Cardinalibus, vbi constituantur vina, cōfectiones, aqua, confectiones, mantilia, mappe, scyphi phialæ, & alia pocula vasaque aurea, siue argentea opportuna in competitin numero, & quantitate. Magister domus Apostolici palatij prouidebit in tempore de vino diuersi generis, confectionibus diuersarum specierum, vexillulis longitudinis vni palim cù insignibus Papæ, & Cardinalium in confectionibus ponendis, et centum intorticijs pro collatione, & matutinis: In Vigilia igitur Natiuitatis Christi Si vesperæ in capella Palatij celebratæ sunt Pontifex finitis vesperis in sede solij sui deponit mitram, & pluuiale, & imponitur ei cappa de carmesino. Interim etiam omnes Cardinales intus, Prælati verò & alij omnes extra cancellos capellæ paramenta, & superpellicia deponunt, & cappas accipiunt. Pontifex venit ad aulam, vbi collationem est facturus Cruce præcedente. Si verò vesperæ huiusmodi in Basilica Sancti Petri sunt celebratae, illis finitis Pontifex reuertetur ordine consueto ad cameram Papagalli, vbi depositis pluiali & mitra accipit cappā,

SACRARVM CERIMONIARVM
vt suprà. Cardinales verò, Prelati, & alijs om-
nes, qui sua paramenta & ornamenta in basi-
lica prædicta post vesperas depositissè debet,
et cappas accepisse, ponuntur in dicta came-
ra Papagalli, & expectant, qui cum Papa ve-
nit ad aulam prædictam Cardinalibus iubse-
quètibus sine Cruce tamen, manebat usque-
quo collationem perfecerit. Pontifice igitur
sedéte nobilissimus totius curiæ etiam si Rex,
aut Imperator sit, ducetur ad credentiam Pa-
pæ ad dandam aquam hoc ordine: Duo ser-
uientes armorum præcedent, magister ceri-
moniarum in suo habitu, magister domus
baculum ferens mantello indutus, auditor
sine mantili. Auditor mantile portans cum
sua cappa lanae, deinde aquam ferens me-
dius inter magistrum sacri hospitij, & se-
neschallum secretum. Papa manus lauante
Diaconi assistentes adiuuant, & omnes Car-
dinales surgunt, alijs omnes genuflexunt.
Dum Papa lauat, Ceremonarius acceptis
alijs duobus seruientibus armorum vocat
alium post prædictum nobiliorem, qui
portabit primum ferculum, quem ducit
ad credentiam Papæ, deinde cum ferculo
ad Pontificem hoc ordine: Duo seruien-
tes armorum, ceremonarius, magister do-
mus, qui expectat ad gradus folij, auditor
sine mantili, auditor cum mantili, scalcus se-
cretus,

cretus, deinde ferens ferculum solus, simili-
ter ibit solus postea qui potum portat. Om-
nes hi excepto magistro domus ascendunt
ad Pontificem, & Cardinales assistentes ex-
tendunt ante Pontificem tobaleam, quam
auditores hinc, & inde genuflexi tenent, de-
inde assistens à dextris dat ad prægustandum
ex ferculo latori, & ambo assistentes detectis
capitibus stantes apponunt manum ad con-
feteriam, ex qua Pontifex cibum sumit, &
exinde descendunt omnes, qui venerant, &
ascendunt alijs cum primo potu, quem de-
ducunt magister hospitij, & Cardinales assi-
stentes, similiter aliam Tobaleam de mani-
bus auditoris secundo venientis accipientes
illam extendunt ante Pontificem, quam au-
ditores tenent, vt suprà, deinde facta per por-
tantem vinum credentia in vase, quod ad par-
tem portat, & per alium scutiferum Papæ
aquam portantem simpliciter de aqua,
Cardinales assistentes iuuant miscentem
aquam vino Papæ, recepto potu per Pon-
tificem descendunt isti, & ascendunt alijs,
& hic ordo usque ad finem collationis ser-
uatur, scalcus secretus, & magister hospitij
viciisim comitantur cibos & pocula, quæ
portantur per nobiliores proceres, siue ora-
tores præsentes clericos ceremoniarū ordiná-
te, & secreta deducēte, & incipiēte à nobilio-

rietiam si esset Rex, aut Imperator. Solent quatuor species confectionum haberi, & quater vinum ad potum ministrari. Descendente à Pontifice illo, qui vltimū potum dedit, descendunt etiam Cardinales assistentes, & ad sua loca vadunt. Tunc vnum ex cubicularijs Papæ præcedente alio cubiculario, & ceremoniario portat mappam longam mundam ante priorem Cardinalem, cuius vnum caput ipse ibidem tenet, aliud capit secundus cubicularius, & illud extendit usque ad vltimum Cardinalē ubi illud tenet. Quod si forte una mappa tam longa non sit, portentur aliae, quæ sufficiant, ita tamen quod pro qualibet sint duo cubicularijs, qui eam per capita, ut supra teneant, tum præcedente scalco Papæ cubicularijs in suo habitu singuli habentes mappulas breues in humeris ipsum sequuntur portantes uniusquisque unam confectionem discoopertam confectionibus plenam, & in qualibet confectione sit vnum vexillum ab una parte habens insignia Pontificis, & ab alia illius Cardinalis, cui defertur, primus cubicularius portet confectionem priori Cardinalium. Secundus alter seniori Cardinalium, & sic de alijs. Primum cubicularium sequuntur duo scutiferi prioris Cardinalium, primus mappulam habens in humeris, & poculum vini in dextra manu, secundus

vascum

vascum aqua sine mappula. Secundum cubicularium sequantur duo scutiferi secundi Cardinalis, similiter vinum, & aquam portantes, vt primi, & sic de singulis, quatuor etiam vicibus quatuor species confectionum, & vi- num prout Pontifici, & Cardinalibus portat. Finita collatione Cardinalium scutiferi cum mappulis ad collum alijs seruiunt videlicet oratoribus, prælatis, & alijs omnibus ad scabellum Papæ ledentibus. Erunt de quolibet scutculo octo bacilia, & multo plura cum vi- no, & vase aqua plena, residuum quod in ba- cilibus remanet inter scamna Cardinalium sedentibus, & alijs circumstantibus spargi solet. Finita collatione reducitur Papa ad ca- meram suam, & omnes discedunt.

*D E M A T V T I N I S N O C T I S N A-
TIVITATIS Christi Papa præsente.*

IN matutinis noctis nativitatis Domini no- strī Iesu Christi Pontifex induitus amictu, alba, cingulo, & stola si placet, benedicet en- sem vt in prima parte supra posuimus. Deinde assumpta cappa de carmasino præcedente Cruce, & subsequentibus Papam Cardina- libus, quia non habet mitram, vadit ad capel lam unius ex clericis cameræ ensem cum ga- lero de beuaro, cum perlis prefert ante Cru- cem. Et facta oratione in faldistorio ante al-

tare Pontifex vadit ad sedem suam à duobus Cardinalibus Diaconis assistentibus deductus, & cum federit, ipsi Cardinales recedunt, sedentque in locis suis inter alios Cardinales. Cum vero Papa fuerit in Ecclesia, clericus cameræ ensem cum Galero praedicto super altare ad cornu Epistole reponit, & non sit reverentia per Cardinales. Pontifex autem accepto à ceremonario ante ipsum genuflexo signo surgit, & detecto vel semidetecto capite stans versus ad altare secrete dicit: Pater noster, deinde cantando, & sibi os cum pollice signando dicit: Domine labia mea aperies. R. & os meum. Deinde signans se à fronte ante pectus dicit: Deus in adiutorium meum intende, &c. Et stat quousque compleatur in uitatorium, hymnus, & antiphona primi psalmi, primo psalmo incepto sedet, similiter primus Episcoporum assistentium aptat cappam, & ante ipsum extendit fimbrias. Et nota quod semper in omnibus officijs, quando Papa surgit, omnes surgunt, quando autem sedet, omnes sedent, nisi in quibusdam reverentijs, ut suo loco dicemus. Cum dicitur tertius psalmus primi nocturni, ceremonarius capit librum lectionum, & clericus capella pulpitum nudum: & præcedente ceremonario

ceremonario ad medium capelle inter cornua amborum scannorum Cardinaliū versus ad altare ponit dictum pulpitum, & ceremonarius librum desuper, & redeunt ad locū suū. Cum dicitur versiculus primi nocturni, ceremonarius accepta parua cædela cerea ac cæfa factis reverentijs a altari & Papæ, vadit ante pulpitū, & finito versiculo Papæ, facit signū vt surgat, qui surgit, & capite semidecto dicit: Pater noster, quod secrete prosequitur, deinde dicit altere. Et ne nos: Ex assistentes Episcopi apportat librū, & cædela ex quo Papa dicit absolutionē: Exaudi &c. Interim ceremonarius illū, qui dicitur est lectionē, ad pulpitū ducens ibidē expectat finem absolutionis, qua finita lectionē dicitur genuflexus versa facie ad Pontificē cantat: Iube Domine benedicere. Et Papa Rās, vt suprà ei benedic dicens. Benedictione perpetua benedicit nos Pater eternus. R. Amen, non tam ē signū Crucis super eū faciens, sed tantū verba benedictionis proferēs, finita lectione cū dicit: Tu autē Domine miserere nostri, genuflectit versa facie ad altare, deinde surgit & factis reverentijs altari, & Papæ vadit ad osculum pedis Pontificis ceremonario præcedente, & pedem Pontificis discooperiente, & demū cooperiente, & quod semper obseruatur nisi Cardinalib', deinde ad locū suum.

um quisque reuertitur. Si autem dicturus lectionem Cardinalis sit, cum peruenierit ad pulpitum facit reuerentiam altari, & Papæ more consueto, & dicendo. Iube Domine, caput inclinat versus Pontificem, & cum dicit. Tu autem Domine caput inclinat versus altare, quo dicto factis reuerentijs ad locum suum reuertitur & ceremoniarius reddit ad altare ad locum suum ibi expeditans quousque incipiatur versus aut citius, vel tardius, secundum quod longum erit responsorium, & versus, deinde factis reuerentijs, ut supra, reddit ad pulpitum, & aliam lectionem secundam dicturum dicit, & facit, ut suprà. Pontifex ad secundam lectio nem sedens benedicit dicens. Vnigenitus Dei filius &c. & similiter ad tertiam cum dicit. Spiritus Sancti gratia &c. Deinde cantatur tres psalmi secundi nocturni, & post versiculum surgit Pontifex conuersus ad altare detecto capite alte dicit. Pater noster, secrete prosequitur, & alte pronunciat. Et ne nos. Deinde ex libro dicit absolutionem. Ipsius pietas &c. benedictionem ad quartam lectionem. Deus pater omnipotens &c. & sedet, quintam legit nobilis cui datur ensis, si est præfens, & stat ac velit illam legere hoc ordine, incepta quarta lectione Ceremoniarius nobilis mis-

sum ad angulum post sedem Diaconorum Cardinalium ducit illum vbi Galerus sit, vel ad aliud locum conuenientem, & illic clericus cameræ ensem cum Galero de altari capiens portat, idem nobilis induitur superpellicio, & desuper ense præcinctus ad latus sinistrum, & pluiali albo induitur, cuius apertura super brachio eius dextro sit, & Galerus prædictus ei in capite ponitur quo sic induito clericus cameræ ad locum suum reuertitur, & nobilis finita quarta lectione dum cantatur responsorium, ante Pontificem per ceremoniarium ducetur, & ibi ante gradus solij, deposito ad manus ceremoniarij galero facit reuerentiam altari, deinde Papæ, ad quem conuersus stans euaginat gladium, & tertio cum eius mucrone terram tangit, vibratque deinde ter, & tandem tergit eum super brachium sinistrum, & reponit in vaginam, & accedit ad pulpitum, vbi finito responsorio versus ad Pontificem genuflexus dicit: Iube &c. Et Pontifex sedens benedicit ei dicens: Christus perpetuæ &c. Tum ille stans cantat lectionem, & ceremoniarius tradit galerum prædictum vni ex familiaribus dicti nobilis, qui sedeat ad pedes loci, in quo dictus nobilis sedere solebat, finita lectione idem nobilis ducitur ad osculum pedis Papæ, induitus, ut canticuit,

cantauit, & deindē reducitur ad locum, ubi induitus fuit, ubi exiuit pluuiali, & superpellicio, & ense decingitur, quem ceremonarius tradat dicto familiari galerum tenēti quem superensem reponit, vt prius erat, qui ensim erectum cum galero desuper teneat sedens, vt suprā usque ad finem officij, & nobilis ille per ceremoniarium ad locū suum reducitur. Quando verò non est p̄fens, cui ensis datur, clericus cameræ iudicatus superpellicio cantat quintā lectionem. Et quando Papa vadit ad capellam, & inde reuertitur, tam in matutinis, quam in missa maiori semper clericus ipse portat ensim cum galero. Si verò nobilis cui ensis datur p̄fens fit, & nesciat legere, ipse nobilis nihilominus in tempore induitur superpellicio, & pluuiali, accingitur gladio, & galerus ei imponitur, vt suprā, deindē ducitur ad Pontificem, & omnia facit p̄fice, quæ supradicta sunt nisi quod non petit benedictionem, nec legit lectionem, quæ loco suo clericus cameræ indutus superpellicio facit, & in fine osculantur ambo Pontificis p̄pedes, nobilis primū, deindē clericus cameræ. Et nota, quod satis competenter Pōtifex daret ensim nobili, si esset p̄fens, in loco isto antequā ille accingeretur ense, & tunc dum cantatur responsorium quartę lectionis,

lectionis, nobilis induitur superpellicio, & pluuiali, vt diximus: Et ductus ante Pontificem finito responsorio genuflexus accipit à Pontifice ensim, qui dicit illam orationem: Solent Romani Pontifices, &c. Et tunc descendens cū habitu extrahit ensim, quo prius à ministris accinctus fuerat, & facit vt supradictum est. Sextam lectionem legenti Pontifex benedicit dicens. Ignē sui amoris. Deindē cantantur tres psalmi tertij nocturni, & versiculi. Tum Pōtifex surgens capite detexto conuersus ad altare dicit: Pater noster, vt suprā, & ex libro absolutionē, A vinculis &c. Diaconus Cardinalis assistens à ministris cantat septimam lectionem cum Euangelio, & homilia qui apud pulpitum inclinatus ante Pōtificē dicit: Iube & Pōtifex stās benedicit dicens: Euāgelica lectio, perseuerans stās quoq; incipiatur homilia, tū omnes sedēt. Octauā lectionē cum Euāgelio cātāt Diaconus assistens à dextris ijsdem ceremonijs, cui inclinato capite benedictiōnem petenti Pontifex sedens, benedicit dicens, per euāgelica dicta: tum surgit Pōtifex ad Euāgeliū, ultimā lectionen cantat ipse Pōtifex, qui stās versus altare capite detexto dicit: Iube Domine benedicere, sed nullus benedicit, cantores respondent: Amē. Assistens presbyter Cardinalis, & duo Episco-

Episcopi accedūt cum libro, & lumine, duo acoluthi cum suis cappis, cum candelabris, & luminaribus, stant ad gradus more solito usque ad finem. Et Pontifex perficit lectio[n]em, & in fine versus ad altare dicit: Tu autem Domine. &c. Interim cum Papa lectio[n]em cantat, ponuntur pluuiale album preciosum super altare pro Pontifice, & paramenta super credentia pro Cardinali Missam celebraturo, si ante illuc posita non fuerunt. Et Diaconus, ac Subdiaconus capellæ in sacraria, aut alio conuenienti loco se induunt more solito, capellani etiam Cardinalis celebraturi ad credentiam suis coctis induuntur. Finita lectio[n]e Subdiaconus Apostolicus in sua cappa submissa voce præintonat Pontifici. Te Deum laudamus, qui ex libro si placet illud intonat, & cantores prosequuntur, quo incepto Cardinalis Missam dicturus accedit ad altare, & in faldistorio consueto accipit sandalia, & dicit Psalmos. Quam dilicta &c. Deinde induitur omnibus paramentis consuetis per Subdiaconum, & Diaconum capellæ, ut moris est, cui dicitur versus. Te ergo quæsumus, ad verba, quos prelio sanguine redemisti, Papa in se de sua & omnes alij genuflectunt, & in fine Pontifex sine mitra dicit. Dominus vobiscum, & orationem. Concede quæsumus, ex libro

cum

cum assistentibus, & ceroferarijs more solito, & in fine Pontifex replicat. Dominus vobiscum, & cantores dicut: Benedicamus. &c. Et Pontifex ante sedem solij sui exiuit cappa, & pluiali albo, & mitra induitur, & accedit ante altare vbi cù celebraturo &c. illuc veniente dicit confessio[n]em more solito, & incipit Introitus, & Missa, & non fit reverentia Papæ per Cardinales, quia fiet in Missa maiori, sed finita confessione ascendit ad solium. Et presbytero Cardinali assistente ministrante Papa imponit incensum, celebratus incensat altare, incensatur ipse, deinde Papa, qui surgit sine mitra, & dicit Introitum. Interim Cardinales veniunt ad circulum, cum quibus dicit Kyrieleyson, deinde & in terra. &c. quo dicto presbyter Cardinalis venit ad scabellum suum, ad astantiam Pontifici: Pax vobis dicitur, & una tantum oratio, post offertorium omnes incensantur, & pax datur more consueto, finita Missa Papa dat benedictionem, & non indulgentias, deinde recedit Papa cum omnibus Cardinalibus, Prælatis, & officiilibus: ensis etiam cum galero, si ille cui datum est, præsens sit, per ipsius familiarē ante eum in suo loco procedentem portatur. Alioquin, si absens sit, per clericū camerā ante Crucem ad camerā Pontificis reportatur, vbi

Aa

tur, vbi

*SACRARVM CERIMONIARVM
tur, vbi manent vsque ad Missam maiorem.
DE ORDINE CANTANTI
um lectiones.

Lectiones in hac nocte triplici ordine cantari consueuerūt nostris diebus. Omnes explicabimus. Pontifex pro tempore, ut magis placebit seruari mandabit. Antetē pora Pauli Secūdi seruatum vidimus, & legimus hunc modum. Primam lectionem clericus ceremoniarum. Secundam acoluthus. Tertiā auditor. Quartam iunior presbyter Cardinalis. Quintam nobilis, cui datur ensis, vel eius loco clericus cameræ. Sextam Subdiaconus Apostolicus. Septimā Diaconus assistens à sinistris. Octauam Diaconus à dextris. Nonam Pontifex, Cardinales dicunt cum suis cappis laneis, alij omnes cum superpellicijs, hunc modum hactenus seruauit Innocentius Octauus. Alius modus sub Paulo Secundo. Primam acoluthus. Secundam auditor, Tertiā Subdiaconus cantabat. Quartam iunior presbyter Cardinalis. Quintam nobilis ab ense, & si nesciret literas, eius loco clericus cameræ. In absentia verò illius secundus iunior presbyter Cardinalis. Sextam aliis iunior presbyter Cardinalis, ita vt duo vel tres iuniores presbyteri dicerent in secundo nocturno, duo in præsentia nobiles, tres in eius absentia,

LIBER SECUNDVS. 186

sentia, à iuniori tamen incipiendo. Vltimæ tres lectiones, ut prius cantabantur. Sextus autē quartus voluit, ut omnes lectiones cantarentur per Cardinales, & sex primæ incipiendo à iuniori Diacono, siue presbytero in absentia Diaconi, per ordinē cantarētur, et per episcopos Cardinales, si deficerent, alia tres vltimæ, vt prius per Diaconos assistentes, & Papā. Si verò his matutinis intercesset Imperator ipse cantaret septimam lectionē sub Euangeliō. Exiit edictū à Cæsare Augusto his ceremonijs, cum cantatur vltimus psalmus in tertio nocturno, cleroce ceremoniarum ordinante, Diaconi assistentes Papæ accedunt ad Imperatorem, quem à sua fede ad planum descendere monet, & illic eū induunt superpellicio, deinde accingunt ense benedicto, demum induitur pluiali abo non cum apertura super humerum extrum, sed ante pectus, vt Episcopi, vt in signillis imperialibus sculptus appetat, galerus eius armiger traditur. Nam Cæsar illud in capite non portat, quia est insigne ducalis dignitatis, que longe est inferior Imperiali. Imperator sic ornatus ducitur medius à Cardinalibus Diaconis ante Pontificē, qui facta reuerentia nudat ensem, inclinat, vibrat, tergit, & recōdit, vt de nobili diximus.

Aa 2 Tum

Tum accedit in tempore ad pulpitud, & profundè inclinatus ad Pontificem versus dicit Iube Domine benedicere. Et Pontifex: Euangelica lectio, &c. Tum Imperator legit Euangelij partē usque ad homiliā tantū si placet, & homiliam prosequitur Diaconus, qui aſſitit à ſinistris. Quod si Imperator vult totam lectionem legere, laudabile erit, & Diaconus ipſe nihil dicit. In fine lectionis Imperator cum ſuo habitu, ſue totam, ſue partem lectionis dixerit, aſcendit ad oſculum pedis Pontificis, deducentibus & ministrantibus ipſis Diaconis Cardinalibus, poſtremō reducitur ante ſuam ſedem, vbi exiuit ſacris veſtibus, & enſis cum galero detur armigero Cæſaris, qui illum deinde tenet, & portat ante Cæſarē, qui reuertitur ad ſedem ſuam, & Diaconi aſſiſtentiam Papæ. Hunc modū ſeruari vidiſſus, cum Fridericus tertius Imperator ſub Paulo ſecundo Romæ hiſ celebritatibus interfuit: Anno Salutis Millesimo quadringentesimo ſexagesimo octauo.

DE LAUDIBVS ET MISSA in aurora.

CAntores poſtreceſſum Papæ dicūt laudes cantando, vel legendo, prout eis magis placet. Interim Sacrifa induit p. ſecunda

ſecunda Mifla dicenda omnibus paramen- tis Pontificalibus, vt in alijs Mifis fieri ſolet. Accedit ad altare dicens: Introibo, & Coſteor &, vt alias, cátoreſ incipiunt Introitu, & prosequiſtū, vt alias, Papa abſente, in capel la fieri ſolet: Finita Mifla ſtans cum mitra ante medium altaris dat benedictionem, vt moris eſt, & non pronunciantur indulgētię.

DE MISSA MAIORI, PAPA perſonaliter celebrante.

IN Mifſa maiori Natiuitatis Domini noſtri ſummuſ Pontifex celebraturus capit in camera papagalli, aut alia conuenienti pa- ramenta conſueta, videlicet amictum, albā, cingulū, ſtolam pluiale albū, & mitram pre ciolam, & oēs Diaconi Card. in camera pa- ramenti, non tamen vbi Papa parare debet antequām Papa exeat, capiant pa- ramenta ſua videlicet amictum, dalmaticam, & mi- tram. Ille qui dicturus eſt Euangelium ul- tra premissa accipit albam, cingulum, & ſtolam, manipulum verò capiet in Eccle- ſia cum Papa fecerit confeſſionem apud al- late. Et ſic induiti intrantes ad Pontificem iſpum pa- ramenta ſupra nominata induunt, omnes alij presbyteri, & Epifcopi Car- dinaleſ in camera, vbi Diaconi induiti ſunt pa- ramenta accipiunt, videlicet amictum, &

planetas. Episcopi Cardinales pluuialia, amictū, & superpellicium, & albas mitras, & induit iintrant ad Pontificem. Patriarchæ vero, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates pluuiale capiunt, ex Cardinalibus autē qui sunt religiosi loco rocheti capiunt superpellicium, & omnes cū albis mitris, pœnitentiarij planetas tātum. Subdiaconus, qui Epistola latinam est dicturus, amictū, albam, cingulum, tunicellam, & manipulum: alij vero Subdiaconi, apostolici auditores, clericici camerae, & acoluthi supra rochetū coctas, omnes præter Cardinales in aula ante cameram paramēti accipiant sacras vestes, talitē pore, quo omnes suis paramentis fint induti, antequām Papa cameram suam exeat. Induto Pontifice Thuriferarius accedit ad Pontificem, & ministrante priore presbyterorū Cardinalium: Pontifex incensum imponit in thuribulo dicens. Ab illo benedicaris, &c. Deinde septem Acoluthi capiunt septem candelabra cum luminaribus, & vadunt ante Crucem, Thuriferario præcedente, quem antecedat vnuis clericus cameraensem cum galero desuper posito portans. Et hoc si Papa illos adhuc non dedit. Si vero papa alicui præsenti dedit, vnuis de eiusdem familia dictum ensem cum suo galero in prædicto loco portabit. Et cum in Ecclesia fuerit ad pedes illius, cui datus est, sedebit, & sic per totum officium tenebit, supplicantis igitur more procedet ad Ecclesiam hoc ordine: Scutiferi Papæ cum minoribus nobilibus, Procuratores ordinum, & principum Secretarij, & aduocati mixtim, Cubicularij extra cameram, oratores laici, & non prælati, Imperatores Regum, Principum, & cum eis Senatori vrbis, & conservatores, & Barones ac maiores nobiles: Acoluthi Pape, clericici camerae, Auditores Rotæ cum auditore causarum cameræ Apostolicæ, & Subdiaconi Apostolici omnes in superpellicijs supra rochetum. Magister sacri Palatij in habitu, & loco suo acoluthus Thriferarius, & ad minus duo ceroferarij, cum luminaribus accensis. Deberet tamen in huiusmodi, & omnibus alijs supplicacionibus septem candelabra cum totidem luminaribus deferre p acoluthos, sed quia ali quādo acoluthi nō adsunt tot numero, hoc omittitur: Ceroferarios autē immediatè sequit Subdiaconus epistolā lectur⁹, indutus, vt supradictū est, Crucē baiulans ad latera, habēs duos magistros hostearios cū virgis, quē sequuntur prælati oēs parati hoc ordine, pœnitentiarij sine mitris: Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Prælati, Oratores assistentes Papæ, omnes cum paramentis, & mitris,

vt suprà dictum est, successiùe, Diaconi, presbyteri, & Episcopi, Cardinales, assistentes hinc, & inde. Deinde Papa, cuius pluialis au riphrygium duo Diaconi Cardinales assistentes hinc & inde iuxta eum incendentes deferen t, fimbrias posteriores, id est, caudam pluialis, nobilior laicus in vrbe existens, etiam si sit Imperator, vel Rex, & hoc si Papa pedibus incedat. Si verò portatur in sede, duo Cardinales prædicti assistentes ipsum immediate procedant, & qui lecturus est Euangeli um inter eos medius, qui alioquin iret ante Papam solus, super Papam portatur balda chinum per octo principes, & oratores laicos insigniores, & magnos barones, conser uatores vrbis, & tales, aut omnibus deficien tibus per scutiferos Papæ, nobilioribus portantibus detur semper primus locus, hoc est, anterior, ita quod illi continuo præcedant Papam. Si verò huiusmodi supplicationibus intererunt Imperator, Reges, duces, aut maxi mi principes, incedent in loco in quo solent federe. Imperator ad sinistram Papæ, Rex cū primo Episcopo Cardinali, primogenitus Regis cum presbytero, maximus Dux sive Princeps, seu Dux, inter ipsos Diaconos iuniores, & Episcopos assistentes Pontifici, sequuntur cubicularij de camera, qui secreti appellantur, auditor seruiēs de mitra, Medi-

cile-

cisecreti, & primus secretarius, si non est Pre latus. Demum Protonotarij, & prælati non parati in suis cappis, hoc ordine perueniunt ad Ecclesiam. Pontifex postquam ad Eccle siam peruererit super faldistorio ante altare sibi præparato genuflectit, Diaconus à sinistris mitram Papæ tollit de capite, quam dat Auditori ad mitram seruiēti, & aliis assistens Cardinalis birretum amoueat: facta oratio ne, & surgente Papa, Diaconus à dextris birre tum primò, deinde mitram, alio Cardinali à sinistris vitas tenente imponit, qui deinde vadit ad sedem paratam, vbi sacris vestibus indui debet: Quo sedente Cardinales primò, deinde omnes alij prælati ordine suo acce dant ad reuerentiam, Cardinales omnes faciis consuictis reuerentijs osculantur auriphrygium per manum dexteram Papæ protensum, prælati verò eunt, ter genuflectūt, & eius genu dextrum osculantur, Diaconus, & Subdiaconus Epistolam, & Euangeli um in græco lecturi parati esse debet apud altare, Subdiaconus & Diaconus, q ad cornua alta ris in inferiori gradu stare vel sedere possunt, prout tempus postulat, sicque manere usque post Missam, finita reuerentia extrahitur mitra Papæ, & birretum, vt supra, qui deinde sur git, & stans versus altare secrètè dicit: Pater noster. Deinde alta voce cantando, & se fig nando.

Aa

nando.

nando. Deus in adiutorium meum, & cæt.
manens ita quoque incipiatur per canto-
res psalmus. Legem pone, quo incepso se-
det, & imponitur ei birretum, & mitra ut su-
præ. Tum Subdiaconus latinus accedit ad
altare cui mappulam quandā Sacrifa supra
brachia ponit, & super eam caligas, & san-
dalia, quæ ambabus manibus ad oculos ele-
uatis ad Pontificem defert, hunc sequantur
omnes acoluthi, quibus accipientibus &
extendetibus fimbrias pluialis Pape, Sub-
diaconus cum uno ex secretis cubicularijs
Pape subto intrat, & communia calciameta
Pape extrahentes & caligas, & sandalia ei im-
ponunt. Interim Episcopi assistentes Pa-
pæ librum ante ipsum & candelæ ex more tenet,
Diaconi assistentes cum Pontifice dicunt
Antiphonā: Ne reminiscaris, &c. & psalmū,
Quam dilecta, &c. ut in libro. Interim can-
tatur Tertia per cantores, qui cum ad capi-
tulū peruenient, quod unus ipsorum can-
tabit, Papa surgit cum mitra, & cum finito
breui responsorio versiculus dicatur, acce-
dunt ante Pontificem Episcopus Cardina-
lis assistens, vt librum teneat pro oratione,
& ceremonarius cum duobus ceroferarijs,
finito versiculo deponit mitra Pontifici,
qui dicit stans versus ad altare, Dominus vo-
biscum, & orationem Episcopo Cardinali
librum

librum super caput tenente, & uno Episco-
porum assistentium cum manu adiuuante,
alia candelam tenente, qua finita Pontifex
repetit Dominus vobiscum, & Ceremonia-
rius cum ceroferarijs reuertitur ad altare,
cantores vero dicunt, Benedicamus Domi-
no. His finitis sedet Papa cui reponitur mi-
tra, & lauat manus in Missa. Aduertat ceri-
monarius, vt incipiat à mino digno de qua-
tuor nobilibus laicis, qui debet aqua defer-
re, ita quod nobilior fit ultimus. Et semper
debet eligi ad hoc opus nobiliores, etiam si
Reges, aut Imperator adessent. Pontifex ma-
nus lauat, oes laici in capella existentes ge-
nuslectunt, Prælati vero surgunt, & stant si-
ne mitra capite detecto. Cardinales deposi-
tis tantum mitris surgunt, lotis manibus ex-
trahit mitra Pontifici, qui surgit, & ante
eum ponitur scabellum, super quod stat Dia-
conus Cardinalis Euageliu lecturus, qui iu-
uantibus duobus alijs Diaconibus à dextris
& à sinistris Papæ deest, mitram primo, dein
de pluiale, & stolam extrahit, & sacris para-
mentis, quod ex altari per acoluthos deferitur
ipsum iuduit hoc ei dñe: Primū cingulo cum
succinctorio i parte sinistrâ prodente, qui cin-
gulo prodicto cingitur subtus alio cingulo, quod
Episcopus tenebat, & isto secundo ligato sol-
vitur, & deponitur cingulū primū, tum cru-
ce pe-

pectorali, postea fauone, quem Diaconus super caput Papæ imponit replicatum, vt ante oculos pendeat, & partem, quam de- extra manu tenet, collocet super humerum dextrum, & aliam super sinistrum, & oras ambas fauonis dependere facit circa pectus iuxta mensuram vnius palmi. Deinde stola, quæ ab humeris pendeat, tum tunicella, & dalmatica, albam ministri circa fimbrias aptent, vt terram tangat. His omnibus per Diaconum adiuuantibus Diaconis assi- stentibus, & Subdiacono, qui est à sinistris, Papa induitur, de quibus per Diaconum osculanda porrigitur Crux pectoralis, fauon, stola, & in fine pallium antequam sibi imponatur, & similiter cum exiuit Papa, cum accipit dalmaticam residet, ex- trahitur, ac aptatur ei per Diaconum fauon circa caput, quo aptato amouetur scabellum super quo stabat Diaconus in- duens, & imponuntur Papæ per Dia- conum, & Subdiaconum chyrothecæ: qui ante & postquam illas sibi imposuerint osculantur eius manus, & chyrothecas. Deinde reponitur scabellum, & Papa induitur casula & extrahitur fauon circa collum & aptatur, vt æqualiter pendeat circum circa. Interim unus subdiaconorum Apostolicorum pallium de altari velo co- opertū

opertum apportat: quod Diaconus ab ipso accipiens, Crucem posteriore pallij Pa- pæ osculandam porrigit, deinde illud ad- iuvante subdiacono latino Papæ imponit eo modo, vt pars duplex super sinistro hu- mero maneant, inde portantur tres spinulæ, quarum unam pulchriorem Diaconus Cru- ci anteriori palli infigit, aliam cruci super humerum sinistrum, & tertiam infigit Sub- diaconus Crucis posteriori. Sunt autē hu- iusmodi spinulæ taliter infigendæ, vt tertio crucem pertranscant, pallium autem non perforent, neque planetam tangant, quod- que gemmæ spinulæ maneant ad extra in- figentis. Tum rursus aptatur fauon circa pectus vt pendeat sub anteriori pallij Cruce, & planeta supra brachia Pontificis. Deinde ipse Diaconus Papæ mitram imponit. Ac- cedit interim primus Episcorum Cardi- nalium assistens, & imponit Papæ iam mi- tram tenenti annulum pontificalem, & ali- os, quos Papa voluerit, cuius manum oscu- latur. Hæc omnia Pontificis ornamēta pri- us per sacristam super altare præparantur, & ordine prædictio instruēte ceremoniario per acoluthos ad Pontificem deferuntur, assignanturque ad manus Diaconi Cardi- nalis prædicti, post hæc Episcopo Cardinali assistente, & ministrante, Pontifex ponit in- censum

censum in thuribulo dicens. Ab illo benedicaris, &c. Tum Papa supplicabundus vadit ad confessionem ante gradus altaris duabus auditoribus fimbrias eleuantibus à peibus. Ordo procedēdi, thuriferarius, duo ceroferarij in quorum medio Crucem ferens, Subdiaconus latinus librum Euangeliorum, & in eo manipulū Papæ inclusum ante pectus gestans. Indè Diaconus Euangelij cum Episcopo Cardinali assistēte, quē sequitur auditor ad mitram seruiens medium inter duos cubiculares secretos, deinde Episcopi assistentes. Inter altare & sedē, in qua Papa paramenta accipit, occurunt Papæ tres ultimi presbyteri Cardinales, quorum senior primo, deinde alij duo per ordinem Pontificem in ore primō, deinde in pectoro osculantur, Subdiaconus interim librum Euangeliorum ceremoniario tenendum tradens Papam ambabus manibus retro ad eius spatulas appositis sustentat. Inde Cardinales illi tres, cum Papa ante altare se firmauerit, rediunt ad loca sua. Idem facit Subdiaconus cū Cruce, & ceroferarij, thuriferarius verò ad cornu epistolæ altaris genuflexus expectat finem confessionis, cum Papa fuerit ante gradus altaris Diaconus Euangelij deponit ei mitrā, & eam auditori tradit ad hoc seruiēti. Papa medius inter Episcopū

piscopum Cardinalem à dextris, & Diaconum Euangelij à sinistris stans facit confessionē more solito, duo Diaconi Cardinales assistētes stant post Papā, & aliquātulū se retrahūt Episcopo & Diacono cedentes, post Diacon⁹, & Subdiaconus genuflex⁹ persistit cū libro Euāgeliorū & manipulo intus, quē imponit Papæ, dicto Indulgētiam, prius tamē eius manū osculatur, facta confessione Papa ascēdit ad altare, & illud in medo osculatur, Subdiacon⁹ librū Euāgeliorū aperiēs illū osculandū Papæ offert in cornu Euāgelij Episcopo Cardinali assistente ipsum adiuuātē. Quo facto Diaconus euāgelij ad dextrā Pontificis in medio altaris stantes accedēs, & vna cū co thuriferarius incēsum & thuribulū Papæ offerūt, qui imposito incēso vt suprà altare incensat more consueto. Et aduerte quod dū Papa est apud altare Diacon⁹ Euāgelij semp̄ ministrat incēsum, & incēsat Pōtificē, cū ante Papa est in se detūc Cardinalis episcop⁹ siue presbyter et assistētes hoc facit. Incēsato altari Pōtifex tradit thuribulū Diacono Euāgelij & in cornu Epistole stas p̄ Diaconū à dextris assistētē assūpta mitra à Diacono euāgelij ibidē incēsat, & ad medium altaris se retrahēs adhucveri⁹ vt incēsat⁹ est stas cū mitra Diaconos Cardinales primō Euāgelij deinde assistētes duos tantum

tantum ad osculum oris primò, deinde pectoris recipit. Inde Papa cum mitra, facta altari reuerentia, vadit ad sedem suam eminentem, in qua stans detracta mitra dicit Introitum, & Kyrieleison cum Cardinalibus assistentibus Episcopo Cardinali assistente librū super caput tenente iuuantibus ipsum duobus Episcopis assistentibus, vt aliàs dictum est. Diaconus & Subdiaconus latini manent in cornu Epistolæ altaris, & simul dicunt Introitum, & reliquum Missæ tēpore suo, cum quibus Diaconus & Subdiaconus græci dicunt, & in terra & patrem. Deinde Papa residet cum mitra, & per auditorem, qui seruit de gremiale imponitur ei gremiale super genua, quod gremiale dictus auditor semper seruat captum ex credentia, & cum Papa sedet, illud imponit super genua, & cum surgit, illud accipit, & seruat quo usque Papalauat manus post offertorium, tunc portat gremiale ad credentiam, & Diaconi assistentes sedent in scabellis hinc inde iuxta Papam more solito. Episcopus vero Cardinalis assistens sedet super cathedram nudam seu in faldistorium inter Diaconem à dextris Papæ, & sedem Cardinalium iuxta murū sibi paratam. Diaconus vero Euangelij cùm Papa federit, & alij Cardinales assistentes sedet, & ipse in sinistro cornu altaris, videlicet epistole super scabel-

scabellum ibidem positum vertens faciem ad cornu Euangeli. Diaconus autem græcus super gradum altaris sedet in cornu Euangeli, & Subdiaconus latinus, & græcus in cornu Epistolæ super inferiorem gradū vultu ad Pontificem verso, finito Kyrieleison detracta Papæ mitra, & tenente Episcopo librum vt suprà, eleuatis manibus iuxta altitudinem humerum, & eorum distantiam extensis digitis, sed non disiunctis stans versus altare, dicit Gloria in excelsis. Et cum dicit Deo, iungit manus ante pectus, deinde ea cum Cardinalibus assistentibus tantum planè perlecta residet, & finito Gloria deposita mitra turgit, & dicit, manibus eleuatis versus ad populum, Pax vobis. Deinde orationem Episcopo Cardinali assistente vt suprà librum tenente. Interim Subdiaconus portans librum epistolarum ante pectus vadit ad legendum epistolam, altero ex clericis ceremoniarum ipsum associante: finitis orationibus Subdiaconus stans in loco consueto, videlicet inter cornū Epistolæ & sedem eminentem Papæ per transuersum, ita quod à dextris altare, & à sinistris Papam habeat, sibi ipsi librum tenens cantat Epistolam, & Papa cum mitra sedet, Subdiaconus vero finita epistola retrahit se aliquantulū, et immediate Sub-

diaconus, græcus per ceremoniarium cum debitis reuerentijs ad eundem locū, in quo latinus cantauit, ducitur, vbi & ipse stas verfus, & librum tenens vt alter cantat epistolā græcam, qua finita ambo Subdiaconi simul ceremoniario precedente accedunt ad osculum pedis Papæ latinus primū, deinde græcus, inde ambo redeunt ad altare, & ibi latinus cum Cardinale Diacono legit epistolam & alia, assistentes verò Episcopi portat librū Papę, & uno ipsorum illū supra caput tenente Papa legit epistolā, graduale, & euāgelium, cū cantatur graduale vel sequentia sic cātatur Diaconus Cardinalis Euāgeliij accipit librū Euangeliorum, & portans illū ante pectus suū, vadit ad altare & supra illud librum ponit, quo ibidem dimisso cū debitis reuerētijs vadit ad Papā coram quo stans capite inclinato manū ciuius reuerenter osculatur ceremoniario eum associante, deinde reuertitur ad altare coram quo genuflexus dicit. Munda cor meum, &c. tunc accipit librum Euageliorū de altari, & illuminet ante pectus, interim paratur pulpitum cū velo aureo per clericos capellæ in loco consueto, id est apud gradum altaris in cornu dextro, ita vt vertat suam faciem ad sinistram non ad corpus altaris, & septem acoluthi cum septem intorticijs, & alias acoluthi

thus cum thuribulo & nauicella vadit ad Papam cum Episcopo Cardinali assistete, quo ministrante vt suprà Papa imponit incensum & acoluthus reuertitur ad séptē acoluthos ceroferarios qui parati sunt cum septem cādefabris siue septem intorticijs accensis. Cardinalis verò Episcopus ad cathedrā suā nudam, hora competenti proceditur ad locum Euāgeliij, hoc ordine. Ceremoniarius, thuriferarius, ceroferarij, Subdiaconus, Diaconus qui cum ante Papam fuerit, stans capite inclinato versus ad Pontificem dicit. Iube Domine benedicore, & accepta benedictione vadit ad pulpitum, ponit librum super illud, & septem ceroferarij faciunt circulum ante eum. Subdiaconus verò stans post pulpitum inter illud & Ceroferarios pulpitum amplectitur, & ambabus manibus ex vtraque parte tangit librum Euangeliorum: Diaconus iunctis manibus dicit, Dominus vobiscum, & cum dicit, Sequentia Sancti Euāgeliij, signat pollice dextro librum deinde frontem, os, & pectus, cum respondeatur, Gloria tibi Domine, incensat ter librum primo medio, deinde à dextris & sinistris. Finito Euāngelio factis reuerētijs consuetis Diaconus cum quinque ceroferarijs reuertitur ad altare stans ibidem iuxta scabellum suū.

Subdiaconus verò capit librum Euāgeliōrum ante pectus, & ibidem iuxta pulpītum à latere expectans finē Euāgeliū grāci, duo ceroferarij cū thuriferario etiam manēnt iuxta pulpītum hinc & inde. Diaconus verò grācus accipit librum suū pōnens illum ante pectus vadit ad altare, & dimisso super altare libro Ceremonario p̄cedente & pedem Papæ discooperiente, & cooperiente vadit ad osculum pedis Pa-pæ, nisi fortè effet Episcopus, tunc non pedem sed genu dextrum Papæ osculari debet, tum ad altare reuertitur, coram quo genuflexus dicat, Munda cor meum &c. De indē surgit, accipit librum Euāgeliōrum ante pectus, & p̄cedente eum Subdiacono suo post Ceremoniarium vadit ad gradus sedis Papa, vbi genuflexus petit benedictionem: qua habita vadit ad pulpītum, ponit desuper librum. Subdiaconus verò grācus stans retro ad pulpītum tenet vt latīnus fecerat, Diaconus deindē dicit, signat, & incensat, vt de latīnō diximus Subdiacono sibi respondentē. Finito Euāgeliō Subdiaconus capit librum, & Diaconus cum duobus ceroferarijs redit ad altare ad sua loca: lectis Euāgelijs Subdiaconi portant libros apertos ad osculandum, primō latīnus, deindē grācus. Tum Papa stans sine mitra

mitra per Episcopum Cardinalem ad gradus solij stantem incensatur more consuetu-to, deindē Papa dicit. Credo in vnum Deū, & plane cum aſſentibus tātum Cardina-libus perficit symbolum, & cū cantatur, Et incarnatus est, cum mitra caput versus ad altare humiliter inclinat, Cardinales autem & alij omnes genuflectunt quo usque dictum fit & Homo factus est, quo dicto omnes sur gunt & ſedent. Diaconus verò cū Subdiacono latino vadunt ad credentiam Papæ, vbi paratus erit vnuſ ſcutifer Diaconicū vaſis & duobus mantilibus pro lauandis & extergendis manib⁹, quibus lo-tis ad altare redeunt, vbi per ſacrifitam Pa-pæ porrigitur eis quādam tobalea fericea, quam super altare explicant, deindē Subdiaconus vadit ad credentiam Sacrifitæ, vbi imponitur ei per ceremoniarium quidam panniculus, ppter hoc cōfectus, qui retrō ad collum ligatur & ſtringitur, vt ante à collo dependeat, & ipsum ad longitudinem brachiorum cooperiat, & accipiens burſam cum corporalibus & ſuper eam hostia-riacum hostijs, & desuper purificatorium omnia discooperta cum debit⁹ reuerentijs ad medium altaris portat, & Diacono latīno apud altare expeſtantī conſignat, qui ea accipiēs ponit ſuper altare verū cornu

epistolæ, simul & purificatorium & hostiam de corporalibus & ibidē prope ponit, extrahit corporalia de bursa & ex explicatin loco suo, bursam verò ponit inter crucem & corporaliam, vel alio cōuenienti loco, vbi non impedit. Interim sacrista de sua credētia dat vni Acoluthorum ampullas vini, & a quæ vacuas duobus velis aureis coopertas, & sub axilla sinistra patenam vnam argenteam, ipse verò Sacrista aureum velum circa collū habens accipit dicta sua credentia calicem cū patena, cū quibus Pontifex est celebraturus, & paruum quoddam coclear aureū super patenā ponit quæ omnia parte dicti veli cooperta præcedentibus duobus seruientibus armorum & sequenti dicto Acolutho ad credentiam Papæ defert, vbi cū aqua, de qua credentiarius primū probat faciat, mundat ac tergit, calicem, patenam, coclear, ampullas & paterā, deindè implet ampullas vino & aqua, & ex ampullis dat credētiarijs in vnam eorum paterā, vt faciant credentiā siue probam, & restituit ampullas & pateram Acolutho, qui eas portauit, quas vt priùs cooperit, & paterā, sub ax illa ponit, Sacrista verò cū calice, patena & cocleari coopertis, vt venit præcedentibus dictis duob. seruientibus armorū & Acolutho vadit ad cornu epistolæ altaris, & ponit omnia

omnia in dicto cornu super altare. Et Diaconus latinus accipiens tres hostias ex hostiaria ponit eas ordinatim super patenā, siccq; Papam expectant. Finito Credo Papa deposita mitra surgit & dicit Dominus vobiscū, & Oremus, & lecto Offertorio sedet, reponitur sibi mitra, & per Diaconos assistentes extrahuntur ei annuli & chyrotecæ, & Papa abluit manus ordine consueto, quibus lotis reponuntur ei annuli per Diaconos assistentes, vbi priùs erant, & Papa descendit ad altare duobus auditoribus semper fimbrias eleuantibus, vbi Diaconus Euangelij latinus extrahit ei mitram, Interim duo Episcopi assistentes præuenientes Pōtificē ponunt Missale super altare in cornu Euangeli super puluinum. Et Episcopus Cardinalis assistēt dicit quæ sunt dicēda, & ea digito suo Papæ semper ostēdit. Diaconus verò Euangeli latinus accipit hostiam vnam de tribus, quæ sunt super patenam, & cum ea alias duas hostias tangit & eā dat Sacrifice comedēdam, deindè accipit aliam hostiam de duabus quæ remāserant & cū ea tangit patenam, & calicē per totū intus & extra, & similiter dat eā Sacrifice comedendā, posthęc de ampullis vnum & aquam in patera dat Sacrifice pregustandum, & deindè accipiens patenam cum hostia eam dat in manib⁹

SACRARVM CERIMONIARVM

Papæ, qui illam Deo offerens dicit. Suscipe sancte pater &c. Tunc idem Diaconus ponit vinum in calice ad sufficientiam pro tribus: Subdiaconus verò latinus accipit cocle ar prædictum, super quod Sacrista imponit aquam ex ampulla, & Subdiaconus inclinatus versus ad Pontificem dicit. Benedicite, & benedictione accepta simul cum Diacono latino infundit in calicem, quem Diaconus dat in manus Papæ & simul cum Papa calicem tangens illum offerunt dicentes. Offerimus tibi Domine &c. Et Papa ponit eum super corporalia cum eo signum Crucis faciens, quem mox Diaconus palla cooperit, Subdiacono verò latinorum per ceremoniarium imponitur quoddá velum circa collum, retento etiam panniculo, quem priùs habebat, & patena in manu dextra, & dicto velo cooperitur, cum qua post Papam vadit, & ibi stans permanet usque circa finem pater noster. Interim unus Acoluthorum cum thuribulo & nauicella accedit ad cornu epistolæ altaris, & cum Papa dixerit Veni sanctificator &c. offert nauiculam Diacono latino, & thuribulum Papæ, qui imponebit incensum dicēs. Per intercessionem &c. Deinde Pontifex accepto thuribulo de manu Diaconi incensat primo oblata Diacono pedem calicis tenente, deinde altare more con-

LIBER SECUNDVS.

197

re consueto, & demum in cornu epistolæ reddit thuribulum Diacono, & accepta mittans ibidè à Diacono incensatur, & mox accendentibus ministris & nobili cum aqua tertio lauat manus ordine consueto. Interim verò Diaconus Euangeli, vt Pótificem incensauit primùm incensat Episcopum, & Diaconos Cardinales assistentes iuxta altare, & Pontificem in suis locis stantes, postea omnes Cardinales, omnes Reges, & magnos principes, n̄ qui adessent, deinde Episcopos assistentes, incipiens ab illis qui de libro & candela seruiūt, alij nanq; post Pótificem inter altare & soliū circulum faciunt, deinde dat thuribulum vni ex Subdiaconis cum superpellicio astanti, qui incenset primò Diaconum Euangeli stantem medium inter alios duos Diaconos assistentes, postea Prelatos omnes paratos, deinde alios more consueto. Finitis orationibus secretis, Pontifex positis ambabus manib. hinc inde super altare incipit cantando. Per omnia secula seculorum, &c. Et cum dicit. Sursum cor da, eleuet aliquantulum manus, & disiunctas teneat, cum dicit, Gratias agamus, altius eleuat, & cum dicit deinde: Deo Nostro, iungit ambas manus ante faciem, & caput deuotè inclinat, deinde iterum disiungit manus, & disiunctas tenet usque ad finem præ-

re con-

Bb 5

fatio-

SACRARVM CERIMONIARVM

fationis, qua finita iungens iterū manus ante pectus dicit. Sanctus &c. Clerici vero capellæ in tempore accédunt octo intorticia, quæ per Ceremoniarium dantur Acoluthis Apostolicis; & ipsis deficientibus Auditoribus, quæ ipsi post Episcopos absentes per ordinem stantes accensa tenent usque post communionem Pontificis, & omnium aliorum à Pontifice se communicantium. Cum eleuatur Sacramentum posito per aliquem incenso acoluthus incéfat more confueto, post eleuationem autem Sacramenti mox sacrificia cum velo circa collum, ut supra, accipit calatum quandam aureum cum suo stilo, pano sericeo inuolutum manu dextra, & sinistra quandam calicem, quem parte dicti veli à collo pendente cooperit, & præcedēte Acolutho, cui ampullas vini & aqua cooptas, ut prius dederat, & sub una axilla pateram consutam, sub alia vero axilla pateram auream paruam cum ansa præcautibus duobus seruientibus armorum ad credentiam Pontificis vadunt, ubi Sacrifica accepto in una magna patera vino à credentia rijs sibi porrecto, quod antea prægustauerat lauat diligenter, & abluit calicem, calatum etiam, pateram paruam auream, ampullas vero vino & aqua euacuat, & recenti vino & aqua implet, quæ omnia credetarij prælibant.

libant. Et ordine quo venerant reuertuntur. Sacrifica autem omnia super altare ponit in cornu epistolæ. Cum Pontifex dicit Benedicis, & præstas nobis. Diaconus Euangelij latini detegit calicem, & Pontifice dicente Per ipsum &c. signante calicem digitis dextræ manus pedem calicis tenet, & Hostiam super corporalia reposita tegit calicem, & ad suum locum post Pontificem reuertitur. Tum Pontifex positis super altare manibus disunctis incipit cantando. Per omnia &c. Et cum dicit. Pater noster, eleuat manus ante pectus, & eas sic usque ad finem tenet, cū dicit. Et dimitte nobis, Subdiaconus patenam tenens, facta altari reuerentia vadit ad cornu Epistolæ & patenam dat Diacono Euangelij, velum vero ceremonarius super credentiam Sacrificæ reponit. Cum Papa dicit orationem. Libera nos &c. Diaconus Euangelij patenam ipsam tradit Pontifici, qui se cum ea oratione finita signet more consueto, & eam supponat Hostię. Diaconus vero calicem detegat, supra quem Pontifex Hostiam frangat, & particulam illam, quæ in dextra manu restat super Calicem paululum eleuatum tenens dicit cantando. Per omnia &c. Pax Domini &c. Et signat tecum particula super calicem, deinde eam in calice deponit tum dicit submissa voce

Agnus

Agnus Dei. Et cum Pontifex altare deosculatur dicit, Pax tecum. Episcopus Cardinalis assistens osculato priùs altari à Pontifice pacem accipit osculando ipsum in ore, deinde in pectore, simili modo duo Diaconi Cardinales assistentes à Pontifice pacem accipiunt ipsum primò in ore, deinde in pectore osculando, altare aut non osculantur: Diaconus autem Euangelij à Pontifice nunc pacem non accipit, sed postquam ipsum Papa communicauerit accepta pace à Pontifice. Episcopus Cardinalis assistens præcedente ceremoniario defert pacem alijs Cardinalibus, Regi & nobilissimo cuique, si adsumt ordine suo, deinde primo Episcopo assistenti videlicet ei, qui de libro seruit, qui alijs pacem subministrat, post hæc vni ex Subdiaconis in superpellicio, qui pacem prosequitur Prælatis paratis cum vicecamerario, si sit Protonotarius, & alijs more consueto, postquam Pontifex pacem dedit Episcopo & Diaconi Cardinalibus assistentibus capite discooperto ascendit ad secundem eminentem, quem sequuntur Episcopus & Diaconi Cardinales præfati: & alijs Episcopis assistentes cum libro & candela accensa, & ibi stans capite detecto & inclinato Pontifex versus ad altare alijs Cardinalibus & Episcopis assisténtibus in locis, & officiis suis mi-

suis ministratibus Diaconus Euāgelij apud altare detecto capite patenam cum Sacramento reuerenter accipiēs & ambabus manibus tenens eam in altum usque ad oculos eleuat. Et primò vertit se à latere suo dextro videlicet epistolæ usque ad medium circulum, id est ut eius renes sint ad altare, & per eandem viam reuertitur ut priùs erat, secundo à sinistra parte usque ad medium deinde procedens versus cornu dextrum videlicet Euāgelij, ubi Subdiaconus expectat genuflexus patenam cum Sacramento summa reuerentia ei tradit, & mox Subdiaconus surgit, & Diaconus genuflectit quo usque Subdiaconus discedat, & portet Sacramentum ad sinistram manum Papæ altero Ceremoniarium eius fimbrias attollente, & Pontifex aduenienti Sacramento profundè se inclinat & illud reuerenter adorat, cū Subdiaconus peruenit ad Pontificem, stet ad eius sinistram erectus, et non genuflexus. Diaconus verò accipiens Calicem diskopertum ex altari eo modo se vertit, ut de patena fecerat, inde accedit cum calice ad Pontificem ad dextrum eius latus. Ceremoniarius similiter ei fimbrias leuat, tunc Papa dictis orationibus opportunis sumit vnam partē corporis Domini Subdiacono continuò patenam tenente, aliam verò partem in duas

in duas partes diuidit pro Diacono & Subdiacono. Interim sacrifusta velum circa collum tenens, ut supra accipit calatum aureum in sinistra, & Calicem de quibus supra diximus velo coopertos in dextra, & antecedente Acolutho ampullas vini, & aquæ coopertas portante, & sub eius axillis duas pateras super predictas tenente, accedunt ad Pontificem, cui Episcopus Cardinalis assistens capiens calatum prædictum illum discooperit, & vino ex ampulla cù stilo intus mūdat super calicem, quem ad huc tenet Sacrifusta, deinde vinum infundit in pateram argenteam imponens modicum de aqua, ex alia ampulla, & dat Sacrifastæ pro credentia. Et cum Pontifex corpus Christi sumpserit Episcopus Cardinalis porrigit ei calatum, quem Papa ponit in Calice in manibus Diaconi existente, & sanguinis partem fugit, residuum cum particula hostiæ dimitit pro Diacono & Subdiacono. Tunc Diaconus Calicem dextratenens, & calatum sinistra, quem tamen de Calice non extrahit stans inclinato capite Pontificis manum dextram exosculatus reuerenter ex eius manibus de corpore Christi communicat. Item osculata Pontificis facie cum calice, calamo, Sacramento ad altare reuertitur, & calamo in sinistro cornu stans sanguinis partem fugit. Interim Subdiaconum

L I B R E R S E C V N D V S. 200
 num coram se genuflexum, & eius dextram prius deosculatum Pontifex de residuo corporis Christi communicat, & simpliciter ei osculum pacis donat, qui ad Diaconum cum patena eleuata ad cornu altaris accedens, & ipse de sanguine cum calamo fugit, cum primò diligenter patenam super calicem excusiterit, curaueritque ne aliqua particula in ea remaneat sacramenti, ac unus eorum particulam in Calice existentem ad labia Calicis retrahit, & eam sumit. Imposito dcindè in Calicem vino albo se purificant & Calicem ad credentiam Sacrifastæ restituunt. Cum prium verò Pontifex Subdiaconum cōmunicauerit, Episcopus Cardinalis assistens imponens ex ampulla vinum in calicem, quem Sacrifusta portauit dat Papæ ad purificadum. Quo purificato Sacrifusta cù Calice illo, & patera argenta ad credentiâ suam redit & prior presbyterorum Cardinalium ampullam vi ni manu dextra, & paterâ auream manu sinistra ab Acolutho accipiens Pôtificis digitos super dictâ paterâ vinum effundêdo abluit & redditâ Acolutho ampulla paterâ cù vino ad altare reportat, cōsignatq; ministris & ad locum suum redit. Episcopus verò Cardinalis album panniculū, qd' purificatoriū appellant, sibi ad hoc à Sacrifasta assignatum Pont. tradit cum quo digitos tergit, deinde Acolu-

Acolutho illud restituit cū ampullis ad credentiam sacrificæ reportandum. Pontifex autem facta purificatione mitram accipit, & sedes quartò lauat manus ordine supradicto nobiliori aquam ministrante. Interim duo primi Episcopi assistentes præcedunt ad sinistrum cornu altaris cum libro, puluino, & candela, & Pōtífex loris, terfisque manibus surgens descendit à sede eminenti ad altare ubi ante gradum inferiorem deposita mitra per Diaconum Euangeliū accedit ad altare, osculatur illud in medio, vadit ad cornu Epistolæ, ubi liber paratus est, & dicit post communionem, tum redit ad medium altaris, & illo osculato versus ad populum stans dicit. Dominus vobiscum, & interea dum respondetur, Et cum spiritu tuo vadit ad librum, ubi dicit. Oremus, & orationem, qua in totum finita cum responderetur Amen, reuertitur ad medium altaris, illud osculatur, & iterum ad populum dicit. Dominus vobiscum, & responso dato. Et cum spiritu tuo, Diaconus Euangeliū stans post Papam medius inter duos Cardinales assistentes cantat. Ita missa est, versus ad populum, vt Pontifex. Interim Subdiaconus nō Episcopæ sed alius accipit Crucem, & eam portat ante Pontificem inter ipsum & populum. Responso Deo gratias: Pontifex stans inclinato capite in me-

te in medio altaris dicit. Placeat tibi &c. Quo dicto benedicit populo solenniter dicens. Sit nomen Domini benedictum &c. Data benedictione per Pontificem Episcopum Cardinalis assistens ad sinistram Pontificis versus ad populum pronunciat indulgētias sub his verbis. Sanctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dominus. N. diuina prouidentia Papæ octauus dat, & cōcedit omnibus hic presentibus plenariam indulgentiam, vel tot annos, & totidē quadragenas de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta: Orate Deū pro fœlici statu suæ sanctitatis, & sanctæ matris ecclesiæ. Interim dum indulgentia huiusmodi pronunciatur, Diaconus Euangeliū extrahit Papæ palliū, & illud supra altare reponit. Cardinales etiā, & Praelati omnes paramēta sua deponunt & consuetum habitum accipiūt. Pontifex verò sic paratus ad palatium reuertitur cum baldachino associatus à Cardinalibus in cappis, Diaconi tamen parati ex decenti more deberent comitari Pontificem Missalibus indumentis adhuc paratum usque ad cameram suam. Et nota quod hac die Domini Diaconi Cardinales, & omnes alii officiales Papæ non sacerdotes debent communicare de Sacramento altaris.

SI pontifex hoc die traditurus est ensem cum pileo alicui Principi vel nobili in Romana curia præsenti si illum in matutinis non dedit, finita Missa Pontifex ascendit sedem suam eminentem, coram quo genuflectit Princeps vel nobilis circumstantibus Dominis Cardinalibus, & tenente ante Pontificem uno ex clericis cameræ ensem cum pileo prædicto. Pôtifex eum alloquitur hoc modo (Confueuit hoc aliquando fieri in camera Papæ, postquam ipse fuit paratus in corona Cardinalium) Solent Romani Pontifices in præclara natalis Domini celebritate &c. vt suprà in benedictione ensis.

His dictis Pontifex tradit ensem cum pîleo Principi, vel nobili prædicto, qui illis acceptis Pontificis pedem osculatur deuotè, & gratias agit, tum ensem cum Galero humili modi tradit vni ex familiaribus suis, ipse autem in ordine, & loco suo vadit ante Pontificem, & ipsum usque ad cameram Papagalli comitatur præcedente semper immediatè ante eum illo, qui ensem cum pileo portat. Deinde deduci debet nobilis ipse ab omnibus Prælatis palatijs & familia Papæ, & ab oratoribus, & baronibus urbis, ac alijs nobis-

nobilibus amicis suis usque ad domum habitationis suæ hoc ordine. Primò equitabunt familiares, & curiales omnes in breuibus, deinde scutiferi Papæ, quos sequuntur barones Romani, & oratores, deinde Comites, & Duces, si qui sint, post hos seruientes armorum, & post eos ensem cum pileo gestans, quem immediatè sequitur ille, cui datus est ensis medius inter duos seniores Prælatos palatijs, deinde sequentur alij Prælati palatijs, & Prælati oratores, & alij successiue, cubicularijs, & alij Capellani, et togati. Cum deductus ipse domum peruererit, ibidem in loco conuenienti se firmet deducentes versus & capite detecto agat gratias linguis prælatis illis cum ante ipsum equitant recedentes caput inclinando, & post recessum omnium Prælatorum caput tegat, & domum suam intret, & recedat omnes. Ordo prædictus obseruatus fuit in die Nativitatis Christi anni millesimi quadringentesimi octuage simi quinti Pontificatus Domini Innocentij Papæ octaui Anno primo, qua per præfatum Pontificem ensis cum pileo datus fuit Illusterrimo Domino Francisco de Aragonia filio quarto nato Ferdinandi Siciliæ regis ad præstandum obedientiam nomine Regis genitoris sui Summo Pontifici cum quibusdam alijs Prælatis,

& Dominis Romam misso, qui in matutinis cum ceremonijs prædictis cantauit quintam lectionem, & finita Missa deductus fuit de palatio per Prælatos palatij, & alios curia cubicularios, & scutiferos Papæ, ac Ducem Amauitanum, Comites Morcouij, & montis Agani, oratoresque quām plures usque ad palatium Vrsinorum in campo floræ, quod Reuerendissimus Dominus Ioannes de Aragonia Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis eius germanus secundo natus, ad cuius dextram ipse Dominus Franciscus continuo equitauit, inhabitabat. Si vero enīs prædictus daretur alicui Regi in curia presenti, deduci debet ab omnibus Cardinalibus & tota Romana curia. Si vero cui enīs dandus est, in curia non est, clericus cameræ qui eum ad Missam ante Crucem portauit, eodem modo & ordine eum finita Missa reportat ad palatium Papæ usque ad cameram Papagalli.

*DE VESPERIS IN VIGILIA
Natunitatis Christi Papa in crastinum non celebraturo.*

Si sanctissimus Dominus noster in die Nativitatis Christi non celebraret: Vel peris tamē & Missæ interesse vellet, Vesperæ hoc

re hoc modo dicūtur. Hora cōpetenti Pa-paindut^r in camera papagalli amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albo, & mitra precciosa venit ad capellam more consueto, orat ante altare mitra deposita. Finita oratione, surgit & reassumpta mitra ascendit ad solium, ubi sedens recipit Cardinales ad reuerentiam, deinde deposita mitra surgit, & stas versus ad altare secretè dicit. Pater noster. Quo finito alte incipit: Deus in adiutorium: & cum incipitur Psalmus sedet, & accipit mitram, & omnes alij fedēt. Prior presbyterorum Cardinalium incepto psalmo vadit ad scabellum, & assistit Pontifici, & sic omnes sedēt usque ad capitulum. Cum incipitur capitulum, Papa surgit cum mitra & omnes alij surgunt. Cum incipitur hymnus, extrahitur mitra Pontifici, qui stat usq; ad inchoationē antiphona ad Magnificat. Interim dum hymnus dicitur unus Acoluthorum extra cancellum capellæ dimittit cappam, & capit superpellicium & redit ad capellam stans cū clericis ceremoniarum. Incepcta antiphona ad Magnificat Papa sedet, accipit mitrā: Acoluthus superpellicio induitus accedit ad Pontificē cum thuribulo & nauicella, & presbytero Cardinali assistente ministrante Pótifex ponit incensum more consueto. Interim duo ex auditorib^r pre-

ueniunt ad altare, & hinc inde stantes eleuant anteriorem partem superioris mappæ altaris, & illam plicant vsq; ad medium vel circa. Cum incipitur Magnificat, Papa cum mitra ascendit ad altare duobus auditoribus fimbrias eleuātbus, & Cardinalibus atq; Episcopis assistentibus auditore ad mitra seruiente, & secretis cubicularijs ipsū comitatisbus. Cū Papa peruenierit ad altare in medio deponitur ei mitra, & assistēs presbytero Cardinalis ministrat Papē thuribulum. Papa incensat more solito altare: Incensato altari Papa reddit thuribulū presbytero Cardinali qui dat Acolutho: accipit mitram & reddit ad folium, in quo stans cū mitra incensatur per presbyterum Cardinalem stantem ante gradus solij, deinde Acoluthus incēsat presbyterum Cardinalem, & alios duos assistētes & successiū omnes Cardinales alios & alios in capella existētes more solito. Cū pri mūm verò Papa recedit de altari, illi duo auditores mappam altaris vt prius erat, explcant, alij duo fimbrias Papæ eleuāt vsque ad folium. Interim cū dicitur Magnificat duo alij acoluthi extra cancellum capellæ dimis cappis, superpellicijs induuntur, redeunt ad capellam & cum ceremoniario se locant. Fnita antiphona ad Magnificat præcedente ceremoniario duo Acoluthi præfati cum cā delabris,

delabris, & candelis accedunt ante gradu^s solij Papæ medium inter se habentes clericū ceremoniarum. Papa surgit, & deposita mitra dicit. Dominus vobiscū quasi versū ad altare: Oremus. Interim accedunt ante Pontificem duo primi Episcopi assistentes, primus cum libro, alijs cum candela, & Papa dicit orationem: & cum dicit in fine orationis, Per omnia secula seculorum, illi duo Episcopi assistentes cum libro, & candela ad suum lōcum reuertuntur, cū Papa dicit. Dominus vobiscum secundō Acoluthi factis solitis reuerentijs reuertūtur ad altare, vbi cādelabra ad suum locum reponūtur. Interim vñus Subdiaconorū accipit Crucem, quam portat ante Pontificem, finito Benedicamus Domino Deo gratias Papa stans dat benedictionem dicens. Sit nomen Domini, &c. & non indulgentias, Papa benedicente vñus Protonotariorū genuflexus suprà scabellum ante Pontificē tenet auriphrygium sinistri lateris pluialis Papæ in transuersum ante vmbiculum Pōtificis. Pōtifex data benedictione sedet, accipit mitram, & vadit ad faldistorium, vbi genuflexus orat cum mitra, surgit, & reddit ad camerā auriphrygiū pluialis hinc inde Diaconi assistentes portant nunc & in omnib. solenitatibus, alijs verò dieb^o aliquis

SACRARVM CERIMONIARVM
ex Protonotarijs Apostolicis auriphrygij
fimbrias simul iunctas à latere Pontificis de-
fert, fimbrias verò posteriores aliquis prin-
ceps, vel nobilis ex laicis.

D E M I S S A I N D I E N A T L
*uitatis Christi Papa presente non
celebrante.*

IN die nativitatis Christi Pontifice non ce-
lebrante vnus Episcoporum Cardinalium
rein diuinam peragith hoc ordine, hora com-
petenti perueniet ad Ecclesiam, seu capel-
lam Cardinalis celebraturus, & parame nta
accipiat eo ordine, vt suprà in prima Domi-
nica aduentus est expressum, sic paratus Pó-
tificis aduentum expectans. Pontifex autem
paratus in camera papagalli amictu, alba,
cingulo, stola, pluiali, & preciosa mitra ve-
nit ad Ecclesiam seu capellam. More con-
sueto orat, facit cōfessionem, fit ei reueren-
tia & alia obseruantur, prout suprà in prima
Dominica aduentus est expressum, finito à
cantoribus vltimo Kyrieleyson, celebrans
deposita mitra stans versus altare dicit, Glo-
ria in excelsis Deo, & Cardinales cum Pon-
tifice perficiunt, Et in terra pax &c. Et nota
quòd quandò dicitur Gloria in Missa, Car-
dinales cum dixerint introitū & Kyrieley-

son

L I B E R S E C V N D V S. 205
son cum Papa, non recedunt de circulo sed
expectant quousque per celebrantem incipi-
atur Gloria, & cum Pontifice hymnum
angelicum perficiunt, deindè factis reue-
rentijs reuertuntur ad sedes suas, & Ponti-
fex sedet cum mitra. Idem facit celebrans
postquam & ipse compleuerit cum suis mi-
nitris hymnum, & cum Pontifex federit fi-
nito à cantoribus Gloria: Surgunt omnes,
& celebrans deposita mitra stans versus ad
populum dicit Pax vobis: Deindè ad de-
xtram versus ad altare Oremus, & oratio-
nem, quæ vnica est, cum in euangilio dici-
tur: & verbum caro factum est, Papa cele-
brans, & omnes alij genuflectunt. Finito E-
uangilio celebrans stans sine mitra versus
ad altare dicit Credo. Interim Papa oscula-
tur librū Euangeliorum, incensatur, & Car-
dinales veniūt ad circulum, non fit sermo.
Alia omnia fiunt vt in prima Dominica ad-
uentus est expressum excepto Benedicā
Domino, Diaconus versus ad populum di-
cit: Ite Missa est, quo dicto celebrans cum
eo vertitur ad altare, & dicit in medio altaris
capite inclinato Placeat &c. Interim Ceri-
monarius petit à Pontifice indulgentiam,
quam celebranti notificat. Papa dat bene-
ditionem more consueto. Interim cele-
brans stans in cornu epistolæ detecto ca-

Cc 5 pite

pite versus ad Ponitificem data benedictio.
ne versus ad populum pronunciat indulge.
tias dicens: Sanctissimus in Christo pater &
Dominus noster, Dominus N. diuina pro
uidentia Papa x. dat & cōcedit omnibus hic
præsentibus septem annos, & totidem qua.
dragenas de vera indulgentia in forma Ec.
clesiae consueta , orate Deum pro subli.
mi statu suæ sanctitatis & sanctæ matris Ec.
clesiae. Tunc versus ad altare illud in medio
osculatur dicens. Dominus vobiscū. Sequen.
tia sancti Euangeli, vadit ad faldistoriū sine
mitra, vbi exiuitur à ministris omnibus sacris
vestibus, accipit cappam, & vadit in pace.
Interim etiam Pontifex ad cameram suam
reuertitur. Quod si Pótifex ab Ecclesia, vel
capella recederet anteq̄ celebrās sacras ve.
stes deposuerit, debent duo sui ordinis Car.
dinales ipsum expectare & extra ecclesiam
deducere.

*DE VESPERIS VIGILIAE**Natuitatis Christi Papa absente.*

Si verò Pontifex maximus infirmus aut
alias impeditus vesperis huius vigiliæ et
missæ dici interesse non posset, hoc ordine
peragit officium, pro vesperis Episcopus
Cardinalis craftina die celebraturus præue
nit ad Ecclesiam, & facta oratione ante alta.
re sedet in faldistorio in conuenienti loco

præ.

præparato, Diaconus capellæ aut aliis assi.
stens, & ministri, seu capellani ipsius Cardi.
nalialis vscq; ad numerum nouem omnes sunt
induti coctis. Pótifici sacra facturo státi ante
faldistorium per scutiferos exiuitur cappa,
& per assistentē capellæ & alios capellanos,
sine ministris induitur amictu, alba, cingu.
lo, cruce, pectorali stola, quæ pendeat à spa.
tulis, pluuiiali, & mitra preciosiss, ac annulo
pontificali, paramenta omnia per ministros
ex altari ordinate portantur, sic indutus Pó
tifex expectat aduentum Cardinalium, de.
inde obtenta per ceremoniarium à Reueré.
disimis dominis Cardinalibus de inchoan.
dis vesperis licentia, defrahitur per capella.
num de mitra seruientem illi mitra, qui sur.
git, & versus ad altare dicit secrete: Pater no.
ster, quo finito alte incipit, Deus in adiutori.
um. R. à catoribus Domine ad &c. Incep.
to psalmo sedet in faldistorio & mitra ei impo.
nitur. cū incipitur capitulū surgit stat cum
mitra versus ad altare, finito capitulo extra.
bitur ei mitra, & stat sine ea vñq; ad finem
hymni versus vt erat, cum incipitur antiphona
ad Magnificat, sedet celebrans, imponit
ei mitra, & ceremoniarius accepto thuri.
bulu cū nauicella accedit ad celebrantem,
qui ministratē assistente imponit incensū in
thuribulū more consueto, & cum incipitur

Magni-

Magnificat, cum mitra surgit, & factis reuerentijs Cardinalibus vadit ad altare, ante cuius infimum gradum deponitur ei mitra, & facta reuerentia altari ascendit & illud in medio osculatur, accipit deinde thuribulum de manu assistentis, & incensat altare more consueto, quo incensato imponitur ei mitra & reddit ad faldistorium factis priùs altari & Cardinalibus consuetis reuerentijs. In faldistorio stans cum mitra incensatur ab assistente, dcinde deponitur ei mitra, & assistens precedente ceremoniario celebranti facta reuerentia & altari incensat Cardinales per ordinem Episcopos, & presbyteros, deindè Diaconos, postmodum alios more consucto. Finito Magnificat celebrans se det & imponitur ei mitra, finita antiphona post Magnificat deponitur ei mitra & stans ante faldistorium versus ad altare dicit Dominus vobiscum, & orationem diei conuenientem. Interim duo capellani medium inter se habentes capellanum librū tenentem stantes versus faciebus ad celebrantem duo candelabra tenente cum faculis ardentibus usque ad finem orationis, & cum replicatur post orationem Dominus vobiscum, inde descendunt, & ceremoniarius candelabra ad sua loca reponit. Dicto Benedicamus, & cæte imponitur celebranti mitra, cū qua

qua facta reuerentia Cardinalibus & altari vadit ad medium altaris stans versus ad altare dicit. Sit nomen Domini, &c. & benedicit more solito, & non dantur indulgētiae. Data bennictione factis reuerentijs vt supra cum mitra reuertitur ad faldistorium, exiuit ornementis, quæ super altare reponuntur, induitur cappa & ad domum reddit.

DE MATVTINIS NATIVITATIIS Cristi Papa absente.

CVm verò Sæctissimus Dominus noster in hac nocte ad matutinas non venit, hora competenti Cardinalis primam missam celebraturus in sua cappella consue ta accedit ad faldistorium iuxta altare in loco modo suo consueto præparatum habet penes se nouem capellanos coctis indutos, ubi cum aliquātulū quieuerit per Ceremoniarium impetrata à Reuērendis. Dominis Cardinalibus licentia incipiendi, Cardinalis officium faciens surgit, & detecto capite stans versus ad altare dicit secrete Pater noster, Deindè alte, Domine labia mea aperies &c. R. Et os meuni, &c. Deus in adiutoriu. Ref. Domine ad adiuuandum, &c. & stat capite aperto quo usque perficiatur in uitatorium, psalmus, & hymnus, incæpto primo psalmo sedet, similiter faciunt omnes alij Car-

Iij Cardinales prælati ac officiales, cum dicetur psalmus tertius primi nocturni, ceremoniarij vadant ad medium chori inter se des Cardinalium presbyterorum & Diaconorum, ybi pulpiture locant & librum de super, deinde redeunt ad locum suum, finito versu primi nocturni celebraturus Cardinalis surgit & aperto capite stans verso vultu ad altare dicit altè, Pater noster quod secretè perficit, deinde dicit altè, Et ne nos. Respon. Sed libera. Exaudi, &c. Interim Ceremonarius candelam ceream accendit, quam & pulpito affigit & vnum ex cantoribus cum reuerentijs consuetis ad pulpitum dicit, ybi finita absolutione cantor ipse versus ad celebraturū inclinato capite dicit altè, Iube Domine benedicere, & benedictione accepta cantat lectionem, qua finita cum dicit, Tu autem Domine, genuflectit versa facie ad altare, deinde ad locum suum reuertitur. Eodem modo fit in omnibns lectionibus & nocturnis, celebrans primam, quartam, & septimā. Benedictionem dat stans nudato capite quo usq; dicitur, Et reliqua, tunc sedet, nouam lectionem cārat ipse celebraturus stans ante faldistorium, & versa facie ad altare, cancellanus autem suus assistens in superpellio tenet ei librum, cum dicit, Iube Dominus bene.

ne benedicere, stat inclinato capite versus ad primū Cardinalē in choro præsentē, qui dat benedictionē, finita lectione statim celebraturus ipse incipit cantando: Te Deum laudamus, cātoribus prosequentibus vsq; ad finē, &c. Interim paratur ipse omnibus ornamētis pro Missa, vt moris est. Notatum quod cōmodius est quando incipitur Tertius nocturnus, vt celebraturus capiat sandalia, & dicat psalmos: Quā dilecta, &c. & ita sēpius obseruatū est, finito Te Deū celebraturus indutus omnibus paramētis, vel si omnibus adhuc indutus nō est, in illis quibus tunc indutus est astatibus duobus ministris cū candelabris hincinde dicit versus ad altare stans ante faldistorū sine mitra Dominus vobiscum: Oremus, & orationem, iterū Dominus vobiscum & cantores dicunt. Benedicamus.

DE PRIMA MISSA NATIVITATIS Christi Papa absente.

Dicto à cantoribus Benedicamus Domino, Deo gratias celebraturus induitus omnibus p̄amentis accedit ante superiores gradus altaris cum mitra, ybi facit reuerentiam Cardinalibus, deinde detrahitur sibi mitra, facit confessionem, cantores dicunt Introitum, celebraturus accedit ad

dit ad altare, osculatur illud & librum, incensat altare, & alia facit ut moris est, postquam Missa dat benedictionem, & non denunciat indulgentias.

SI PAPA IN NOCTE NATIVITATIS PERSONALITER CELEBRAT.

Si autem in hac nocte Summus Pontifex vellet celebrare, omnia seruantur, quae in Missa Papali supra descripsimus, nisi quod communicaret in altari ipse solus, & non in sede eminenti, & non sigeret sanguinem cum calamo sed more communi, & non se purificaret, quia est celebratus tertiam missam, in qua comunicat in sede eminenti & ministros. Item si vellet secundam Missam celebrare immediate non deponeret sacras vestes, sed dictis laudibus ea solenitate, quae vespere cantari solent, inciperet secundam Missam. Tres presbyteri venirent obuiam, & alia omnia consueta seruarentur, sed comunicaret in altari solus, ut de prima diximus.

DE LAUDIBVS ET SECUNDA MISSA PAPA ABSENTE.

Finita Missa recedunt omnes, & dicuntur laudes per cantores, & secunda Missa per Sacrificium, & alia prout supra dictum est.

DE TERTIA MISSA IN DIE NATIVITATIS CHRISTI PAPA ABSENTE.

Cardinalis Episcopus in die Nativitatis Domini Papa absente tertiam Missam celebraturus praevenit ad Ecclesiam, orat, &c. prout supra de Missa in praesentia Papa celebranda dictum est. Debent autem esse paratae in credentia lanceæ duæ pro lotione manuum argenteæ, tamen non inauratae quibus manus abluantur. Et scutifer aquam dans factis reverentijs Cardinalibus & altari genuflexus coram celebraturo facit credentiam, deinde dat aquam ut supra. Induitur celebratus omnibus paramentis Pontificalibus, & alia fiunt prout supradictum est. Induto celebraturo postquam Cardinales congregati fuerint, petita ab eis licentia surgit de faldistorio cum mitra, & eundo versus medium altaris extrahitur ei mitra per capellatum de ea seruientem, qui sead partem retrahit, celebrans vero facta reverentia altari dicit confessionem, &c. & imponitur ei manipulus, ut supra in alia Missa dictum est, ascendit ad medium altaris, & osculatur illud, deinde librū Missale ut supra anteponit, deinde Diacono ministrante incensum, postmodum desuper signum Crucis faciens incensat altare.

re, vt suprà quo incensato iraponit ei mitra, incensatur in cornu epistolæ à Diacono, deinde cum mitra facta reuerentia cruci vadit ad faldistorium deponiturq; ei mitra & stans versa facie ad altare dicit Introitum & Kyrieleison vno ex suis capellanis librum tenente, deinde sedet & imponitur ei mitra vt supra dictum est in alia missa per totum usque ad finem Epistolæ, qua finita Subdiaconus librum clausum ante pectus suum tenens vadit ad celebrantem, & genuflexu ponit librum super eius genua & manum illius supra librum positum osculatur, & surgens libro Epistolarum deposito tenet Missale celebranti vt supra, interim dum dicitur alleluia, & Diaconus dum librum Euangeliorum supra altare posuerit, ceremoniarius cum thuribulo & naucella vadit ad celebrantem, qui ministrante Diacono imponit incensum, & signat vt suprà. Ceremoniarius autem tunc dat vni ex capellanis celebrantis thuribulum in dextram & nauicellam in sinistram & duo candelabra cum luminaribus de credentia vel altari duobus alijs capellanis eiusdem. Diaconus verò interea ad altare vadit, de quo librum accipiens & ipsum ante pectus tenens ante altare genuflexus dicit. Iube Dñe benedicere, & benedictiōe accepta

pro-

procedit ad lectionem euangelij ordine suscipiendo, finito euangelio factisq; reuerentia reuertitur ad celebratē. Subdiaconus portat deosculandum librum euangeliorum apertum celebrati & Diaconus illū incusat, & mox celebrans versa facie ad altare dicit credo, &c. quo finito deposita mitra surgit, & versus ad populū dicit, Dñs vobiscum. Tunc vertens se ad dextram ad altare dicit oremus & offertorium, sedetq; & deponitur ei annulus & chyrothecæ, lauat manus &c, vt supra, surgit deinde & cum mitra vadit usque supra gradus altaris & facta reuerentia Cardinalib. procédit ad medium altaris, ubi deponitur & mitra, & alia facit vt supra, & ministrantibus Diacono, & Ceremoniario imponit incensum benedicens & incensans vt supra, qui deinde incensatur à Diacono, & successiū Cardinales incensantur ordine suo, & alij vt supra. Dicto Agnus Dei assistēs celebratis dimisso libro in manibus Diaconi venit ad manum dextram celebratis & ibi ante altare genuflectit, surgit, osculatur, & pacem à celebreitate accipit, quam dat postmodum primo Episcopo, primo presbytero, & primo Diacono Cardinalib. successiū alijs vt supra. Et cum viderit celebratē sumpfisse purificationē, dat Pacem ceremoniario, qui perficit cursum suū, & alia

Dd 2 fiunt

SACRARVM CERIMONIARVM

fiūt vt supra. Dicto post orationes Dominus vobiscum per celebrantem, & Ite Missa est per Diaconum, celebrāns dicit Placeat tibi, &c. quo dicto imponitur ei mitra & benedicit solenniter dicens more consueto: Sit no men Domini, &c. Et demum conuersus ad populum pronunciat indulgentias per Pa pam concessas. Deinde ad sinistram manum se vertēs ad altare osculatur illud in medio, & facta reverentia Crucis deinde Cardinalibus cum mitra ad faldistorium reuertitur di cendo Euangeliū sancti Ioannis, & alia quæ sunt dicenda. Interim sacris vestibus exiuit, vt supra.

DE DIE SANCTI STE phani.

IN die Sancti Stephani Protomartyris of ficiūm peragit presbyter Cardinalis in paramentis rubeis more solito: dicitur O ratio diei sub sua conclusione, deinde etiam dicitur oratio pro commemoratione de Nativitate Domini etiam sub sua cōclusio ne, & fit sermo.

IN FESTO SANCTI IOAN nis Euāgelistæ.

IN die Sancti Ioannis Euāgelistæ celebrat presbyter Cardinalis in paramentis albis more

LIBER SECUNDVS.

211

more consueto, oratio diei dicitur sub sua cōclusione, deinde fit cōmemoratio de Na vitate Domini, & Sācto Stephano sub alia cōclusione, & fit sermo his duobus diebus, si Papa celebrat seruit ei pro assistente prior Presbyterorum Cardinalium, & non fit ser mo nisi per ipsum Papam, aut aliquē ex Cardinalibus.

DE VIGILIA CIRCUNCISIO nis & eius festo.

IN Vigilia Circuncisionis Domini fiunt Vesperæ more consueto, ad quas Papa venit albis paramentis. In die celebrat Episcopus Cardinalis in paramentis albis, dici tur tantum una oratio, & fit sermo.

DE VIGILIA EPIPHANIAE Domini.

IN Vigilia Epiphaniæ Domini fiunt Vesperæ Papales, quibus Papa ornamentiis albis paratus interefſe solet. In die Missa more solito dicitur, quam celebrare solet Episcopus Cardinalis in paramentis albis dicitur una Oratio tantum. Et cum Diaconus cantans Euangeliū dicit. Et procedentes adoraue runt eum canta ndo genuflectit, quibus dicitis surgit, & perficit. Simili modo Papa, & omnes alij, & fit sermo.

SACRARVM CERIMONIARVM
DE FESTO PURIFICATIO-
nis Beatae Mariae Virginis

Festum purificationis Beatae Marie Vir-
ginis non habet vesperas solennes pre-
cedentes. In die autem officium peragitur
hoc ordine. Et primò ordinantur candelæ
in loco conuenienti benedicendæ, & distri-
buendæ per illos, ad quos spectat, videli-
cet duo cerei magni ponderis viginti libra-
rum vel circa deaurati, depicti, & alijs minor
etiam pulchrè ornatus ponderis duarum li-
brarum vel circa, quem Pontifex in pro-
cessione in manu portat. Item faculæ cer-
albæ pro Cardinalibus, Regibus, & maxi-
mis principib⁹ ponderis trium librarum
quælibet vel circa. Item faculæ in numero
sufficienti pro oratoribus, & prælatis cere
communis ponderis duarum librarum que-
libet. Itē faculæ vnius libræ in numero suf-
ficienti pro Subdiaconis, auditoribus, cle-
ricis cameræ, Acoluthis, Cubicularijs, Ce-
rimonarijs, Scutiferis Papæ, & alijs offici-
ibus. Item faculæ mediæ libræ in nume-
ro copioso p populo. Ad miscentur etiā cre-
dentiarij Papæ quod in mane ordinent in
loco, vbi candelarum distributio fieri, in an-
gulo super altare vel in alio loco condece-
ti, vasa & aquam pro lauandis manibus Pa-
pæ cum mantili & gremiali, ac medulli-

LIBER SECUNDVS.

212

panis, præparent etiam clerici capellæ in
loco conuenienti duo candelabra & cum
luminaribus vas aquæ benedictæ cum af-
feriorio, & thuribulum cū nauicella. Item
paret baldachinum pro supplicatione ha-
benda pro Pontifice. Deinde hora congru-
enti Papa induitus amictu, alba, cingulo, sto-
la, pluuiali rubro, & mitra simplicibus ve-
nit ad capellam vel Ecclesiam, vbi candelæ
sunt benedicendæ. Et facta oratione ante al-
tare, cum federit, Cardinales faciunt reue-
rentiam in capitis consuetis, duo vltimi re-
manent in assiftentia Papæ. Et Diaconi duo
assistentes vadunt ad capiendum paramen-
ta, & illis reuertētibus illi duo vltimi vadunt
ad sedes suas & ibi capiunt paramenta. Car-
dinales alij interim in locis suis, & plati extra
capellam capiunt paramenta violacei co-
loris statuti suo & ordini conuenientia.
Diaconi Cardinales portant planetas pli-
catas ante pectus, quibus omnibus para-
mentis Pontifex benedit candelas mo-
re solito. Solētum quādo Papa benedit,
& distribuit cadelas in parua capella ad eui-
tādā frequentiam, Cardinales & alij officia-
les omnes accipere paramenta & coctas
in camera paramenti, & venire cum Pa-
pa parati sacris vestibus non tamen suppli-
cātum more. Et tūc Cardinales cū paramē-
tis

Dd 4 tis

SACRARVM CERIMONIARVM

tis supradictis faciunt reuerentiam prædictam Pontifici. Papa vero ministrantibus Episcopis librum & candelam & assistentibus duobus Diaconis Cardinalibus more solito stans detracta mitra benedicit candelas versus ad illas submissa voce legendo, dicens: Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo, Oremus. Domine sancte pater, &c. cu[m] quatuor sequentibus pro ut in ordinario. Inceppta quinta oratione per Pontificem vocatur prior presbyterorum Cardinalium, accedit ad Pontificem, cum eo duo Acoluthi superpellicijs induiti unus cum thuribulo & nauicella, alius cum vase aquæ benedictæ, & asperforio. Finita benedictione imponit incensum in thuribulum more consueto, deinde accepto aspersorio de manu presbyteri Cardinalis stans sine mitra aspergit ter. tiò candelas, & deinde incensat ducenster thuribulum, sedet post hæc & imponit urei mitra. Tum prior Episcoporum Cardinalium accedit ad Papam, & accipit duos magnos cereos de manu camerarij, vel eius locum tenentis cui clerici cameræ eos subministrant, & illos dat Domino Papæ cum debitis reuerentijs osculando primo cereum, deinde manum Pontificis, cum P[otes]t[er] P[otes]t[er] eos tangit. Qui cerei deinde dantur ad mandatum Papæ duobus nobilibus, quorum alter

inf.

LIBER SECUNDVS.

213

insignior videlicet vadit ad dextram, alter ad sinistram Papæ, & ibidem stantes ostentent usque ad finem Missæ, post magnos cereos datur Pontifici aliis cereos minor ornatius, quem deinde seruat unus ex cubicularijs cameræ. Et isto vtitur Papa in toto officio. Cum Papæ cerei dantur, cantores incepunt Lumen ad reuelationem. Cereos omnes distribuendos debent ministrare clerici cameræ stantes à loco ubi sunt candelæ, usque ad Papam, & illos dare ad manum Diaconi Cardinalis Papæ assistentis à parte candelarum, qui illas ministrat, & verò Papa accepit suas candelas, duo auditores à credentarijs Papæ mappulam fumentes eam per Cardinales assistentes gremio Pontificis imponunt, & hinc inde genuflexi illam tenent. Et Pontifex incipit distribuere alijs, primò Dominis Cardinalibus secundū ordinem incipiendo à seniore, id est, ab eo, qui sibi cereos dedit, & Cardinalibus officialibus videlicet Vicecancellario, Camerario, & P[otes]t[er]entiaro dat duas cædelas pro quo libet. Celebraturus autem cum primū candiam suam acceperit, vadit ad faldistoriū suum apud altare, & accipit paramenta omnia pro missa consueta, siveque paratus exeat Pontificem more solito. Cardinales cum candelas accipiunt, manum Papæ osculan-

Dd 5 tur,

SACRARVM CERIMONIARVM

tur, deinde genu, alij verò Prelati paratiter ante Pontificem genua flectentes, accepta cedula osculatur genu tatum. Nota quod penitentiarij osculatur pedem tantum, & similiter in Dominica palmaru. Omnes verò alij quicunque sint genuflexi coram Pontifice accepta cedula osculatur eius pedem. Distributio autem fit secundum ordinem consuetum curiae. Ita tamen quod Prelati præferantur parati oratoribus laicis, & clericis non paratis quorumcunque oratores fint, & quibuscumque etiam alijs principibus excepti, qui inter Cardinales seu in plano supremo solij Papæ locum habent. Illi autem statim sequuntur Cardinales auxistentes Papæ, & alios quo scunque Prelatos. Finita distributione portatur aqua ad abluerendas manus Papæ per nobiliorem curia comitantibus ipsum seruientibus armorum, & magistro sacri palati, seu hospiti, quem etiam duo auditores præcedunt, quorum unus mappulam ad tergendum manus portat more confueto. Et portatur cum aqua supra vas ipsum medulla panis pro mundanis manibus Papæ, per creditoriarios, ut supra parata, & prior Episcoporum Cardinalium adiuuat infundentem aquam manibus Papæ, ut consuevit. Lotis manibus accedunt ante Pontificem duo Acoluthi cum cadelabris,

& lumi-

LIBER SECUNDVS.

214

& luminaribus, & deponitur mitra Papæ, q[ui] turgit, & Episcopis assistentibus ex more librum ministrantibus dicit cantando. Oremus, & Diaconus à dextris dicit, Flectamus genua: & omnibus versus altare genua flectentibus alijs Diaconis à sinistris statim continuat, Leuate. Surgunt omnes, & Papa cantat orationem, Exaudi Domine, &cæt. prout in ordinario sub conclusione, Per Christum Dominum nostrum. Quafinita, Papa sedet, & accepit mitram, & priore presbyterorum Cardinalium & Acolutho ministrantibus imponit incensum pro supplicatione more consueto, & cantores incipiunt antiphonam, Cum appropinquaret Dominus. Acceduntur candelæ, & fit supplicatio more solito usque ad locum paratum, unde projectere debet candelas populo. Deinde ad ecclesiæ siue capellam, ubi missa dicenda erit, hoc modo proceditur. Scutiferi Papæ, quos sequuntur alij more consueto, prout supra in die Nativitatis Christi dictum est. Papa, Card. & alij omnes debet proprijs manibus suas cadelas portare ardentes à loco, ubi incepit supplicatio, usq; ad locum ubi misse erit dicenda. Cum autem peruenient fuerit ad locum ubi candelæ per Papam populo sunt p[ro]jiciendæ, manet omnes extra locum suo ordine, & cum Pontifice intrat Subdiaco

nus

nus cum Cruce, & ceroferarij, clericis, meræ ministrantes candelas, Episcopi assi- stentes Papæ, Diaconi assistentes Papæ & Cardinales, qui voluerint intrare pro loci capacitate, cantores apud ostium extra cä- tant, alij Episcopi omnes parati stå hinc in de ordinate extra dictum locum, quo usq; Papa candelas populo proiecerit. Papa ve- nit sub baldachino, quod per nobiliores curiæ more consueto portatur: proiectis candelis processio reuertitur eo ordine, quo venit, vel si alibi celebrandum est quam vbi candelæ benedictæ sunt, proceditur usque ad capellam vbi missa erit dicenda, & officiales & prælati omnes extra cancellum superpellicia & paramieta deponunt, & cap- pas accipiunt, cum quibus intrant capellâ. Cardinales autem intrant cum paramentis, quæ deponunt intus in suis locis, & extin- guuntur candelæ omnes exceptis duobus cereis Papæ, quos illi duo nobiles depu- ti continuo tenent ardentes. Papa cum fu- erit ante inferiores gradus altaris, vbi missa dicenda erit, si in illa capella candelas non benedixit, genuflectit in faldistorio, & de- posita mitra orat more consueto: cum sur- git extrahitur sibi pluuiiale rubrum & stola violacea & accipit stolam, & pluuiiale alba preciosa. Si verò ibidem candelas benedi- cit, quia

cit, quia prius ibi orauit, cum primum ante altare fuerit, deponit paramenta sim- plicia prædicta, recipit alba & preciosa, & ibidem ante altare cum celebraturo Cardi- nale facit confessionem, & incipitur missa, finita confessione accepta mitra preciosa ascendit ad sedem eminentem, non fit ei amplius reverentia & presbytero Cardina- lis iste ministrante imponitur incensum, Cardinales interim veniunt ad circulum, incensatur altare, deinde Papæ qui post di- cit Introitum, & alia more solito. Finito Glo- riâ in excelsis &c. presbyter Cardinalis assi- stit ut moris est. Antequâm incipiatur Euâ- gelium, accenduntur omnes cerei, & per Papam Cardinales & prælatos, & alios omnes accensi tenentur in manibus usque ad finem Euangelij. Deinde redduntur ser- uitoribus qui eos ardentes tenent usque post communionem, dicitur tantum una oratio & ordinariè non fit sermo. Ministri vtun- tur dalmatica & tunicella.

Sfestum purificationis caderet in Domi- nica Septuagesima benedictio, & distribu- tio candelarum cum supplicatione fiunt ut prædictum est, missa autem fit de Domî- nica, & festum purificationis transfertur in secundam feriam sequentem.

SI verò Pontifex nollet vel non posset officio hodierno interesse, nec candelas benedicere ac distribuere, presbyter Cardinalis celebraturus præuenit ad Ecclesiam hora conuenienti, & postquam duo ad minus Cardinales aduenerint, celebraturus videt ad faldistorium, accipit omnia paramenta violacei coloris, usque ad dalmaticam inclusuè omisis tantum chirothecis, pluviale violaceum & mitram simplicem & annulum Pontificalem, & accedit ad medium altaris, ubi medius inter Diaconum, & Subdiaconum stas deposita mitra versus ad candelas benedicendas dicit. Dominus vobis cum. Oremus Domine sancte pater cum quatuor sequentibus orationibus prout in ordinario, quibus dictis ministrante Diacono imponit incensum, aspergit, deinde candelas, tum incensat, prout supra dictum est quo facto ponitur faldistorium ad medium altaris, ubi sedet celebrans, accepta mitra renibus ad altare versis, & tunc Cardinales omnes & prelati, & officiales omnia paramenta, & superpellicia suo ordine congruentia accipiunt, videlicet Cardinales in locis suis stantes, alij verò omnes extra capella

pellæ cancellum, omnibus sic paratis accedunt ad celebrantem Cardinales, deinde prelati bini & bini cum mitris in capite & cum primi duo Cardinales coram celebrante fuerint, deponunt mitras. Idem facit celebrans, & surgit. Ministrantibus igitur Vicecamerario, & clericis cameræ, vel in eorum absentia magistro domus palatij, & aliquibus cubicularijs candelas, prior Cardinalium dat cadelam celebranti sine aliqua deosculatione, deinde celebrans sine mitra stans dat priori, & successive omnibus Cardinalibus singulas candelas. Interm distributione incipiente cantores cantant Antiphonam, Lumen ad reuelationem: sedet deinde celebras accepta mitra, & extenditur illi per ministros mappula, quam duo ex capellanis suis superpellicio induiti, hinc & inde genuflexi tenent, & celebrans distributione prosequitur das primo prelati detectis & inclinatis aliquantulum capitib' coram eo statibus, deinde alijs omnibus non paratis successive coram eo genuflexis singulas candelas. Card. & prelati parati omnes, ne que cadelam, neque manum dantis osculari, sed cum reverentia tantum candelas recipiunt, alij verò homines genuflexi recepta cadelam celebrantis manū osculantur. Finita distributione celebras sic sedes lauat manus, tunc deposita

posita mitra amouetur faldistorium. Tunc stans in medio altaris versus ad crucem in altari positam dicit cantando absolute, O. remus. Diaconus, Flectamus genua. Subdiaconus, Leuate. Tunc prosequitur celebrans orationem, Exaudi quæsumus Domine &c. prout in ordinario. Qua completa ministrante Diacono celebrans imponit incensum, & omnes suas candelas accédunt, deinde ordinatur supplicatio ad locum, ubi candelæ populo projici debent, hoc modo. Procedunt scutiferi Cardinalium, & alij laici, deinde scutiferi Papæ cum minoribus nobilibus, post eos procuratores ordinum, secretarij, & aduocati mixtum, cubicularij, oratores principum, & magni nobiles, catores, Acoluthi Papæ, clerici cameræ, auditores, Subdiaconi Apostolici, unus capellanus celebrantis cum thuribulo, & nauicella, Subdiaconus capellæ crucem ferens, ita quod figura Crucifixi ante se respiciat, nō retro: medius inter duos capellanos celebratis superpellicijs induitos duo candelabra cum candelis ferentes, post eum pœnitentiarij Papæ, Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Diaconi, Presbyteri, Episcopi Cardinales, deinde celebrans medius inter capellanum suum assistentem pluuiali induitus à dextris, & Diaconum capellæ à sinistris, & fimbriis

fimbrias pluuialis sui hīc inde eleuātes, post eum alij capellani sui superpellicijs induuti, deinde Protonotarij, & alij togati. In aula iuxta locum prædictum fit statio. Celebrās verò cū suis ministris Cardinalibus, qui volunt, locum ascendit, & candelas projicit populo, deinde eo ordine, quo venerant de capella reuertuntur, deponunt paramenta omnes, & suas cappas accipiunt: celebrans autem apud faldistorium depositum pluuiale, sedensque accipit chirothecas, & surgenti imponitur casula, mitra & annulus Pontificalis, cum accedit ad altare facit confessionē, & incipitur missa more confecto, dicitur tantum vna oratio. Ad Euangelium celebrans suam candelam ardente in manu tenete, idem faciūt Cardinales, Prelati, & alij omnes in capella existentes. Finito Euangeliō restituuntur candelæ seruitoribus, & per eos tenētur ardentes usque post communionem celebrantis, tunc extinguntur. Omnia alia fiunt more consueto, & non fit sermo.

ORDO DISTRIBVENDI CANDELAS.

O rdo autem distributionis candelarū est iste: veniunt Cardinales primò digniores, deinde alij. Si Imperator adest, illi Eccl. primo

primo Pontifex dat cādelam postquam ipse suas accipit, & deindē priori Episcoporum Cardinalium, tunc Regi si adesset, inde secūdo Cardinali, tūc alteri Regi, si adesset & demum alijs Cardinalibus & principib⁹ qui inter illōs sedēt ordine quo sēdēt, quod etiam seruatur in ramis palmarum, secur autem in cineribus, quia post omnes Cardinales dantur principib⁹ laicis etiam Imperatori & Regi. Et aliquando vt legi post omnes prælatos paratos, tunc magni principes, qui inter Cardinales sedent, locū habere solent, vel etiam illi qui in plano soli Papæ sedent. Episcopi aſſistentes, Vicecamerarius, si eſt paratus, prælati oratores parati, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Penitentiarij parati, oratores principum non parati & cum eis Seniores, & conſeruatores, si Romæ ſint, Protonotarij, generale ordinum, nobiles ad gradus ſoli Papæ ſtates, Subdiaconi, Apostolici auditores, clerici camerae, Acoluthi Papæ, Cubicularij creti, clerici Ceremoniarium, Diaconus & Subdiaconus capellæ, Cubicularij extra camaram, aduocati, & Secretarij mixtim procuratores ordinum, cantores Papæ, capellani celebrantis, caudatarij Cardinalium ſcutiferi Papæ, magistri, hostiarij, officiale, & ciues Romani, deindē alij omnes, vltimo

ſeruentes armorum, qui dum fit distributio, debent aſſistere circa ſolum Pontificis, & curare ne fiat tumultus, aut impetus in pontificem.

DE DIE CINERV M.

Prima die Quadragesimæ, quæ cinerū appellatur in mane Sacrifica paret ſupra altare vas cum cineribus factis ex ramis Olearum anno præterito benedictis. Itē credentiam Papæ ordinare debet ſuper angulo altaris duas lances pro lauandis manibus Papa cum mappa, & vnum mantile pro gemitu. Deinde hora competenti præuenit ad Iecelitam Cardinalis celebraturuſ, & in faldistorio in loco conſueto tibi parato omnia paramenta Pontificalia accipiat demptis chirothecis & annulo Pontificali. Pontifex autem induitus amictu, alba, cingulo, ſtola violacea, pluiali rubeo, & mitra ſimpli veniunt ad capellam, & more ſolito ſicut orationem ante altare in faldistorio, ascendit ad ſolum, ſedet, & fit ei à Cardinalibus reuerentia more conſuetu. Et poſtquam duo Diaconi Card. vltimi reuerentia fecerunt, aſſiſtūt Papæ, & duo Diaconi aſſistentes vadūt ante ſedem Diaconorum Cardinaliū, vbi capiunt paramēta ſua: idem faciūt Cardinales oēs in locis ſuis ſtates. Duo

primi Diaconi, vbi acceperunt paramenta sua, reuertuntur ad assistendum Papæ, & alij duo vadunt ad loca sua, & etiam capiunt paramenta. Interim etiam omnes Praelati, & officiales sua paramenta, & coctas accipiunt extra cancellum capellæ, & vnuſ Subdiaconus in conuenienti loco induitur amictu, alba, cingulo, & tunicella violacea. Omnibus Cardinalibus paratis, cantores incipiunt Antiphonā, Exaudi nos Domine &c. Tunc accedit ante Pontificem Subduconus Apostolicus, vt suprà dictum est, parratus portans lancem cineribus plenā detectam, quam de altari sacrifia siue ceremoniarius sibi dedit, & ad dextram Pontificis genuflectit, ibidem dictam lancem cum cineribus tenens quousque Papa omnibus cineris imponat. Tunc accedunt duo Episcopi assistētes cum libro & candela, & Papa benedicens cineres, sedens cum mitra dicit Antiphonā, Exaudi nos Domine: qua repetita deposita mitra surgit dicens: Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo, Oremus. Omnipotens sempiterne Deus cum tribus orationibus sequentibus, prout in libro. Incœpta quarta oratione vocatur ad Pontificis dextram prior presbyterorum Cardinalium, & duo Acoluthi super pellicijs induiti, vnuſ cum thuribulo, &

incen-

incenso, aliis cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio, qui ambo etiam ad dextram Pontificis locantur post presbyterum Cardinalem assistentem. Finitis orationibus Papa ministrante presbytero Cardinali assistente imponit incensum, aspergit cineres, deinde incensat, tunc cantores incipiunt, Immutemur habitu, & cætc. Prior Episcopo rem iuxta antiquam consuetudinem pluia lindutus sine mitra, velut aliquando serua tum fuit, & Bonifacius nonus statuit: nunc verò celebraturus Cardinalis iam omnibus ornamentiſ ſacris pro missa dicenda induitus, demptis tamen chirothecis & annulo Pontificali accedit ad Papā, & sine mitra foli detecto capite facta Papæ reverētia, ſtās coram eo ſupra ſcabellum nihil diceas imponit Papæ ſedenti cineres ſupra caput informam Crucis, deinde descendit de ſcabello, amouetur ſcabellum, ſedet Papa, imponitur ei mitra, & accedunt duo auditores portantes mantile, quod à credentialijs Papæ acceperunt, illud hinc inde teinent ſuper gremia Papæ, qui illi Cardinali, à quo cineres accepit, inclinato capite coram ſtantि dat cineres dicens. Memento homo &c: Et nota quod si Imperator aut Rex fit praefens accipit cineres immediatè poſt Cardinals omnes & osculatur pede Papæ, &

Ec 5 similiter

similiter alij principes, qui sedent inter Cardinales, recipiunt cineres post eos. Non id seruatur in distributione candelarum & palmarum, quia hi accipiunt pro ut sedent. In isto autem actu, qui humilitatem pre se ferunt, principes sacerdoti se inclinant & illiscedunt, Cardinalis autem si est ille, qui est celebratus, acceptis cineribus reuertitur ad faldistorium suum prope altare, ubi sedet, et accipit chyrothecas, & annulum Pontificalem & imponit ei mitra, sicq; manet usque ad perfectam distributionem. Accedunt post successione omnes alij Cardinales & Praelati & alij, unus post aliū, & à Papa cineres accipiunt, vt in candelis. Si autē qui dedit Papa cineres est prior Cardinalium, postquam accipit cineres reuertatur ad locum suum & celebrans in loco suae receptionis & in habitu suae dignitatis accipit cineres, & deinde reuertitur ad altare, & capit ad omnia parameta vel, vt aliqui volunt, accipit cineres ei planeta statim post priorem Cardinalium. Acceptis cineribus Cardinales inclinati osculantur genu, alij etiam Praelati paratige, nusflexi osculantur pedem Papæ, postquam cineres ab eo acceperint. Datis cineribus Papa adhuc cum mitra sedens abluit manus more consueto, pro ut etiam suprà in purificatione dictum est, deinde detracta mitra

surgit & assistentib. ante eū duo bus ceroferrarijs more solito cantat Dominus vobiscū, Ref. Et cū spiritu tuo. Oremus. Cōcede nobis Domine &c. sub cōclusione per Christum Dominū nostrū, vt in ordinario. His finitis Praelati & officiales oēs extra cancellium, Cardinales verò intus in locis suis dimittunt paramenta, & accipiūt cappas suas confuetas. Et Pontifex facta oratione ante altare facit cum celebrante confessionē, & more consueto incipitur missa, finita confessione Papa ascendit sedem eminentem, & presbytero Cardinali ministrante imponit incensum in thurybulo, presbyter Cardinalis reuertitur ad locum suū inter duos Cardinales, incensatur altare, deinde celebrans, postea Papa. Interim Cardinales veniunt ad circulum more consueto. Incensato Papa presbyter Cardinalis vadit ad circulum inter alios Cardinales, & Papa dicit Introitum & Kyrieel. Cū dicitur Dominus vobiscū ante orationē Papa descendit ad faldistorium, vbi abstracta mitra genuflectit, & sic manet usque ad finem omnium orationū. Idem facit antequam incipiatur versus, Adiuua nos sic manēs usq; ad finē versus, similiter dicto per eū Sanctus usque Per omnia secula ante Agn⁹ Dei, et ad omnes orationes

nes post communionem, & tūc omnes alij, qui sunt in capella genuflectunt præter celebrantem Diaconum & Subdiaconū, qui non genuflectunt nisi ad versum, Adiuu nos. Ad introitum Sanctus, & Agnus Dei fit circulus per Cardinales, patena tenetur per subdiaconum, incensantur omnes post Offertorium, pax datur, & alia sicut prout in alijs Missis, & fit sermo, dicuntur quinque orationes, prima de die sub sua conclusione, secunda. Acunctis, tertia Omnipotens semperne Deus, qui viuorum &c. quarta contra paganos, quinta pro Papa. Et nota quod post ultimam orationem in fine Missæ dicitur oratio supra populum sub sua conclusione, & Diaconus surgens vertensque faciem ad populum dicit, Humiliate capitavastra Deo: ad quam Papa & omnes alij manent genuflexi quo usq; dicitur, Per omnisecula &c: Tunc Pontifex surgit, & accepta mitra ascendit ad solium, vbi deponituri ei mitra. Interim Subdiaconus venit cum cruce ante Papam, qui dicto per Diaconum Benedicamus Domino, & responso, Deo gratias, dat benedictionem, deinde credit ad cameram more consueto.

*D E O F F I C I O D I E I C I N E
rum Papa abiente.*

Sicut autem in die cinerum Papa non sit presiens, super credentia parantur duo vasæ argenteæ, duæ lances pro lauandis manibus Cardinalis celebrantis, & alia more consueto, Deinde Cardinalis celebratus prævenit ad Ecclesiam in tempore, induit se paramentis violaceis usque ad planetā exclusiue dimissis chirothecis & annulo Pontificali, accipit pluuiale super dalmaticam, & mitram albam, & accedit ad altare, vbi deposita mitra adstant in cornu sinistro altaris, videlicet epistolæ benedic cineres in lance ibidem super altare positas per Sacram, ut supra dictum est: cum venerint Cardinales impetrata licentia celebras cum mitra faciens reverentiam Cardinalibus, accedit ad medium altaris, vbi deposita mitra renibus ad altare versus à dextris habes Subdiaconum capellæ, peluum cū cineribus reverenter tenentem priori Episcoporum Cardinalium in sua cappa lanea consueta ad se venienti stans caput nudum inclinat, super quod prior predicit etiam capite detecto cineres imponit, dicens: Memento homo &c. Cui mox similiter caput inclinanti celebraturus imponit etiam cineres eodem modo. Tum veniunt successive Cardinales reliqui bi ni & bini cū suis capis ad cineres. Et celebrans cum dat cineres Cardinalibus stat

stat sine mitra, deinde p clericos capelle ap-
portatur faldistorium, in quo celebrans
sedet, & accepta mitra & mappula pro gre-
miali, quam diaconus capellæ sibi imponit
duobus capellanis superpellicijs induit
hinc & inde genuflexis illam tenetibus, dat
cineres Prælati & alijs omnibus ad euen-
tientibus, qui omnes se profundè inclinat,
tamen neque Cardinales, neque alij manu
vel aliud cineres imponentes debent of-
culari. Datis cineribus celebrans Diacono
& Subdiacono mantile tenentibus lauat
manus, surgit deposita mitra, amouetur
faldistorium & reponitur in loco consue-
to, & stans in cornu epistolæ versus altare
dicit. Dominus vobiscum. R. Et cum spi-
ritu tuo. Oremus. Concede nobis Do-
mine, vt in ordinario, deinde reaccepta
mitra vadit ad faldistorium, deponit plu-
uiiale, sedensque accipit chirothecas, inci-
pit missa in qua cum dicit Dominus vo-
biscum, ante orationes quæ epistolam pre-
cedunt: Cardinales & alij omnes in locis suis
genuslectunt, & sic permanent usque ad
finitas omnes orationes. Idem faciat quā-
dò in tractu dicitur versus, Aduua nos De-
us &c. per totum versum. Similiter dicto
Sanctus, usque per omnia secula seculo-
rum, ante Agnus Dei &c. Dicto Dominus
vobis

vobiscum, ante orationes post communio-
nem. Et hoc seruatur in omnibus Missis fe-
rialibus & mortuorum in capella Papæ, si-
te fit praesens, siue fit absens Papa, omnes
genuslectunt dictis temporibus, & fit ser-
vo. Accedunt autem singuli pro cinerum
perceptione eo ordine, prout suprà in fe-
sto purificationis Beatae Mariæ Virginis in
distributione candalarum est ordinatum.

SI PAPA IN DIE CINE- RUM CELEBRABIT.

Si autem in hac die cinerum Papa vellet
sipsermet celebrare, finita oratione post
dationem cinerum Papa sedet aliquantulum
& mox surgens sine mitra incipit, Deus in
adiutorium meum pro nona, & cum incipi-
pit Psalmus: Mirabilia, sedet. Cardinales &
& alij omnes retinet sua paramenta, Diaconus
Euangelij, & Subdiaconus epistolæ pa-
rati usque ad planetam exclusive induunt
Papam more solito: Diaconi assidentes cu-
misi planetis ante plicatis adiuuant, dum san-
dalia imponuntur, Papa dicit, Quam dile-
cta &c. Finita nona, vt alijs in tertii Papa
lauat manus cum ceremonijs consuetis, &
tunc incipit seruire pro assistente capellano
priore presbyterorum cum pluiali, non
cum planeta: parato Pontifice Diaconus &
Subdiaconus

Subdiaconus capiunt planetas plicatas ante pectus & manipulum, fit supplicatio ad altare more consueto, occurrunt tres presbyteri Cardinales, vt aliás. Diaconus Euangelij, & Subdiaconus Epistolae dimittit & reassumunt planetas, vt diximus in prima Dominica de aduentu, genuflexiones, adorationes, versum & post Sanctus seruantur, vt prædiximus, & omnia alia quæ in Missis papalibus seruari solent, nisi quod Papa communicat in altari, non autem in sede eminenti. Et similiter communicat ministros, & cum calamo, & dicitur tantum una oratio cum alia supra populum, genuflectit tamen Papa cum dicitur Adiuua, nō in faldistorio ante altare, sed in sede sua. Si Papa celebrans vellet ipsemet sermonem facere, post Euangelium descenderet ad faldistorium ante altare, & facta oratione federet super cathedram sibi positam ante altare in medio, ita ut reseretur ad altare, & inde sermonem haberet ad populum, & hoc si altaris statio requireret, videlicet quod inde videri possit populus, & tunc Diaconi assistentes sedcent hinc inde, & ante Diaconum à deo. xtris sed eret prior presbyterorum assistens, & apud eum Diaconus Euangelij, à sinistris verò Diaconus assistens tantum. Si autem sedendo ante altare non posset videri populus

lus, yt Romæ in Ecclesia S. Petri, tunc ex sede eminenti Papa haberet sermonem, & sedent omnes vt consueuerunt. Si verò aliquis Cardinalis habiturus est sermonem, ipso debet seruire pro assistente, cuiuscunqne conditionis sit, & cum pluiali.

DE PRIMA DOMINICA quadragesima.

Prima Dominica quadragesimæ celebbrare solet Vicecamerarius Papæ, si est Episcopus: & si non est Episcopus, dignior Episcoporum assistantium Papæ cum paramentis violaceis, Diaconus & Subdiaconus videntur planetis plicatis ante pectus, dicuntur quinque orationes, prima de die sub sua conclusione, secunda A cunctis, tertia, Omnipotens sempiterne Deus, qui tuorū, &c. quarta contra paganos, quinta pro Pontifice. Omnes hæc quatuor sub sua conclusione, & si sermo, quem facit procurator ordinis prædicatorum. Omnia alia fiunt more consueto.

DE SECUNDÀ DOMINI- ca quadragesima.

SE.

Secunda Dominica quadragesima, celebrare solet alius ex Episcopis aësistentiis Papæ, in paramentis violaceis: ministri vtuntur planetis plicatis, prout in Dominica præcedente, dicuntur quinque orationes, ut suprà. Omnia alia sunt more solito. Sermonem facit procurator ordinis immrum.

**D E TERTIA DOMINICA
quadragesima.**

Dominica tertia quadragesima celebra se solet vnus ex Episcopis Papæ aësistentiis in paramentis violaceis: ministri vtuntur planetis ut suprà, dicuntur quinque orationes, & omnia alia sunt, prout in prima Dominica quadragesima. Sermonem facit procurator ordinis Eremitarum dñi Augustini.

**D E QVARTA DOMINICA
quadragesima, que dicitur Letare sine
de Rosa.**

Qvarta Dominica quadragesima, quæ Dominica Lætare, vel de Rosa vocatur, celebrare solet unus ex reuerendissimis dominis presbyteris Cardinalibus. Hoc mane antequam Pontifex secretam cameram exeat, in camera papagalliiuxta lectum paramenti, aut alio conuenienti loco inscri-

nitur parua mensa mappulis mundis cooptata sericeis, duo candelabra cum lumenariis, desuper thuribulum cum incenso, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, ampulacum balsamo, pixis cum musco, & vnum paruum colear, ac candelabrum pro rosa depositum ponenda: cum Pontifex exit de camere secreta, prefertur ei aurea rosa per vnum ex cubicularijs secretis, & ponitur super mesam super candelabrum predictum. Et omnia seruantur circa benedictionem, & traditionem rosa, quæ superius diximus in prima parte. Pontifex igitur hora competenti auream rolam deferens sinistra manu, & dextra populum benedicens, ad Ecclesiam cum pluviali, & mitra preciosis procedit, duo Cardinales aësistentes hinc & inde fimbriæ pluviales Papæ eleutas portant. Caudam vero portat nobilior laicus: cum Papa fuerit in capella apud faldistorium, dat rolam Diacono à dextris aësistenti, & ille vni ex clericis cameræ, qui eam ad altare portat, & per Sacrarium, vel eo absente, per clericum ceremoniarum locatur super altare in medio, tunc fit confessio: & Missa incipitur more consueto: finita confessione Pontifex ascendit ad solium, celebrans utitur paramentis violaceis & mitra preciosâ, ministri utuntur dalmatica, & tunica,

nicella, non planetis. Hac die non dicitur Pax vobis: sed, Dominus vobiscum. Dicitur quinque orationes, & alia sunt, propter in Dominica prima quadragesimæ. Sermo nem facit procurator ordinis Beatae Mariae de monte Carmelo, finita Missa datur Rebus & sociatur ille cui data est, ut suprà diximus in prima parte.

D E Q U I N T A D O M I N I C A quadragesimæ.

Quinta Dominica quadragesimæ, quæ post passionem dicitur, antequam pax de camera exeat cooperiantur Cruces super altare, & quæ ante Pontificem portantur, si officium peragi debet in capella maiori, consuevit parari quoddam velum sericeum super altare, quo imagines in predicta altaris depictingæ contingantur. Hodie celebrare consuevit aliquis praelatus Romanæ curiæ, tres orationes dicuntur, primæ die sub sua conclusione, secunda contra paganos, tertia pro Pôtifice sub sua conclusione, cum in fine Euangelij dicitur, Ideo autem abscondit se, & exiuit de templo. clericorum capellæ super altare velum paratum, cibulis in rotulis supra in altum confixis cibis sursum trahunt, ut eo imagines omnes ibidem depictingæ cooperiantur, & sermone aliquem prælatum, vel per fratrem ordinis seru-

teriorum fieri consuevit.

**D E S E X T A D O M I N I C A Q V A-
dragesimæ in palmis Papa presente.**

Sexta Dominica quadragesimæ, quæ palmarum appellatur, ordinentur palmæ in capella benedicendæ, distribuendæ, videlicet quæ magnæ varijs floribus, & per pulchrè laboratæ, tertia parua simili modo ornata, & laborata pro Pontifice, aliæ palmæ primis duabus minores, etiam pulchritudine ornata, sine floribus tamē, pro Cardinalibus minores pro Prælatis & pro oratoribus, & magnis nobilibus, pro officialibus ac alijs omnibus ad capellam venientibus. Deficiuntur palmis paratur rami oliuarum, in numero copioso crucibus ex folijs palmarum confectis cingulis alligatis. Item creditiarij Papæ ordine, ut super angulo altaris capellæ, ubi benedictio fieri debet, duo vasa convenientia pro lauandis manibus Papæ, cum mantili, & gremiali, ac medulla panis: clericorum capellæ præparent thuribulum cum nauicella cocleari, & incenso, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, & duo candelabra cum luminaribus: paretur etiam per forenos ad ostium capellæ baldachinum. Hora deinde conuenienti Pontifex paratus amictu, alba, cingulo, stola violacea, pluviali Ff rubro,

rubro, & mitra simplici, præcedéribus Cruce ac Cardinalibus, & alijs, more solito venit ad capellam, vbi palmæ sunt benedicdæ. facta oratione ante altare, ascendit ad solium, sedetque, tunc Cardinales venimus ad reuerentiam cum cappis, deinde caput paramenta sua violacea, vt suprà in candela & cineribus diximus, & similiter omnes alii Prælati & officiales. Omnibus paratis Papæ deposita mitra surgit, & ministrantibus duobus Episcopis aſſistentibus librum & canlam, more solito Papa stans benedicit palmas, incipiens vers. Dominus vobiscum. O remus. Auge fidem in te sperantium Deum &cæt. cum prafatione & quinque orationibus sequētibus: interim nihil cantatur. Cum quinta oratio dicitur, Prior presbyterorum Cardinalium venit ad dextram Papæ, & duus Acoluthi, unus cum thuribulo & nauicella, & alijs cum asperforio & vase aquæ benedicte. Finitis orationibus ministrante priori p̄decto, Papa adhuc stans sine mitra, impónit incensum, deinde aspergit versus palmas tertio, postea incensat ter ducens thuribulum: tum dicit Dominus vobiscum, & aliam orationem, quæ incipit, Deus qui filium tuum, &cæt. Tum sedens accipit mitram & presbyter Cardinalis ac Acoluthi ad loca reuertuntur, accedit deinde prior Episcopo.

pſorum Cardinalium, stans detccto capite ante Pontificem, illi dat sigillatim duas magnas palmas, quas Pontifex dat duobus nobilioribus curiæ tenendas, & perferendas, qui iuxta Pontificem hinc & inde collocantur: deinde dat eidem tertiam minorrem, qua Pontifex in officio vtitur, & hanc vnu ex cubicularijs ſecretis ſeruat, & ad unamquâque palmam osculat̄ur palmam, & manum Pontificis. incēpta distributione palmarum, cantores dicunt Antiphonam, Pueri Hebræorum, prout in ordinario. palmas ministrant clerici cameræ camerario velej Vicccamerario, qui eas det Cardinali ad illam Papæ manum aſſistenti, ad quam posita sunt palmæ, & duo auditores accedunt, quorum dignior mappulam pro gremio Pontificis, quam à credentialijs Papæ accipit, Cardinalibus aſſistentibus porrigit, qui eam gremio Pontificis ſuperponant, auditores vero illam hinc & inde genuflexiſtent viſque ad finem distributionis. Tūc Pontifex priori Episcopori Cardinalium dat palmam, qui eā deuotè ſuscipiens, eius manum, deinde genu dextrum osculatur. Idem faciunt ſuccelliue omnes Cardinals, postmodum p̄lati oēs parati, & omnes alij, p palmis veniunt p̄lati parati genuflexiſtent.

postquam palmas receperint, dextrum genu tantum, alij verò omnes pedem Papam osculantur. Vicecancellario, maiore penitentiario, & camerario sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus dantur duæ palmae pro quolibet. Celebrans recepta palma sua vadit ad faldistorium prope altare, vbi deposito paramento accipit cappam, sedens que dicit Psalmum: Quam dilecta &c. capi sandalia, & paratur more consueto. Si Misericordia in capella dicenda erit, in qua palmae sub benedictæ, poterit etiam prius accipere sandalia, & alia paramenta, & cum habitu ordine suo congruo ire pro palma, & dem de redire ad faldistorium. Si verò in alio loco benedicuntur palmæ, celebraturus accepta palma reddit ad locum suum, vbi deponens paramenta, accipit cappam, & vadit ad capellam vel Ecclesiam, vbi rem quinam est peracturus, ibidem paramentum accipit: ministri vtuntur planetis ante pectus plicatis. Finita distributione Pontifex laus manus ordine consueto, deferente aqua nobiliore laico, & ministrante Episcopo Cardinals primo: tum deposita mitra surgit, accedunt Pontifices assistentes cum libro & candela; ac duo Acoluthi cum candelbris, & Papa stans dicit, Dominus vobiscum Oremus, Omnipotens semperne Deus.

pro:

prout in ordinario. Interim ordinatur supplicatio, & octo nobiles, qui baldachinū super Pontificem portent. Papa finita oratione sedens accipit mitram, & ministrante presbyterorum Cardinalium priore ponit incensum. Et nota quod ad priorem Diaconorum Cardinalium spectat semper ordinare supplicatiōes: & antequam Papa surget, & eius crux se moueat, Diaconus à sinistris Papæ assistens, versus ad populum alta voce dicit in mediū lectionis, Procedamus in pace, & cantores respondent: In nomine Christi Amen. Supplicatio fit usque ad locum vbi Pontifex populo palmas proiecierit: & deinde ad ecclesiam siue capellam, vbi officium peragendum erit, proceditur ex ordine, ut supra, in die purificationis Beatae Mariæ virginis est expressum. Postquam Pontifex palmas populo proiecerit cum ad Ecclesiam siue capellam reuertitur, antequam crux ingrediatur, intrant duo vel tres ex cantoribus, & clauditur porta, & ibi duo vel tres ex predictis cantorib. cantant, Gloria, laus &c. Et cantores, qui sunt ab extra, repetunt eundem versum, prout in ordinario. Finitis versibus vel maiori parte, ut tempus postulabit, cantores ab extra cantent Antiphonā, Ingrediente Domino, & Subdiaconus cum Cruce tangit portam, quæ

Ff 3 aperitur,

aperitur, & intrant omnes: prælati & officiales, antequam cancellum capellæ intrent, deponunt paramenta, & superpellicia, & accipiunt cappas: Cardinales vero in locis suis paramenta deponunt, & cappas accipiunt. Papa cum fuerit ante altare, orat in faldistorio sine mitra, si prius ibidem non orauit: si surgit, & cum celebrante dicit confessionem, & incipitur Introitus. finita confessione Papa ascendit ad solium, sedetque, & ministrite priore presbyterorum imponit incensum: quia non fit ei reuerentia à Cardinalibus, cum prius facta sit, vnaque tantum oratio dicitur. Dum cantatur Tractus, clerici capellæ portant paramenta ad locum, stant cantores, ibi tres ex eis dicturi passio- nem, parantur amictu, alba, cingulo, manu polo, & stola, in modum Diaconi, coloni violacei, omnes confueuerunt tamē plerique ut varijs coloribus importunitate aliquorum, & cōtra voluntatem clericorum ceremoniarum, videlicet qui Euangeli personam sustinet albo, Iudæus rubro, Christus nigro. Sed honestius est ut omnes vntur violaceis. Et circa finem tractus moue se à loco, vbi se induerint, & ille qui Euanglistam aget, portat librum, præcedit. Sequitur Iudæus, deinde Christus: faciunt reverentiam altari & Papæ, deinde ascēdunt osculum

osculum pedis Papæ vnum post aliū, prout venerunt: deinde vadunt ad locum Euangelij consuetum, vbi passionem cantare debet sine luminaribus, & incenso, adducuntur etiam illuc tres capellani celebrantes, quorum vnum stans in medio aliorum duorum, tenet librum super caput suum, si- cut ad Euangelium Subdiaconus tenere consueuit, & mutantur per vices. Dum incipitur passio, Papa surgit deposita mitra, & omnes alij surgunt, & stant usque in finem palmas manu tenentes. Celebrans vero deposita mitra vadit de faldistorio suo ad cornu epistolæ altaris, vbi stat discooperto capite, & palmam etiam manu tenet, super altare habet Missale, & plane legit passionem versus aliquantulum ad illam cantantes. Et postquam passionem legerit, dicit pro Euangelio, Altera autem die, prout in ordinario. Finita passione à cantoribus, redit ad faldistorium suum: cum cantor in passione dixerit, Iesus autem iterum clarissimis voce magna emisit spiritum, Papa in solio, celebrans ante altare, & omnes alij in locis suis detectis capitibus genuflectunt, orantes per spacium vnius Pater noster. Tum surgentibus omnibus cantor perficit passionem, & papa sedet, & accipit mitram. Cato-

res vero factis reuerentijs altari, & Papæ, recedunt. Diaconus autem planetam plicatam habens super humerum sinistrum, accipit h. brum euangeliorum, & illum ponit super altare, deinde vadit ad osculum pedis Papæ, cum reuertitur ad altare, & ibi genuflexus dicit, Munda cor meum, &c. Interim ministratæ priore presbyterorum Cardinalium, Papa imponit incensum more consueto. Diaconus dicto, Munda cor meum, &c. accipit librum de altari, tenet illum ante pectus suum, & accedit ante gradus Papæ, prædentibus illum thuriferario, & duobus cappellans celebrantis sine candelabris, & luminaribus, ac Sabdiacono sequente, vt alias, petitque benedictionem, incensat librum, & cantate euangeliu[m]: quo finito, Papa osculatur librum, & incensatur, ac omnia alias fiunt, vt in alijs Missis. Ad elevationem sacramenti Papa etiam solet tenere palmarum suam, non alij: & non fit sermo. Finita Missa Papa dat benedictionem, & celebrans pronunciat indulgentias. Illi duo nobiles cum palmis præcedere debent immediate Pontificem, post Diaconos assistentes, vsque ad cameram papagalli, & illas ibi camerarij secretis confignare.

*DE OFFICIO DOMINICÆ
palmarum Papæ celebrante.*

Si Papa hac die palmarum voluerit celebrare, omnia seruabuntur, quæ in alijs Missis papalibus seruari solent. Diaconus & Subdi. vtuntur planetis ante pectus plicatis, quas non accipiunt nisi cū Papa habuerit omnia paramēta, & ipsi induiti vsque ad planetam, exclusiue induunt Papam. Sed passionem cantabunt tres cantores more consuetudo, si Cardinalis Diaconus eam noluerit cantare: si autem Cardinalis cantare voluerit, vt antiqui factarunt, seruabitur, vt latius dicimus infrà in Parasceue. Cum verò peruenit fuerit ad locum vbi dicitur, Altera autem die, Diaconus Cardinalis deposita planeta & plicata super humerum sinistrum, pribenedictionem, & facit vt alias, quando estdicturus Euangeliu[m]. Nostris temporibus non portantur luminaria ad hoc Euangeliu[m], sed incensum tantum. Legitamen in libris ceremonialibus, quod luminaria portantur ad hanc partem. Quid conuenientius, maiores statuant: alia seruantur, vt alias.

*DE OFFICIO DOMINICÆ
palmarum Papæ absente.*

Siverò Papa non interstet huius diei officio, parantur palmae in loco conuenienti, vt ex altari commode benedici possint. Et Cardinalis celebratur preuenit ad eccl. Ff 5 siam

siam, ibi capit paramenta omnia usque ad dalmaticam inclusiue, deinde imponitur ei pluuiale, mitra, ac annuli Pontificales sine chirothecis: quibus sic indutus, postquam Cardinales venerint, impetrata incipiendi venia, accedit ad altare cum mitra, & facta reuerentia Cardinalibus, deponitur ei mitra, & facit reuerentiam Crucis in altari posita, & stans in medio altaris, ex libro ibide ante ipsum posito, benedicit palmas, absidente sibi à dextris Diacono, & à sinistra Subdiacono, paratur interim aqua benedicta cum aspersorio, & thuribulum cum nauicella incensi quæ duo ex capellanis celebrantis tenent. Finita benedictione celebrans imponit incensum in thuribulum, deinde aspergit, tum incensat palmas ministriante Diacono. Ponitur post hæc eis faldistorium ante medium altaris, ubi sedet & accipit mitram & mappulam super gremium: & clerici cameræ, Vicecamerarii, vel in eorum absentia cubicularijs Papæ & alius prælatus ministrent palmas celebrati. Interim omnes Cardinales iuxta ordinem suum in locis suis depositis, cappis capiunt paramenta sua: similiter omnes prælati ac officiales consueti, extra cancellam capellæ paramenta, seu superpellicia accipiunt, in quibus ad capellam reuertun-

tur. Postquam omnes paramenta acceptant, accedunt Cardinales omnes, primi seniores, deinde alij per ordinem bini & bini, & cantores incipiunt, Pueri Hebræorum. Cum fuerint primi ante celebrantem, coram eo mitras deponunt: surgit celebrans deposita mitra, & è manibus primi Cardinalis accipiet palmam. Deinde celebrans det eidem primo Cardinali, & successiue omnibus alijs Cardinalibus palmas, stans semper sine mitra. Tum sedens cum mitra, dat palmas omnibus prælatis, alijs dum sufficiunt, deinde det ramos oliuarum. Et neque Cardinales, neque prælati palmas accipientes, manus aut aliquid celebrantis osculari debent: sed solum palmas accipiendo aliquantulum caput inclinant. Alij verò omnes, videlicet Protonotarij, Officiales, & quicunque alijs non parati, palmas accipiendo coram celebrante genuflexi, manus osculari debent. Veniunt autem co ordine ad palmas recipiendas, quo de candelis & cineribus diximus. Finita distributione celebrans adhuc sedens cum mitra ante altare, lauat manus deinde deposita surgit, amoueturq; faldistoriū & stans in medio altaris, versus altare dicit canticando, Dominus vobiscum Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus. Omnipotēs sempiterne Deus, &c.
Deinde imponit incensum in thuribulo, &
ordinatur supplicatio. Crucem defert Sub-
diaconus capellæ omnibus paramentis in-
dutus, inter duos ceroferarios, quos prae-
dit thuriferarius. Crucem præcedunt scu-
feri Papæ, &c. prout supra in Missa Papæ
post crucem prælati omnes parati, deinde
Cardinales, &c. in fine celebrans solus medi-
us inter Diaconum capellæ à dextris, & ca-
pellanum suum aſſistentem sine pluuiali, am-
bos eius pluuialis fimbrias sustinentes. Et o-
mnes deferunt in manibus suis palmas. Ca-
tores verò iuxta portam, vbi Papa confue-
uit palmas projercit, se firment, locentur in
que per ordinem Prælati omnes, deinde Car-
dinales taliter, quod iunior sit iuxta portam
extra quam solent projici palmæ populo,
& hoc ordine vadunt ad locum, vbi palme
populo projiciuntur, quem ingreditur ce-
lebrans cum suis ministris & alijs Cardinali-
bus, qui intrare voluerint, & palmas populo
projicit. tum ordine quo venerant, ad ca-
pellam reuertuntur, siue ad Ecclesiæ, vbi
Missa celebranda est. Subdiaconus verò ci-
cruce, & catores cum fuerint apud portam
capellæ, siue Ecclesiæ, se firment ab extra, &
duo vel tres catores intrat, & clauditur por-
ta omnibus alijs extra manentibus. Quibus

hinc

hinc inde suo ordine stantibus, catores qui
sunt intus, incipiunt Gloria, laus, &c. Reſ-
pondent cantores ab extra, vt in ordinario.
Tum illi ab extra dicunt Antiphonam, In-
grediente Domino, & Subdiaconus cum
cruce portam tangit, aperitur, & intrant o-
mnes. Cardinales in capella deponunt pa-
ramenta in locis suis: prælati verò & officia-
les extra cancellum capellæ, & capiūt cap-
pas laneas, celebrans verò vadit ad altare:
vbi in faldistorio suo deposito pluuiali fe-
det, capit chirothecas, planetam, mitram,
& annulum Pontificalem. Tum accedit ad
confessionem, dicit Missam more confue-
to, & dicitur tantum una oratio, & non fit fer-
mo. Cum Tractatus dicitur, cantores tres
parant le pro passione dicenda, & circa finem
Tractus intrant capellam, veniunt ad cele-
brantem, cuius manum genu flexi oscula-
tur: deinde cum tribus capellanis celebra-
tis accedunt ad locum consuetum, & dicūt
passionem. Interim verò dum passio dicitur
celebrās stans in cornu epistolæ altaris, pal-
mam in sinistra tenens, & missali super alta-
ri ipso legit passionem & Euangelium, vt
suprà Papa præfente dictum est: finita pa-
ssione reuertuntur ad loca sua catores. Dia-
conus capellæ ponit librum super altare,
& celebrans accedit ad faldistoriū accepta
mitra,

mitra, vbi sedens ministrante Diacono capellæ imponit incensum, deinde dicto per Diaconum ante altare, Munda &c. illicet se genuflexo benedicit, & alia omnia fiunt ut supra diximus.

*DE MATVTINIS TENEBRA
rum quarta ferie maioris hebdomada Pap
presente.*

Feria quarta maioris hebdomadæ, quæ sancta dicitur, clericis capellæ ponuntur in tempore presbytero, siue in plano altare ad cornu epistolæ in opposito loci, vbi sacerdotum pro celebrante poni solet, in cappella sacri palatij, & alibi pro loci dispositio, ponetur candelabrum in superiore parvæ triangulari, aptum pro quindecim candaliis, vnius libri pro qualibet, vel circa super candelabrum ipsum aptant, & collocant candelabrum ipsas pro matutinis tenebrarum: hora deinde conuenienti Papa induitus amictu, alba, cingulo, stola violacea & manto cum capputio inuerso supra caput, vel cappula, bra de scarlato sine mitra, & non praecedente Crucifixo vadit ad capellam, & postea Cardinales, & Prælati, alij Diaconi Cardinales qui alias assistere solent, vadunt post presbyteros Cardinales in loco suo, qui Papæ non fit assistentia: fimbrias portat.

gnior ex assistantibus Episcopis post Papam. Quando Papa habet mantum, assistantes Episcopi non debent habere cappas, sed mantum, quod mantellum assistantis siue croceam vocant, cum capputio inuerso in modum cubiculariorum. Cum Papa peruererit ad capellam, facit orationem more solito, deinde vadit ad sedem suam. Cardinales non assistunt, neque fit ei reverentia à Cardinalibus: cum quietuerit aliquantulum, surgit, & detecto capite versus ad altare, dicit secrete Pater noster: quo completo caput sibi ipse cooperit, & cantores incipiunt pro matutinis, Zelus domus tuæ, & cæt. cum incipitur Psalmus Papa sedet, & omnes alij assistantes Episcopi aptant mantum Papæ siue cappam. Ad finem cuiuslibet Psalmi, tam in matutinis quam in laudibus, ceremonarius facta reverentia Papæ accedit ad candelabrum quindecim candelarum, & extinguit unam ex candelis: finito primo nocturno Papa surgit, & detecto capite statim versus ad altare dicit Pater noster secrete, & illud prosequitur quo finito sine villa pronunciatione, absolutione, siue benedictione sedet: similiter & alij omnes cantores in loco eorum stantes ex libro super eorum pulpito posito, versi ad altare absolute incipiunt letiones

ctionis ex libro Threnorum siue lamentationum Hieremias prophetæ, vt in breviario, & in principio, & fine faciunt reverentiam altari, & Papæ, idem fit in secundo & tertio nocturno. Cum incipitur Benedictus Papa surgit stas detecto capite versus ad altare, remanet vna candelæ super candelabrum. Interim extinguitur per ceremonia rum candelæ supra altare paulatim, quia ita dispensat tempus, vt in ultimo versu extinguat ultimam candelam: clerici capellæ extingunt etiam eodem ordine sex intonatice posita super cancellum capellæ: dum replicatur Antiphona ad benedictus, Papa circa finem descendit ad faldistorium, & ceremoniarius accedit ad candelabrum, & vnicam candelam: inde accipiens eam ardentem ad cornu epistolæ altaris portat, eam ibi sub altari abscōdit ardentem. Cum incipitur Christus factus, Papa genuflectit in faldistorio, & super illud procubit. Quod finito cantores dicunt, Misericere, alibi legendo sine nota vsque ad finem. Et Papa adhuc genu flexus dicit orationem, Respicere & voce intelligibili vsque, Qui tecum exclusus, quod secrētē complet. Et finita oratione, ceremoniarius incipit pulsare manib[us] super gradum altaris, vel aliquod scabelli & omnes faciunt fragorem, & strepitum liquat.

liquantulum. Et mox ceremoniarius profert candelam accensam, & omnia silent, surgunt & discedunt: candelæ quindecim spectant ad clericos ceremoniarum. Suprà scripta omnia seruantur in quinta, & sexta feria sequētibus in matutinis, in quibus non portatur Crux ante Papam, neque ipse venit cum mitra.

DE MATUTINIS TENEBRARUM quarta feria maioris hebdomadae Papa absente.

Papa verò absente pro matutinis tenebrarum in quarta feria maioris hebdomadae, postquam Cardinales aliqui in cappella fuerint, & aliquantulum quieuerint, & intonatice super cancellum, ac candelæ super altare, & candelabrum accensa sunt: Ceremoniarius licentia impetrata canticis signum facit, qui dicant, Pater noster, & incipiunt Antiphonam primi Psalmi, qua incepcta surgunt Cardinales & omnes alij: incepto Psalmo sedent omnes: ceremoniarius in fine cuiuslibet Psalmi extinguit vnam candelam, vt suprà, cum respondetur ad v. sicuti cuiuslibet nocturni, omnes surgunt, & detectis capitibus versi ad altare stantes dicunt secrētē Pater noster, deinde sedent, & cantores dicunt lamentationes & lectiones, vt suprà, cum in-

cipitur, Benedictus, surgunt Cardinales, & alij omnes, & eo finito, cum repetitur Antiphona, sedent usque quo incipiatur Chorus factus. tunc genu flexunt, finito Missere, prior Cardinalium, vel vt aliquando seruatum est, Cardinalis in crastinum celebraturus genu flexus in suo loco inter alios Cardinales, dicit Orationem. Respice, &c. alia omnia fiunt ut suprà.

DE QVINTA FERIA MAioris hebdomade. que cana Domini datur, Papa presente.

Feria quinta in cœna Domini, Sacrificium debet summo mane aut per diem ante parasitic locū, vbi honorifice reponatur Sacramentum, quod Romæ fieri solet in parva capella palatij, forerij baldachinum alatum ante cancellos capellæ magnæ super credentia præter consueta, paratur alijs calix cum palla & patena, & mappula sericea super calicem pro Missa ordinatum ponitur duæ Hostiæ consecrandæ. Item portentur candelæ circa finem Missæ distribuendæ pro deducendo Sacramento & processibus, ad locum conuenientem, videlicet una duarum librarum vel circa pulchre laborata pro Papa, pro Cardinalib[us]

ceræ albæ trium librarum vel circa, quælibet, & duarum librarum ceræ communis quilibet pro Prælatis paratis tantum: quia nullis alijs candelæ distribuuntur. Item parentur duodecim intorticia ad honorandum Sacramentum cum portatur, deinde hora competenti Papa induitus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albis, & mitra preciosis, venit ad capellam, orat & facit confessionem more solito, non fit ei reverentia à Cardinalibus, quia fiet postea in loco benedictionis, antequam legatur processus. Facta confessione Papa ascendit ad solium, sedetque & ministrante priore presbyterorum Cardinalium, imponit incensum, incensatur altare, Papa, & celebras more consueto. Interim Cardinales vepit ad circulum, Gloria in excelsis, & Pax Domini ad collectam primam, & Creedo in unum Deum dicuntur & una oratio tantum: non fit sermo, non datur osculum pacis post Agnus Dei, sed Pax Domini, & Agnus Dei, ante omnes orationes sequentes dicuntur. Omnia alia fiunt ut alijs: paulo ante communionem ceremoniarius portat calicem prædictum de credentia ad altare pro reponendo in eo Corpus Domini reseruandum. facta communione per celebrantem de utraq; specie, antequam se puri-

ficit, reponit reuerenter Corpus Domini reseruandum in calicem ultimo paratum, quem Diaconus cum palla patena deu per posita, ac velo sericeo cooperit, & in medio altaris collocat reuerenter, deinde celebrans se purificat in eodem loco, & reuerentia facta Sacramento sine mitra quasi lateraliter in cornu epistolæ, ubi stans verfa facie ad populum, lauat manus obreuerentiam Sacramenti, & compleat Missam. Interim Prælati & Subdiaconi, auditore, clerici cameræ, & Acoluthi extra cancellum capellæ capiunt paramenta & superpellicia, ut moris est. Subdiaconus Crucen ante Pontificem portaturus, omnia paramenta accipiat, ac si epistolam esset dicturus: per ceremoniarium vero distribuuntur candelæ, quæ portantur per clericos capellæ: pro Sanctissimo Domino nostro datur vni ex cubicularijs sive secretis, & pro Cardinalibus dantur suis familiaribus sequentibus de cera alba, omnibus autem alijs Prælati paratis de cera communis. Et in fine Missæ dicitur, Ite Missa est. Finita Mis sa Papa dat benedictionem, & non indulgentias, & celebrans signans altare dicit Initium Sancti Euangeli & c. Accedit ad faldistorium, exiuit omnibus paramentis Missalibus, & deinde alia ordini suo conuenientia

uenientia accipit, sicut alij Cardinales, & vadit ad locum suum inter alios Cardinales, qui omnes paramenta ordinibus suis convenientia accipiunt. Sex capellani celebratis cum suppellicijs intorticia ante Sacramentum portat omnibus paratis, duo Acoluthi offerunt duo thuribula Papæ, & ministrante presbytero Cardinale, Papa imponit incensum, & accenduntur omnes candelæ Papæ, Cardinaliū, & Prælatorū, ac duodecim intorticia, vel plura, si Papæ placet, quæ portantur per capellanos celebrantis duo per quilibet: deinde Papa descendit ad altare, ubi genu flexus corpus Domini in calice pro crastina die depositum reuerenter incensat, thuribulum ducens. Deinde calicem ipsum cum Sacramento facta reuerentia deuotè accipit, illumque detecto capite portat sub baldachino, quod extra cancelllos capellæ expectantes, assistentes Papæ digniores Episcoporum suis pluuialibus portant, mitras suas in manibus ferentes. Hoc autem ordine proceditur: primò scutiferi Papæ, Procuratores ordinum, Aduocati mixtum cum secretariis, cubicularijs, nobiles & oratores, cantores Papæ, hymnum Pangelingua cantantes, clerici cameræ, auditores, duo Acoluthi cum candelabris. Subdiaconi, quorum unus tunicella, & aliud ut suprà

supra paratus Crucem portat: post crucem Abbates , Episcopi , Archiepiscopi , Ora- tores, Prælati, Vicecamerarius, si est Epi- scopus, alij assistentes Papæ, Diaconi, Pres- byteri, Episcopi, Cardinales omnes sine tri- tis. Deinde omnia intorticia quæ sequun- tur, duo acoluthi cum candelabris, & duo Acoluthi cum thuribulis Sacramentum co- tinuo incensantes. Deinde Papa medius in- ter duos Diaconos Cardinales assistenter sub baldachino , vt diximus, qui hinc inde phrygium pluialis Papæ eleuatum retinet. Caudam portet dignior laicus vrbis: Papa sequantur, auditor de'mitra seruiens, me- dius inter duos cubiculares secretos: Pro- tonotarij & alij sine paramentis. Cū Papas fu- erit in loco vbi Sacramentum reponi debet, Cardinalis qui celebrauit, vel Diaconus à dextris Papæ assistens, illud de manibus Papæ recipiat, & in loculum reponit. Et Papa aliquantulum retrocedens facta re- uerentia incensum ministrante presbytero Cardinali imponit, & Sacramentū denuo, vt prius, incensat. Deinde Sacrista locel- lum claudit, & clauem tradit Cardinali in- crastinum celebraturo.

*DE PROCESSIBVS QVI F
unt per Papam.*

His peractis extinguntur cadelæ & in torticia omnia præter faculas, quæ super candelabris Acoluthorum sunt cru- cem præcedentium, & itur supplicationis more ad locum, vbi processus legi debent, ordine quo ex capella maiore ad minorē cum Sacramento venerunt: baldachinum per oratores, vel nobiles supra Papam por- tatur. Cum ad locum benedictionis per- uenerint, vel potius statim reposito Sacra- mento, Papa demissō pluiali & stola albī, accipit stolam, & pluiale rubra preciosa, fedeisque super sedem ibidem sibi paratam, vbi Cardinales omnes tantum ad reueren- tiā recipit: deinde accedit ad pulpitum, unde videat populum. Et Subdiaconus tu- nicella indutus stans à sinistris Papæ, legit processum latinè: & Diaconus Cardina- lis stans à dextris Italico sermone. Dum in- cipiuntur processus, accenduntur candelæ & Papa & alij tenet super cēsam. Finitis pro- cessibus, Papa & omnes alij projiciunt e- as super populum. His peractis mouetur pā- nus niger, qui erat ante Papam, pendens in conspectu populi, datur benedictio so- lennis, Sancti Apostoli, & cæte. vt in libro, & publicatur plenaria indulgentia per du- os Diaconos Cardinales assistēts, in latino per illum à dextris, in sermone Italico per

illum à sinistris, Deinde Papa reuertitur ad palatium ad mandatum faciendum. Et Cardinales seniores, si volunt, Pontifice indulgentia discedunt. Iuniores, & Diaconi remanent, paramenta vero dimittunt in loco benedictionis.

DE MANDATO FACENDO.

Cum Papa peruerterit ad aulam ad horas paratas, sint ibi ordinati tredecim papares in albis vestibus nouis à Pótfice sibi datis, sedentes super scannis altis bene ornatis, credentia ornata sit cum floribus & herbae odoriferis, vasis cū aqua calida, & frigida; rebus alijs opportunis, videlicet peluib; tredecim cū totidē vasib; aqua calida implēta. Item tredecim mappulis in alio bacilli. Item aurei papales tredecim duplices, siue virginati, sex simplices, & totidem nummi argentei pro eleemosyna peregrinorum. Nam Papa da cuilibet pauperi vnu aureum duplensem, duos simplices, & totidem argentos, & in aliquo vase disponuntur, duo vasalia lauandis manibus Papæ cum suo mantili. Item paretur etiam pulpitum cum suo palio albo pro Euangelio, & liber Euangeliorum, ac aliud pulpitum pro cantoribus, duo candelabra cum luminaribus, thurib;

lun

lum cum nauicella, & incenso, quæ Acoluthi teneant, sedes Pontificalis in plano, pluviale rubrum, & simplex, & stola violacea pro Pontifice, & liber pro oratione. Cum peruentum fuerit ad locum, Papa extit pluviale preciosum, & induit simplex, & sedet in sede sua cum simplici mitra. Tunc Acoluthi cum thuribulo accedit, & ministrante primo presbytero Cardinali, vel digniore alio post eum in eius absentia, Papa imponit incensum more confueto. Deinde Diaconus Cardinalis paratus sacris vestibus, librū tenens ante pectus, stans ante Pontificem detecto & inclinato capite, petit benedictio nem, dicens: Iube Domine benedicere. Deinde vadit ad pulpitum, post quod stet Subdiaconus Apostolicus, tunica & alijs paramentis indutus, tenens librum more solito. Et Diaconus dicit, Dominus vobiscum, signat, incenset & cantet Euangeliū: quo finito ceroferarij reuertuntur ad credentiam, & clerici capellæ amouent pulpitum: Subdiaconus autem portet librū osculanum Pontifici, & Diaconus qui Euangeliū dixit, illo finito Papam incusat. Cantores finito Euangeliō cantant, Mandatum nouum. Papa tunc surgit, extrahitur ei pluviale, & portatur ex credentia linteum per auditorem seniorem minore auditore ipsum

Gg 5 pre-

præcedente, quo Papa per Cardinales assi-
stentes præcingitur, & præcinctus descen-
dit, & genuflexus cum mitra simpliciante
primum pauperem, assistentibus sibi duo.
bus Diaconis Cardinalibus, lauat ei pedem
dextrum, quem Subdiaconus tunicella in-
durus à dextris Papæ genuflexus tenet, vnu-
s ex cubicularijs (nam per ordinem venient
vnus post alium cum pelui & aqua) ad si-
nistram Papæ genuflexus, sinistra sua vasta-
net, & dextra ex aquilinario aquam apli-
dam miscet: lotum pedem Papa statim man-
tili tergit, osculatur. Thesaurarius, vel in
eius absentia vnu ex clericis cameræ tenet
peluum cum pecunijs, & aliis ex clericis va-
cum mappulis, & cum Papa osculatus est pe-
dem, dat lauato mappulam cum qua eum
extersit, & aureum duplicum, vel duos sim-
plices cum tot argenteis. Idem facit succe-
siuē singulis: & pro singulis portentur per
alios cubicularios singula vasea. Lotis o-
mnibus Papa reuertitur ad sedem suam, &
det quæ, & lauat manus cum ceremonijs con-
fuetis. Deinde surgit, dicit Pater noster
secretè: postea, Et ne nos &cæt. Respond.
Sed libera nos, &c Vers. Tu mandasti ma-
data tua Domine. Respon. Custodiri mi-
mis. Vers. Tu lauasti pedes discipuloum tu-

rum. Respon. Opera manum tuarum ne
despicias. Vers. Domine exaudi oratio-
nem meam. Respon. Et clamor meus ad
te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Respon.
Et cum spiritu tuo. Oremus. Adesto Do-
mine, quæsumus, officio feruitutis nostræ:
& quia discipulis tuis pedes lauare dignatus
es, ne despicias opera manuum tuarum, quæ
nobis retinenda mandasti, vt sicut hic à no-
bis exteriora ablununtur inquinamenta, sic à
te omnium nostrum interiora lauentur pec-
cata: quod ipse præstare digneris, qui viuis
& regnas Deus per omnia secula seculo-
rum, Amen. Duo interim Acoluthi ante ip-
sum duo cancelebra cum luminaribus te-
nent. His finitis Papa omnibus præsen-
tibus nihil dicens intrat cameram, & omnes
discidunt: omnes prælati qui mandato hu-
ijsmodi, seu lotioni interesse voluerint, de-
bet habere cappas, prout in capella habere
consueuerunt, & non mantellos. Notan-
dum, quod ante Sextum Papam quartum,
processus solebant legi, & benedictio solem-
nis dari plerunque ante Missam. Deinde
dicebatur Missa, & Sacramentum post com-
munionem portabatur ad loculum pro die
crastina per Diaconum secundum rubri-
cam communem, & aliquando per celebra-
tem,

tem, sociantibus tantummodo ministris altaris cum luminaribus: & illis reuersis finiebatur Missa, & in fine processus non eram lecti supplicantium more, illuc proficisci. batur Pôtifex cum omnibus ordinibus Curiae, & legebantur, & in fine siebat mandati, vt dictum est. Sextus autem præfatus, pro inde considerans Saluatorem nostrum no posse à nobis satis dignis laudibus venerari ordinavit modum supradictû. Finita Mis sa, postquam Papa decesserit, forerij debet nudare totam capellam, altare, sedem Papæ, & omnia.

*DE OFFICIO IN COENA
Domini, Papa celebrante.*

SI hac die Pontifex vellet ipsem et celebbrare, & sicut antiqui consuecerunt primo processus facere, tamen poterit seruari ordo à Sixto quarto datus, si placuerit & tunc Pontifex cum pluuiali rubro, & mitra simplicibus, descendit ad Ecclesiam ordine consueto, & non supplicatione instrueta. Facta oratione ante altare, ascendit secundem vbi confuerit accipere paramenta: ne verò sit reuerentia à Cardinalibus: quia facta in loco vbi processus leguntur. Tres Diaconi, Subdiaconi, Acoluthi, clerici camerae, & auditores parantur paramentis sibi conuenientibus. Diaconus Euangelij, & Subdiaconus

diaconus Epistolæ, capiunt sibi omnia opportuna, praeter manipulum. Pontifex deinde surgens sine mitra sub silentio dicit pater noster, & cantores dicunt Nonam sine nota. Interim imponuntur Papæ sandalia more consueto, & legit Psalmos, Quam dilecta &c. In fine cum dicitur Christus factus est, &c. descendit ad faldistorium ante altare, & genu flebit usque ad finem, & finito à cantoribus Miserere, etiam genu flexus dicit orationem, Respice quæsumus: deinde redit ad sedem suam, vbi lauat manus, & deponit pluuiale & mitrâ, & accipit paramenta albi coloris preciosa, & alia, vt moris est. Et tunc Cardinales, & omnes prelati capiunt paramenta sibi conuenientia. Prior Episcoporum Cardinalium assistit, omnia fiunt, vt in alijs Missis Papalibus, nisi quod Papa communicat solus in altari, & non in sede eminenti, & sanguinem sumit ex calice, non cum calamo, & reponit corpus Christi referuadum in crastinum in calicem paratum, antequam digitos abluat, quod antiquitus portabatur mox ad sacrissimam, quæ est apud altare Diui Petri per Diaconum, vel per Episcopum Cardinalem assistenter. poterit tamen portari per Papam in fine Missæ, secundum institutionem Sixti, supplicantibus omnibus cum candelis

candelis, vt 'suprà:& deposito Sacramento, extinctis candelis ibitur more consueto ad legendos processus. Confuerunt Romanii Pontifices hac die confidere sanctum chrisma, & oleum sanctum, & catecuménū, & benedicere Agnus Dei in primo anno Pontificatus.

*DE OFFICIO DIEI IOVIS
Sancte, Papa absente,*

SI Pontifex officio diei Iouis non interfit, paratis omnibus pro Missa celebranda, & reseruando in crastinum Sacraméto, quæ superius diximus, Cardinalis celebraturus tempore congruo capit paramenta, & solitis ceremonijs perficit Missam usque ad fidem communionem: deinde antequam se purificet, reponit Sacramentum reseruandum in calice, incensat & supplicatione habita illud portat ad locum præparatum, hoc ordine. Præcedunt scutiferi Cardinalium & papæ, si adsunt aduocati, secretarij, cubicularij, deinde acoluthi, clerici camere, auditores, Subdiaconi Apostolici, nobiles Oratores, cantores dicentes, Panglingua. Capellani cum intorticijs, ceremonarius cum thuribulo, seu duo ceremoniarum duobus thuribulis continue incensantes sacramentum: deinde celebrans sine bâchino medius inter Diaconum & Subdiaconum,

conum, quem sequuntur sine paramento Episcopi, Cardinales, presbyteri, & Diaconi & prælati in cappis suis, & alij officiales: si tandem vellent parati cum solenni supplicatione procedere, seruaretur ordo descriptus suprà, quando Sacramento portatur per pontificem, nisi quod crucem portaret Sub diaconus capellæ, & Cardinali ministrarent sui ministri, & non officiales Papæ. Deposito Sacramento eodem modo reuertuntur ad altare, & perficitur Missa, datur benedictio, & publicantur indulgentiæ, li Papa non facit processus.

DE LOTIONE PEDVM TREdecim pauperum, Papa absente.

Paratur in aula consueta pro tredecim pauperibus lauandis credentia, & alia, ut superius diximus: deinde venit Cardinalis lauaturus. Sedet, faldistorio in loco convenienti sibi præparato, ubi accipit stolam et pluviale violacea, & mitram simplicē, & ministrante Diacono capelle, qui paratus cum Subdiacono, vt in Missa fuerat, ei assistit. Cardinalis imponit incensum, deinde Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens, genuflexit ante Cardinalem, benedictionem petens: qua accepta, astantibus duobus ceroferarijs vadit ad pulpitum signans, incensans, cantans, vt mori-

SACRARVM CERIMONIARVM
moris est, Subdiacono capellæ stante retro
pulpitum, & librum tenente. Finito Euange-
lio ceroferarij reuertuntur ad credentiam,
Subdiaconus portat librum osculandum
Cardinali, & Diaconus cum incensat, dein-
de deponitur Cardinali pluuiale, & per vñ
è suis capellanis portatur linteum, quo per
Diaconum & Subdiaconum cingitur; acce-
dit deinde cum mitra ad pauperes, & inci-
piens à primo, singulis genusflexus pedem
dextrū lauat, extergit, osculatur, & dat ma-
pulam cum aureis & argenteis, Subdiaco-
no pedem tenente, & capellanis suis pelues
& aquam, clericis cameræ vasa cum mapp-
lis & pecunia ministratibus. Quibus lotus ac-
cedit ad faldistorium, ubi sedens lauat sibi
manus, uno ex scutiferis aquam ministrante
tum surgit, & detecto capite incipit altè, Pa-
ter noster, quo secrete completo, dicit, Et
ne nos, & vers. & orationem, Adesto Domi-
ne, prout in ordinario. qua finita deposi-
facris vestibus, accipit cappā & ad domus
am reuertitur.

QVANDO PAPA PROCESSI
bus tantum interesse voleat, & publicam in-
gentiam populo dare.

S' Ivero papa ho dierna die Missiæ & man-

LIBER SECUNDVS. . . 240

tum, id hoc ordine agitur. post benedictio-
nem Missæ per celebrantem datam, nō pu-
blicantur indulgentiæ, Prælati etiam & Car-
dinales ac alij accipient paramenta in locis
sibi conuenientibus, & distribuantur cande-
la, vt supradictum est. Pontifex autem in-
dutus amictu, alba, cingulo, stola, pluui-
ali rubro, & mitra preciolis in camera papa-
galli, ministrante priore presbyterorum Car-
dinalem, ex more imponit incésum, & sup-
plicabundè procedit ad locum, vbi legun-
tur processus: crucem præcedunt thurife-
riarius, & ceroferarij, & alij, vt alias. Et por-
tatur baldachinum per nobiles, & oratores
super Papam vique ad locum benedictio-
nis: fit ibidem Papa reuerentia per Cardi-
nales more solito, accenduntur candelæ o-
mnes, & leguntur processus. Quibus tinitis
projiciuntur candelæ, amouetur pannus
niger, Papa benedicit more consueto, &
deindè ad cameram suam vadit, sicut ser-
vatum fuit anno primo Innocentij octauis,
propter eius infirmitatem.

DE SEXTA FERIA MAIO-
ris hebdomadæ Papapräsentē.

De veneris in paralceue, solet offici-
um facere qui præcedenti die in cœ-
na Domini celebrauit, quia videtur inde

Hh depen-

dependere, & vnum atque idem esse officium. Cardinalis celebraturus parat se cu paramentis nigris siue sandalijs, & sine chirothecis, & non dicuntur antiphonæ, Neminiscaris, nec Psalmus, Quam dilectæ, &c. Ministri vtuntur planetis plicatis: altere debet esse totaliter discoopertum, super credentiæ debet esse vas cum bocallata pro lauandis manibus, & non alia vas ad ornatum, quæ in alijs missis habentur, & aliud vas pulchrum pro offertorio iuxta crucem pro tempore adorationis ponendum, cum duabus mappulis sericis pulchris: mappa credentiam tantum cooperat, & à nullo latere dependeat, & duoci delabra cum faculis, & sex intorticia non accensa super cancellos, quæ omnia per adorationem accenduntur. Ante altare faldistorium pro Papa more consueto, vntantum puluino violaceo de super pullo & ad sinistrum aliquantulum retro ponit scabellum nudum pro celebrante: tota capella nuda est, & fedes Papæ pulpite violaceo tantum cooperta. Hora competet Pontifex indutus amictu, alba, cingulito stola violacea, & cappa purpurea, cuiusc pucium duabis spinulis hinc & inde super spatulis aptetur, ne retro cadat, in capitellis mitram simplicem, cruce velata, & C

dinalibus præcedentibus venit ad capellæ, procubit in faldistorio, & diutius orat, vide licet per spaciū vnius Miserere mei Deus, vel circa, vt sibi placet. Cardinalis celebra tur indutus vt supra, sine mitra accedit prope Papâ cù suis Diacono & Subdiacono, & super scabellum nudum à sinistris Papæ sibi preparatum, similiter oret: interim clerici capelle vnā mappâ siue tobaliam tantum super altare extendunt. Orationibus finitis Papa ascendit ad sedem suam nudam, ahsistentibus sibi duobus Diaconis Cardinalibus more solito, & celebrans ad tuum faldistorium etiam nudum. Non fit reuerentia per Cardinales, neque ministri prophetias, passionem & Euangeliū dicturi, osculantur pedem Papæ: sed sine osculo omnia fiunt. Postquam omnes confederint, unus ex cantoribus super pellicio tantum indutus, associatus per ceremoniarium accedit ad locum, ubi Epistola dicitur, & factis Papæ & altari reuerentijs sibi ipsi librū tenens legit primâ prophetiam sine titulo: finita prophetia, factis reuerentijs, cantor solus reddit ad suum locum. Ceremoniarius portat librum ad altare, & celebrans legit ex Missali prophetiam & Tractum: post prophetiā dicitur Tractus Domini ne exaudi &c. quo finito, celebrans stas ante faldistorium versus ad altare, sine Dominus

vobiscum absolutè dicat, Oremus, & Diaconus retro eum stans, Flectamus genua, & Subdiaconus, Leuate, celebrans dicit orationem, deinde sedet & aliam prophetiam cantat etiam sine titulo Subdiaconus in dicto loco, & ea cantata legitur per celebratem cum tractu. Alius postea tractus dicitur, qui dum cantatur, portantur paramita ad cantores, & tres ex eis parantur pro passione cantanda, ut dictum est in Domina palmarum, qui in fine tractus veniunt, & facta reuerentia locantur in loco confitto, & assistentibus tribus capellaniis, ut libri teneant, cantant passionem, ut supra in dictum est. Celebrans autem incepit passionem, nulla ad Papam facta cœpta, nulla ad celebrans, ac omnes alij in suis locis genuflectunt versi ad altare aliquantulum orantes: cū Papa surgit, & se erigit, gunt oēs, & continuatur palius usque ad hanc: qua finita Papa & celebrans, ac Cardinales sedent. Tum Diaconus capella deposita planeta capit illam vel aliam placitam, quæ

tam, quæ sub brachio eius dextro ligatur, celebrans in altari perficiat passionem in tono. Peruento deinde ad locum, qui legitur in tono Euangeli, cantores factis reuerentibus reuertuntur unde venerunt. Diaconus capella ponit librū super altare, & genu flexus dicit, Munda cor meum: deinde sine benedictione, & sine luminaribus, & absque incenso, præcedente ceremoniario, & sequentibus ipsum Subdiacono & duobus capellaniis celebrantis, accedit ad locum Euangeli & cantat ut in libro, quem Subdiaconus tenet stans in medio inter duos capellanos prædictos. Confueuerunt tamen antiqui portare luminaria ad partem, in qua legitur in tono Euangeli: & ea finita, illa extinguere: & ita seruatum legit tempore Gregorij noni, Innocentij tertij, & aliorum, hodie non seruatur. Lecto Euangelio Papa nō osculatur librum, neque incensatur: sed ille qui est oraturus, accedit ad pedes Papæ, & illis non osculatis, neque petita benedictione, tantum petit indulgentias. Deinde vadit ad pulpitum, facit sermonem, & in fine statim pronunciat indulgentias: quia nō dicitur Confiteor, neque datur benedictio. His peractis celebrans surgit, & dimissa mitra accedit ad cornu altaris epistolæ, & dicit orationes solennes, prout in Ordinario,

in quibus diligenter aduertendum est in responsione Amen , & ad Flectamus genu quando dici debeant, & quando omittantur. Cum dicitur ultima oratio, vel parum ante, clerici capellæ ponunt unum magnum iuxta & superiori gradu altaris per longum capellæ, & super primos gradus ponunt pulvinum magnum, violaceum & defluper manipulam unam sericeam, pulchram, super quod postmodum crux ponitur. Finitis orationibus celebrans accepta mitra vadit ad faldistorium, ubi deponit mitram & casulam, & procedit ad posterius cornu Epistole, iuxta parietem, & Diaconus accipit crucem velatam de altari, & illam offert celebranti: quem reuerenter accipiens, eius summittat ad crucis transuersum detegit manu dextera, deinde ambabus manibus eam eleuans ad culorum altitudinem, stans voce demissilus cantat, Ecce lignum crucis , capellam suo assistente cum pluribus à sinistris fibilium tenente. Omnes tunc surgunt, & capita deteguntur: ceremoniarius, ministri, & capellani omnes celebrantes apud altare omnes prosequuntur, In quo salutis mundus peperit. Cantores tunc perficiunt, Vnde adoremus: ad quæ verba, videlicet Vnde adoremus, Papa & omnes alij, excepto celebrante, genu flectant: deinde celebran-

procedit ad ipsum cornu altaris, in eodem latere manens, & discooperit brachium extream crucis, & caput figuræ crucifixi, & eam eleuat, vt supra, & aliquantulum altius cantat, vt supra: cui respondet, & genu flectitur, vt supra. Tertio celebrans procedit ad medium altaris, & versus ad populum, discooperit totam crucem, & altius cantans, facit vt supra, & vt supra respondet, & genu flectitur. Finitis responsionibus, celebrans cum reuerentia, & deuotione solus sine ministris vadit ad locum paratum prædictum, non faciendo reuerentiam neque Papæ, neque altari, ubi genu flexus reponit crucem reuerenter, surgit, & facta tantum Papæ reuerentia, ad faldistorium suum reuertitur, ubi unus ex scutiferis suis ei sedenti calciamenta detrahit. Interim per ceremoniarium ponitur ad sinistrum brachium Crucis pro offertorio vas unum aureum, & cantores incipiunt cantare , Popule meus, & continuant ad finem adorationis. Tum per ceremoniarium nudatur Crux Papalis , & Acoluthi omnes accedunt ad eleuandas fimbrias Papæ , cubicularij secreti subtus genu flexi extrahunt eius calciamenta . Quod si forte Pontifex, propter eius inualitudinem , aut alia ratione

non velit fibi calciamenta detrahi , debet
nihilominus Acoluthi fimbrias tenere,& cu-
bicularius subtus genu flectere, ac si calcia-
menta deponeret ad deuotionem,& exem-
plum circumstantium . Auditores fimbrias
non eleuant, sed Papa dimissa mitra vadat
adorandum Crucem medius inter duos
Diaconos Cardinales assistentes, quemad-
qui ex suis Episcopis assistentibus sequun-
tur, & ter cum distantia genuflectit, & ore
antequam illam osculetur. Et postquam illa
osculat⁹ fuerit, p̄ijcit in appositū vas ibi par-
tum viginti quinque ducatos in auro, vel plu-
res, ut libi placet, & reuertitur ad sedem lu-
am, & acolutki, vt suprà, fimbrias tenent, &
cubicularij calceos reponunt. Quo fact⁹
accedunt duo Episcopi assistentes cum libro
& candela, & Papa legit veri. Popule meu
prout in ordinario, vñque ad finem. Cum pri-
mum Papa ad sedem suam reuersus est, Ca-
dinales vadunt bini, & bini ad Crucem, ad
adorandum: primus erit celebrans, qui fol-
lus de faldistorio sine ministris vadit, & re-
uertitur, & in adoratione ad finistram suam
habebit priorem Episcoporum Cardinalium,
quos sequantur alii Cardinales bini, &
bini. Quod si numerus Episcoporum Ca-
dinalium impar sit, vñtimus Episcopus ada-
ribit, cum primo presbytero. Idem fit

de pre-

de presbyteris , & Diaconis Cardinalibus
in ultimo tantum loco. si Cardinalium im-
par sit numerus, poterunt tres vñtimi simul
adorare, duo Diaconi assistentes adorent
in loco suæ receptionis. Interim veniunt
duo alij Diaconi ad assistendum Papæ. Et
celebrans cum assistente sedendo legit, Po-
pule meus, &c. Si autem Imperator, aut Rex
interflet, adorant, & oculantur in ordine,
sicut recipiunt cineres, id est, post oēs Cardi-
nales: cæterum post Cardinales adorant
Episcopi assistentes, quorum si impar sit nu-
merus, vñtimus assistens venit ad dextram
primi ex alijs Prælati: idem obseruetur in
singulis ordinibus infra scriptis, & si inter
assistentes sit aliquis Protonotarius , vel
Abbas, ille adorabit primus post Episcopos
omnes: post assistentes veniunt alij Episco-
pi, postea oratores laici successiue, proto-
notarij, abbates, pœnitentiarij, subdiaconi
Apostolici, auditores, clerici cameræ, acolu-
thi, cubicularij secreti, clerici ceremonia-
rum, Diaconus & Subdiaconus capellæ,
cubicularij extra, secretarij cum aduocatis,
procuratores ordinum, cantores capellani
assistentes, scutiferi Papæ, caudatarij, & alij
omnes, circa finem adorationis accendun-
tur candelæ super altare & credentiam, ac
intorticia super cancellum, & Diaconus

accipit bursam corporalium super creden-
tia, & corporalia extendit super altare mo-
re consueto: deinde finita adoratione acci-
pit ad crucem: quam reuerenter accipiem
nulli faciens reuerentiam, reportat ante al-
tare. Ceremoniarius vas accipit, & pecunia
ex lance in panniculo ligatas reponit super
altare. Interim in loco vbi corpus Domini
positum est, parantur duo thuribula cum
igne, duodecim intorticia, & baldachinum.
Subdiaconus Apostolicus capiens crucem
Papæ præcedentibus, scutiferis, & officia-
bus consuetis, procedit ad locum præ-
dictum medi⁹ inter duos ceroferarios. Ipsi
sequuntur Cardinales in eorum cappis, de-
inde Papa: fimbrias cappæ Pontificæ porta-
primus Episcoporum assistentium: Papa
sequuntur prælati ordine cōfucto: celebri
autem consuevit etiam aliquando Papa
associare, aliquando verò remanere prox-
altare. Quando autem Papam associ-
quod est honestius, debet ire in paramentis
Missalibus solus immediate ante Papam, &
medius inter duos Cardinales seniores, mi-
nistris suis apud altare manentibus. Cum
pa peruererit ad locū, vbi reponitur Sacra-
mentum, deponit ei mitra: deinde con-
venerit ad locum vbi est Sacramētum, pri-
mum genuflexit, & facit orationem: de-

de Sacrista aperit capsulam, & Papa stans si-
ne mitra, ministrante priore presbyterorum
Cardinalium, ponit incensum in thuribulis
per duos acoluthos in cappis corā sibi obla-
ti, & cum uno thuribulo, genuflexus in su-
periiori gradu altaris incensat Sacramētum
ante quām extrahatur ex capsula. Quo incen-
sato celebrans, si adest, vel Diacon⁹ Cardi-
nalis à dextris Papæ assistens, extrahit cali-
cem cum Sacramēto de capsula, & dat ad
manus Papæ, qui illum cum deuotione &
reuerentia capite detecto portat ad altare,
vbi officium erat peragendum, ordine quo
venerant: & portantur intorticia per capel-
lanos celebrantis im̄mediatè ante Papam, &
duo thuribula per acoluthos cappis, qui cō-
tinuò incensant: super Papam autem porta-
tur baldachinum per Episcopos alsilentes
digniores. Cantores interim cum portatur
corpus Domini, cantant, Vexilla regis pro-
deunt. Cum venerint ad ultimum gra-
dum altaris, celebrans capit calicem de ma-
nibus Papæ, & illum reuerenter ponit super
altare, & Papa rursus incensat Sacramētum,
& ad sedē suam reuertitur, & ibi stat detecto
capite cum deuotione versus ad Sacra-
mentum, interim intorticia manēt accensa usque
post cōmunionē, & ea tenent dicti capellani
genu-

genu flexis per ordinem videlicet una pars eorum à cornu dextro, & alia à cornu sinistro altaris. Cum autem Sacramentum possumus fuerit super altare, celebrans extrahit Sacramentum de calice, & ponit supra patenam, quam Diaconus tenet nihil dicere. Diaconus patenam cum Sacramento offerit celebranti, qui hostiam sacram super corporalia ponit nihil dicendo. Interim Papa ponit incensum more consueto, ministrante presbytero Cardinali, qui mox ad suum locum inter alios Cardinales reuertitur, et ceremoniarius portat thuribulum celebrati, qui incensat Sacramentum, & altare non resolito: & non incensatur celebrans neque Papa, sed altari incensato in cornu epistolæ, stans sine mitra versus, ut pridie, celebrat lauat manus, deinde versus ad medium altaris, inclinans se dicit, In spiritu humilitatis, & in animo cōtrito suscipiamur a te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi Dominus Deus. Deinde vertit se ad populum dicere, Orate fratres, ut meum ac vestrum sacramentum acceptabile fiat apud Deum omnipotentem. Tum conuertens se ad altare omnis omnibus alijs, absolute dicit, Oremus. Præceptis salutaribus moniti, & diuinâ constitutione formati audemus dicere, Paternoster, &

&c. usque ad finem, chorus respondit, Sed libera nos à malo: ad quod celebrans postquam secrete respondit Amen, continuat pristino tono absolute dicens, Libera nos Domine, &c. quo dicto celebrâs facta prius usque ad terram reuerentia, Sacramentum in dextram accipit, & eleuat alius quam alias fieri solet, ut ab omnibus visu possit, & statim deponit, diuiditque in tres partes, quarum unam ultimam mittit in calicem more consueto, nihil dicendo: deinde dicit, Perceptio corporis tui Domine Iesu Christi, &c. Panem cœlestem accipiā, & nomen Domini inuocabo. Domine non sum dignus, &c. Tum continuat corpus Domini, &c. Et hoc dicto signat se cum Sacramento, & illud sumit reuerenter: tum nihil dicens sumit vinum, & aquam, cum particula in calice existenti. Interim exportantur intorticia, & extinguntur more solito, deinde in cornu epistolæ accipit mitrā, & lauat manus more solito. Tum deposita mitra, reddit ad medium altaris, ubi dicat, Qued ore sumpsimus Domine, puramente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Quo dicto reddit ad faldistoriū, reponit omnia paramenta, resumit cappam, & vadit inter alios Cardinales ad locum suū. Facta oratione catores incipi-

incipiant pro vesperis sine nota antiphona Calicem salutaris accipiam, & alia, prout ordinario. Tum dicetur Magnificat. Papsurgit deposita mitra, & dum replicatur Antiphona, reassumpta mitra descēdit ad faldistorium, & cum dicitur Christus factus &c. genu flectit, sic manens vsq; ad finē pmi Miserere, & in fine dicit Orationē, Reipice, &c. vt in matutinis dictum est: & similiter omnibus reuertitur ad cameram suam eo ordine quo venit: dignior assistens portat simbrias cappæ Pontificiæ simul collecta Cum Papa fuerit in camera, conuenient Sacrista, Subdiaconi Apostolici, & clerici ceremoniarum, & diuidunt pecunias in ordinatione crucis oblatas in tres partes: vii Sacristaræ, aliam Subdiaconi, tertiam clericorum ceremoniarum accipient.

DE MATVTINIS TENEBRUM
quinta & sextæ ferie maioris hebdomade.

IN Matutinis tenebrosis hoc sero, & in quinta feria præterita, idem seruat ut omnia vt in Matutinis quartæ feriæ superiores diximus: hoc mutato, quod altare, sed Papæ, & tota capella debent esse nuda.

LIBER SECUNDVS. 247
DE INDVLGENTIA DAN-
dapopulo.

Et notandum, quod si populorum multitudino conuererit ad urbem hoc tempore deuotionis gratia, consueuerunt Pontifices antequam vadant ad Missam de matre, & similiter in die antequam vadant ad Matutinas tenebrosas, exire ad locum benedictionis publice cum pluiali rubro, & mitra simplicibus, & populo benedicere, Cardinalibus, Praelatis, & alijs officialibus in habitu consueto capellæ euntibus. Et si hoc debet fieri, locus ille paratur per aliquot horas ante, vt populus intelligat Pontificem daturum esse benedictionem. Post benedictionem Papa reuersus ad cameram, & dimissis sacris vestibus cum cappa, & mitra plana ad Missas, vespere autem cum cappa, & sine mitra, cum tempus sibi videbitur, vadiit ad capellam ad Matutinas, vt suprà.

DE OFFICIO DIEI VENERIS
Papa celebrante.

Si in parasceue Papa voluerit ipsem etebrare, quod antiquitus Romani Pontifices, & nostris etiā diebus Nicolaus quintus facere consueuerunt, hic ordo seruabitur. Parantur duas credentia more solito, sed non

sed non cum pompa. nam in credentia Papa non erūt nisi vasa necessaria ad sacrificium alia ad ornatum non ponuntur. Et capella tota nuda, sedes nudæ, altare nudum, & si ne aliquo ornamenro.

Hora competenti Pontifex induitus amictu, alba, cingulo, stola, cappa rubra Cardinalari, & mitra alba simplici, more solito exigit ad Ecclesiam, orat ante altare, accedit sedem, ubi consueuit accipere paramentum & nunquam hac die ascendit ad sedem suam, nisi in fine ad Vesperas. Cum autem quantulum quieverit sedens, surgit sine mitra, nulla enim fit hodie reverentia, nullæ osculationes, & versus ad altare sub silentio dicit Pater noster, & mox cantores legunt Nonam. Pontifex, ut illi incipiunt, sedet. Interim Diaconus Euangelium dicturus, Subdiaconus capiunt paramenta omnibus opportuna, præter manipulum, & planctam, & in albis parant Pontificem cum tempus: similiter Subdiaconi, auditores, clerici capellæ, & Acoluthi capiunt superpellacia. Pontifex non dicit, Quæ dilecta, &c. quia non vtitur sandalijs, sed in tempore dicit ad faldistorium ante altare: & dum dicit in fine nonæ, Christus factus est &c. genuflectit sine mitra usque in finem, & dicunt orationem, Respice quæsumus, genu flexu-

Deinde reuertitur ad sedem prædictam, deponebit mitram, & cappam, lauatque manus ceremonijs consuetis, & prior presbytero. rum Cardinalium seruit pro aſſistente. Deinde per Diaconum, & Subdiaconum patratur consuetis paramentis exceptis sandalijs, subcinctorio, fauone, & chirotecis, qui bus hodie non vtitur, & ad paramenta dicuntur orationes consuetæ: Pontifex & omnes alij vttuntur paramentis nigri coloris. Cum Papa incipit parari, Cardinales & omnes alij Prælati capiunt paramenta sibi conuenientia, Episcopi pluuialia, presbyteri & Diaconi planetas ante pectus. Pontifex accepto pallio cum spinulis, & mitra simplici, & annulo Pontificali, sedet aſſumulatum, & Diaconus ac Subdiaconus ministri accipiunt manipulum & planetam. Et tunc præcedente alio Subdiacono cum cruce inter duos ceroferarios cum candeliis extintis, & sine incenso, Papa ordine cōsueto accedit ad altare: sed presbyteri non procedunt obuiam Papæ apud altare, abstrahitur ei mitra à Diacono Euangelij, & Papa genu flexus ac procumbens super nudum faldistorium, diutius orat: & similiter omnes alij genu flexi orant. Interim extenditur supra nudum altare à Sacrista & ceremonijs mappula munda alba. Finita

oratione surgit Pontifex, osculatur altare, deinde cum mitra sedet super nudam cathedram, positam in cornu sinistro, id est, Epistole, ita ut faciem vertat ad dextrum cornu Euangelij: presbyter Cardinalis assistens sedet super gradum primum ad pedes Papæ, & post eum tres Diaconi, quorum medio sedet qui Euangelium est lectorus, Subdiaconus est in gradu inferiori ad pedes Diaconi Euangelij, assistentes Episcopi super gradus & in terra post Papam, alij in loco consueto. Omnibus co-sedentibus vñus ex auditoribus factis reverentijs altari & Papæ, accedit ad locum, videtur Epistola, & ibi librum sibi tenens dicit primam prophetiam sine titulo: & infra non osculatur pedem Pontificis, sed dñi libro vni ex ministris, factisque solitis reverentijs, reuertitur ad locum suum. Finita prima prophetia, dum cantatur Tractus Papa legit ipsam prophetiam ministrantibus librum Episcopis assistentibus, sed sine candelâ accensa: post tractum surgit Pontifex & omnes alij, amouetur cathedra, & stat Pontifex sine mitra in cornu epistolæ, dicit Oremus. Et Diaconus à dextris dicit Flectamus genua, & mox Diaconus à ministris Leuate, & omnes surgunt & Pontifex

dicit orationem. Subdiaconus interim dimittit planetam, & vadit cum libro ante pectus ad locum consuetum, vbi finita oratione legit Epistolam more solito: illa finita, nō osculatur pedem Pontificis, sed reassumpta planeta redit ad locum suum, & Papa legit Epistolam, & Tractū, ministrantibus librū assentibus, ut supra. Cōsuevit antiquis tēporibus (ut legi) Diaconus Cardinalis Euangelij cantare passionem, & etiam partem quæ dicitur in tono Euangelij: quod si facere voluerit Diaconus, ipse circa finem tractus exuit planetā, & planetā accipiet super humerum sinistrum, in modum stolæ, & assumpto libro Euangeliorum ante pectus, factis reverentijs illum ponet super altarc, & genu flexus dicit orationem, Mūda cor meum. Surgens deinde accipit librum, & factis reverentijs, sine benedictione, incensio aut luminaribus, accedit ad pulpitum, vbi lectorus est passionem in loco consueto. Subdiaconus Epistole stat post pulpitum, & duo Acoluthi iuxta eum: & sic finito tractu Diaconus incipit: Passio & cæt. Et cum peruenit fuerit ad locū qui legitur in tono Euangelij, nō petita benedictione absolute, prosequitur Euangelium. In antiquis tamen libris inuenio, quod ad hanc partem Euangelij, hodie & alijs tribus diebus quando le-

gitur paſſio , portantur luminaria, quæ
cto Euangeli extinguitur : hodie non
portatur nec incensum, & etiam rubrica e-
muniſ hoc innuit. In eo tamen tempore ſe-
uatum eſt, vt ſuprā diximus.

Si autem Diaconus non cantabit paſſio-
nem, nunc tres cantores habitu, & ordine
in Miffa ſuperiori prædicto, cantabunt pa-
ſionem, & circa finem Diaconus Euange-
lij exuet planetam, & plicatam ſuper humi-
rum finiftrum accipiet: ponet librum ſu-
per altare, genu flexus dicet, Munda cor meum
&c. Et illo reaffumto ibit ad pulpitum ci-
Subdiacono , & Acoluthis , vt ſuprā di-
ximus. Pontifex dum incipitur paſſio, ſurgit
& deposita mitra ſtans legit & ipſe paſſio-
nem ſecrete, ex libro ſupra altare poſito
cornu Epiftolæ, verſus aliquantulum a-
legentes paſſionem. Finita paſſione ſe-
bit quoque incipiatur Euangeliuſ tum
ſurget, & ſtabit vt ſuprā, vſque in finem.
iterum ſedebit, non oſculabitur librum, ne-
que incenſabitur. Diaconus finito Euange-
lio, & alij qui ſecum erant, factis reuerentia
revertuntur ad loca ſua. Qui autem eſti-
eturus sermonem, ſi eſt Prælatus, cum plu-
ziali nigro, & alba mitra: ſi aliud, cum ha-
bitu alijs conſueto accedit ad Pontificem
& genu flexus petit indulgentias populi

publicas

publicandas, & non benedictionem. Dein-
de ascendit pulpitum, & facit sermonem
ſuum, & Pontifex ſedet in cornu Epiftolæ,
vt verſus ad prædicantem: reliqui ſedebunt
vt ſuprā diximus. Finito ſermone præda-
tor statim pronunciabit indulgentias à ſu-
mo Pontifice confeſſas: non fit confeſſio,
neque datur benedictio, ſed mox ſurgit
Pontifex, amouetur cathedra, deponit mi-
tram, & ſtans in dicto cornu, ex libro ſu-
per altare ſtante cantat orationes. Oremus
dilectissimi, &c. vt in ordinario, & Dia-
concantant, Flectamus genua, Leuate, hoc
ordine ad primam orationem prior Diacon-
orum, id eſt, qui dixit Euangeliuſ (nam
ad eum ſpectat Pontifici ministrare) dicit,
Flectamus genua, & ſecundus dicit, Leua-
te: ad ſecundam orationem, ſecundus Dia-
conus, id eſt, qui aſſiftit à dextris, dicit Fle-
ctamus genua. & tertius qui à ſinistris, di-
cit Leuate ad tertiam orationem: tertius di-
cit Flectamus genua, & primus dicit Leua-
te: ad quartam primus dicit Flectamus, &
ſecundus Leuate. & ſic per circulum vſque
in finem. Pro Iudæis non dicitur, Flectamus
quorum impietatem exhorreſcens Eccle-
ſia, pro illis orans non genu flectit, quia ho-
die ipſi illudebant Saluatori noſtro, genua
ante ipſum flectentes. Finitis orationibus,

ii 3 Ponti-

Pontifex deposito pallio super altare, exiit planetam, & exspectat in angulo posteriore cornu epistolæ. Sacrista capiens crucem ex altari, illam reuerteretur portat ad manus Diaconi, qui illam dat ad manus Pontificis. Pontifex crucem detegit, imponit, & adoratur. Isdem ceremonijs quas supra scriptum. Papa facta oratione reuersus ad cathedram, quæ ponitur ei ad cornu epistolæ, reassumit calciamenta sua omnia, & sedens legit Improperia, quæ à choro cantantur. Interim Cardinales, Prælati, & alij omnes ordinis superiorius dicto crucem adorant. Diaconus autem Evangelij, ut crucem adoratur simul cum Subdiacono vadit ad credentiam Papæ, & ibi ambo lauant manus, deinde reverteri ad altare explicant super illud mappam sericeam, & Subdiaconus cum suo paniculo circa collum ex credentia Sacrifice portat corporalia tantum cum purificario, quæ Diaconus explicat super altare. Deinde reuertitur ad Pontificem, qui finita adoratione crucis, lauat manus consuetis ceremonijs cum mitra, & mox illa deposita assumit planetam, & mitram per manus Diaconi. Crux vero per Sacrificium reponitur super altare, & accenduntur luminaria. Pontifex imposito incenso in thuribulo, mitrato primo presbytero Cardinali assistente supplicabundus vadit ad locum ubi reconditum est Sacramentum, quod reportat ad altare ceremonijs supradictis, nisi quod hic omnes habent paramenta, & omnia alia servantur, quæ superiorius & in ordinario dicta sunt. Papa cōmunicat in altari solus & nō sicut vinū cum calamo, sed de calice bibit. Nostandum tamē, quod ante Ioa. 22 Diaconus portabit ad altare Sacramentum, q̄ etiā cōmunis rubrica habet: post illa tēpora Pontifex celebrans illud reportat: & melius. Aduertendū statim quod hodie nullus incēsatur, neque Papa, neq; alij, nisi solū Sacramētū. Sacrista in tēpore cū Acolutho, calice, ampullis, patenī vadiit ad credētiām Papæ, & more solito mādat omnia, & mādat fieri p̄gustationes p̄ credētiarios, & portat vinū, & aquā primo, & p̄st cū vafis suis superior presbyterorum Cardinaliū infundit vinū sup digitos Papæ cū purificat, quod alijs facit prior. Cōmunione facta Pontifex in cornu altaris cū mitra lauat manus solitis ceremonijs. Deinde deposito pallio super altare, ascēdit sedem eminētem nudam, vbi depositis sacrī vestibus, induit cappam purpuream, & cum mitra à simplici fedet. Interim oēs alij deponūt paramenta: & mox à cantoribus leguntur verset. Et in fine Pontifex descendit ad faldistoriū, & genu flectit cū dici Christus fact⁹.

Il 4 est, &c.

est,&c. Et post Miserere dicit Orationem,
Reſpice quæſumus Domine,&c.

*QV'D TAP A HAC DIE NON
ſedet in ſede in camera.*

ET nota, quod hac die secundum am-
quas ceremonias, Papa in camera ſu-
non confueuit ſedere ſuper ſedes, ſed ſuper
ſcabella, & Cardinalis finito officio, & de-
ducto Pontifice ad cameram, descendit
ne confabulatione aliqua.

*DE OFFICIO VENERIS SAN-
ETI, Papa abſente.*

SI Papa hac die abſens erit, Cardinals
Officium peracturus, tempore cōgru-
ad capellam veniens capit ſacras veftes, vt
perius diximus, & cum alij Cardinals con-
uenerint ad altare, procedit cum miniftri-
confuetis, & mitra in capite. Et facta reue-
rentia Cardinalibus, conuersus ad altare
deponit mitram, & genu flectit procumbē-
super ſcabellum nudum cum puluino ante
altare pofitū. Et ibi prolixius orat: tū ſurgt
ascendit ad altare, & illud tātum oſculau.
Deinde reaſumpta mitra vadit ad faldif-
rium, & in officio proceditur, vt ſupradictum
est, vſque ad finitam paſſionem, & E-
uangelium. Tunc habiturus sermonem ac-
cedit ante Cardinalem, petit indulgentia
& alia

& ascendit ad pulpitud. Reliqua feruātur,
ut prius vſque ad denudationem, & deposi-
tionem crucis: qua in loco parato poſita,
reuerterit ad faldistorium, vbi detractis ſibi
calciamentis vadit ſine miniftriſ ad adoran-
dum Crucem, & cum eo ad ſinistram pri-
muſ Cardinalis qui ſecum adoret, deinde
alij Cardinals, & alij ordine ſupradicto.
Cruce adorata Cardinalis reuertitur ad fal-
distorium, vbi calciamenta ſibi reponuntur
ac plancta, & mitra ſic ſedet vſque ad finem
adorationis. Papa ante tempus confueuit
mittere celebranti eandem pecuniā quam
præſens ſolet offerre, vt ille pro ſe offerat.
Finita adoratione, Subdiaconus capellæ in-
dutus planeta plicata, accipit crucē, quem
præcedentem ſcutiferi Papæ, officiales, &
cantores ut moris eſt, ſequuntur Diaconi,
Presbyteri, Epifcopi, Cardinals, deinde ce-
lebrans cum mitra mediū inter Diaconum
& ſinistris, & ſuum aſſiſtentem à dextris, ſe-
quentibus ipſum omnibus capellaniſ ſuis
ſuperpellicijs indutis, & alijs Prelatis ſuo or-
dine. Cum celebrans peruenit ad locum, in
quo corpus Domini repositum eſt, deponit
mitram, & procedit ante locum, & genu
flectit, tum Diaconus aperit capsulam, &
Cardinalis ſurgens incēſat, vt ſuprā dictum
eſt, Sacramentum, & illud in calice conditū

à Diacono deuote accipit, & sericeam apula, quæ à collo ei dependet, honeste copertum sine mitra defert ad capellam ordinem quo venerunt, catoribus cantantibus. Vexilla regis prodeunt, &c. ante Cardinalem qui facit officium, immediate procedunt capellani præfati, intorticia deferentes, ceremoniarius, qui continuo incensat sacramentum. Cum peruenierit ad altare celebrans, imponit calicem super corporis & iterum incensat, ut prius: alia omnia sunt supra. Et dicto Christus factus est, &c. Miserere pro vesperis, ipse qui fecit officium cappa sua inter alios Cardinales in loco suo genu flexus, dicit orationem, Respic &c. Qua dicta omnes ad sua loca revertuntur.

*DE SABBATO SANCTO,**Papa presente.*

Sabbato Sancto pareatur capella more sueto, & Altare, ac sedes Papæ ornata pallijs duplicitibus, intus albo, & violaceo, exteriori: pareatur etiam cereus pascalis, quæ ponatur in loco conuenienti ante faciem Pontificis, & iuxta cereum ponatur una pulpitum albo panno aureo cooperatum. Hora competenti Cardinalis celebratur, venit ad capellam, & more solito induit sandalijs & alijs paramentis, usque additamaticam

maticam inclusiù: deinde capit pluuiale violaceum, & stans in cornu epistolæ versus ad altare, & libro super altari posito, benedic nouum ignem in aliquo vase sibi obtutum, & incensum ponendum in cereo, & imponat ex naticula incensum in thuribulo, ministrante Diacono & Subdiacono, albitantum indutus: deinde aspergit ignem nouum, & incensum, & ea postea incensat: tum reuertitur ad faldistorium suum, ubi deposito pluuiali accipit chirothecas, planetam violaceam, mitram albam simplicem, annulum Pontificalem, & sedet in faldistorio suo. Papa deinde venit ad capellam indutus amictu, alba, cingulo, stola violacea, cum pluuiali rubro, & mitra simplicibus. Et facta oratione in faldistorio ante altare, ascendit ad sedem, ubi fit ei reverentia à Cardinalibus. Et cum accedit primus presbyter Cardinalis, accedit etiā ceremoniarius cùthuribulo, & Papa imponit incensum more solito: cū quo incenso itur ad parvā capellā, vel extra locū, ubi fit capella hoc modo. Primo procedit ceremoniarius, quē sequuntur capellani duo celebrantis, quorum alter à sinistris nihil tunc defert, alter verò à dextris in extra thuribulum, & in sinistra nauiculam portat cum incenso, & inter illos Subdiaconus capelle omnibus paramētis induit in quibus

quibus debet in altari ministrare, portam crucem, cuius imaginem ante se vertit: sequitur ipsum Diaconus dalmatica albina, & quatuor capellani celebrantis: vadunt ad capellam parvam, vel ad locum deputatum, vbi Diaconus accipit arundinem tribus candelis in summitate illius paratam, & reuertuntur ad capellam Papae hoc ordine. Præcedit thuriferarius cuſo portante in quodam vase quinque illa magna grana incensi, benedicti, quos sequuntur Subdiaconus cum cruce, & illus Diaconus arundine, ad cuius sinistram stat ceremonius candelam parvam accensam de nouo igne in manu portans, quem sequuntur quatuor capellani prædicti. Cum peruenient intra portam capella, inclinat arundinem Diaconus, ceremonarius accendit vnam ex illis tribus candelis desuper pontis, & ille eleuans arundinem genu flexit, militer & omnes alij cum eo, & cantat ipsi solus, Lumen Christi: quod dum dicit, Panis & celebras cum mitris, ac omnes alii, qui debunt, surgunt, & manent sic eructi quoque tertio id dictum fuerit. Cantores respondent, Deo gratias. Procedunt deinde intram portam cancelli, & ibi reuersus accendit alia candelam, & intrant cancellum cum en-

te, vbi altius dicitur per Diaconum: Lumen Christi, & respödetur, vt suprà tertio procedunt ante Papam, & altare, vbi accenditur tercia candela, & ibi genu flexus Diaconus, versus ad altare, iterum altius dicit Lumen Christi: respondent cantores, vt suprà. Deinde in eodem loco Diaconus dat arundinem vni ex illis quatuor capellanis eum sequentibus, qui ibidem cum Subdiacono crucem tenente, ac thuriferario, & alijs capellanis expectant. Diaconus verò accipit librum Euangeliorum, & ante infimum gradum sedis Papæ genu flexus, petit benedictionem à Papa, ceremonario tantum ipsum comitante: qua habita accedit ad pulpitum, ponit librum super illud, quem deinde incensat, vt fit in Euangeliō. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cum cruce, & thuriferarius: à sinistris verò ille capellanus cum arundine, & aliis capellanus, tenens in vase quinque grana incensi benedicti figura in cereum. Tunc Diaconus versat facie ad Papam, cantat: Exultet iam, &c. Quo incepto deponit mitra Papa, & surgunt omnes, vt ad Euangeliū stantes, usque in huius igitur &c. Tunc dimisso cantu per Diaconum, ceremonarius porrigit ei vnam candelam accensam, cum qua Diaconus accendet illa quinq; grana incensi, & infigit vnam

nam post aliam in cereum in modum crucis ita ut crux versa sit ad Pontificem, deinde sequitur cantum suum usque ad, Qui licet datus: tunc interim cantu dimisso, Diaconus accipit arundinem, & accedit cereum, deinde cantum suum prosequitur usque ad finem. Quo finito reuerteritur ad altare, quibet ad locum suum, ubi Diaconus exiit in dalmatica, & capit planetam violaceam per catam ante pectus. Interim clerici capellani ponant pulpitum nudum in medio capelli, versus ad medium altaris, prout in matinis noctis Natalis Domini ponit solet, & super illud librum epistolarum, ex quo cantatur prophetiae faldistorium ponatur ad cornu epistola altaris, super quo sedet celebrans versus ad cornu Euangeli. Tunc ceremonarius conductus cum debitis reuerentijs numerum ex cantoribus superpellicio induit, ad pulpitum praedictum, qui facta reuerentia altari & Papae, dicit Propheetiam finitem. Deinde factis reuerentijs osculatur per eodem Pontificis, & reddit ad locum suum: celebrans vero finita prophetia, amoto faldistorio cantat orationem, prout in ordine: eodem modo cantentur alias vnde in prophetiae per cantores. Finita duodecima prophetia, & oratione in qua non dicitur Etamus genua, benè tamē dicitur, Oremus.

Papa descendit ad faldistorium, supra quod procumbit cum mitra, retinens illam per totam litaniam: celebrans vero deposita mitra & planetam, associatus a Diacono & Subdiacono, vadit ad scabellum ad sinistram partem, super quod similiter procumbit, & duo ex cantoribus cantant litanias, prout in libro, genu flexi ante scabellum positum post Pontificem in medio capellæ, super quod librum tenent. Cum peruentum fuerit ad Peccatores rogamus, &c. Papa surgit, deponit mitram & pluuiale violaceum, & accipit album preciosum, & celebrans cum ministris reuerteritur ad faldistorium, ubi deponit violacea paramenta, & accipit alba: idem faciunt ministri, forerij deponunt ab altari & sede Papæ pallia violacea, & dimittunt alba: ascenduntur tunc etiam luminaria super altare, & credentia, & intorticia super cancellum, & deponuntur per clericos capellæ velum ante imagines super altare, & pallium ante altare. Interim cantores profundunt litaniam, qua finita statim cantat Kyrieleison pro Missa, & illud reiterant, quousque Papa dixerit confessionem cum celebrante, & redierit ad sedem, & fuerit intonsatum altare, & Papa cum Cardinalibus dixerit, Kyrieleison. Cum primum litaniam est finita, & Papa acceperit pluuiale, cele-

celebrans accedit ad sinistrā Papæ, & simul faciunt confessionē, vt moris est: deinde Papa ascendit ad sedem suam, & ministri trianguli priore presbyterorum Cardinalium, nunciū sicutam imponit incensam in thuribulo, celebrans verò ascendit ad altare, osculat illud & librum, vt moris est: & accepto thuribulo incensat altare more consueto, deinde incensatur ipse, & Papa. Interim Cardinales faciunt circulum ante Papam, & dicunt cū eo Kyrieleison. Quibus completis cantores finiunt Kyrieleison, & celebrans ante faldistoriū cantat Gloria in excelsis Deo. Et statim pulsantur campanæ palati, & alii omnes per urbem. Dicitur deinde Pax vobis, & una oratio tantū. Subdiaconus dicit epistolam, cum ea finita dicturus sit Alleluia. Finita epistola, postquam Subdiaconus quidam dixit eam, osculatus est pedem Papæ, Subdiaconus apostolicus, qui opportuno tempore paramenta omnia, ac si epistolam lecturus esset, in camera Sacræ, vel alio loco idoneo acceperat, procedens ante gradum ultimum solij, Papæ facta debita reverentia, stas dicit alta voce versus ad Papam: Pater sancte, annuncio vobis gaudium magnū, quod est alleluia. Et tunc depositam extra surgit, & cātāt Alleluia à tertio semper ecclēsia eleando, prout in ordinario: Pontificis cervi

ce verò interim cum mitra stante. Confuevit tamen Sixtus quartus, stans sine mitra cantare primū Alleluia, postquam Subdiaconus Apostolicus illud nunciauerat. Secundo & tertio celebrans cantabat: quod quantum conueniat alij iudicent: deinde dicitur tractus, Laudate Dominum omnes gentes, quo incepto Diaconus accedit cū libro ad altare, & alia facit more consueto: ad Euangelium portatur thuribulum sine luminaribus, tamen duo capellani celebrantes sequentes thuriferarium, loco ceroferiariorum ipsum associant. Post Euangelium non dicit Credo, neque offertorium, sed tantum Dominus vobiscum, & Oremus: & alia dicuntur prout in ordinario: oblata incensantur, similiter Papa, & alij omnes: ac proceditur in Missa more consueto usque ad communionem. Pax Domini dicitur, Agnus Dei nō dicitur, propterea Cardinales non veniunt ad circulum: & Pacis osculum non datur, sed omnes orationes dicuntur prout in Missali, usque ad communionem exclusive. Facta communione per celebrantem, & eo purificato, cantatur a cantoribus alleluia ter, Psalmus, Laudate & cātē. prout in ordinario pro Vesperis. Interim celebrans accedit ad cornu epistolæ, ubi accepta mitra lauat manus: deinde

Inde illa deposita stans ibidem versus ad altare, legit Vesperas. Cum cantatur antiphona ad Magnificat, ceremoniarius accedit ad Papam cum thuribulo, qui ministrat prebytero Cardinali, imponit incensum, & celebrans incensat altare, incensatur ipse celebrans, Papa, & omnes alij per Diaconum quæpellæ ordine consueto. Replicata post Magnificat Antiphona, celebrans stans in medio altaris, versus ad populum dicit, Dominus vobiscum: deinde ante librū Oremus & orationem. Qua finita, Diaconus dicit, Ite Missa est cum duplice alleluia, & Papæ benedictionem & indulgétias, quas denunciat celebrans: & non fit sermo. Notandum quod fel. re. Sixtus Papa quartus, ordinavit, quod Cardinales dicerent prophetas supradictas: primam iunior Cardinalis, si Diaconus esset, siue presbyter: alia sequentia & sic de alijs continue gradatim ascendendo usque ad nonam inclusiue: decimus Cardinalis assistens à sinistris, undecimus à dextris assistens, duodecimam dixit Sanctitas sua: & hæc ordinatio fuit tēpore sua obseruata, postea dimissa, quia non videbatur dignitati Apostolicæ conuenire, quadrare ceremonijs papalibus, & dectis.

DE HABITV PAPÆ.

Hoc mane sanctissimus Dominus noster finita Missa, & dimissis in camera papagalli paramentis prædictis, accipit capitum, & biretum alba, quibus vtitur deinde usque ad sabbatum, in albis inclusiue, & eisdem diebus Pascalibus non vtitur aliquo habitu rubeo, sed albo tantum. Et similiter, si vt vellet mantello coloris albi, vteretur his diebus, & non alterius coloris.

DE SABBATO SANCTO, PA
PA absente.

I autem Papa huius diei officio non intercesset, cantores legunt omnes duodecim prophetas ante pulpitum, ut suprà posicium. Quibus finitis celebrans deposita planeta, reassumpta mitra assitantibus ipsum Diacono, & Subdiacono, vadit ad scabellum cum cussino tibi paratum, vbi Papa confessionem facere solet: vbi genuflectit cum mitra, quo usque dicatur Peccatores: tunc surgit, & vadit ad faldistorium, deponit parametra violacea, & capit alba, & mitram preciosam. Finita Litania accedit ad confessionem, cantores incipiunt Kyrie. ac alia fiunt, ut suprà dictum est. Subdiaconus Apostolicus non paratur, nec annunciat Alleluia: sed finita Epistola postquam Subdiaconus eius manum osculatus fuerit, surgit celebrans

brans deposita mitra verfus ad altare, ante faldistorium stans cātet Alleluia ter, vt supra dictum est, cantoribus totiens idem respondentibus. Alia omnia fiant, vt supra: & nō fermo.

*D E S A B B A T O S A N C T O , P A
p a c e l e b r a n t e .*

Sin hac die Sabbati sancti Papa voluerit personaliter celebrare, hic ordo seruat. Primò ignis nouus benedicetur apud altare, in quo Papa est celebraturus, à iuniori presbytero Cardinali amictu, alba, cingulo stola, & pluuiali violaceo induto, & summe incensum in cereo affigendum, ordine superius denotato: & hoc antequam Pontifex veniat ad Ecclesiam. Hora competenter Papa induitus, vt superius dictum est, venit ad capellam præcedente cruci more consueto sine processione tamen, orat ante altare, ascendit sedem eminentem, & fit ei reuerentia à Cardinalibus cum cappis laneis, imponebat incensum per acoluthum sibi delatum ministrante presbytero Cardinali. Et Diaconus Cardinalis Euangeliū, & Subdiaconus Apostolicus Epistolam dicturi, parcum dalmaticis & tunicellis albīs, & ornamentiis accedunt, & Subdiaconus quidem capit crucem Papalām, & præcedente thema ferantur.

ferario incipit iter extra capellam, Diaconus vero, inclinatus ante Pontificem, dicit: Iube Domine benedicere: & Papa, Dominus sit in corde tuo, &c. Et mox Subdiaconus sequitur, & post eum quatuor alij acoluthi, quorum unus portat bacile cum quinque granis incensi figendis in cereo. Cum peruenient extra capellam, in loco præparato, Diaconus accipit arundinem cum tribus cādelis, & intrans capellam, tertio genuflectit, dicens: Lumen Christi, vt superius dictum est: & tandem tradita arundine vni ex Acoluthis, accedit ad pulpitum, supra quod positus est liber Euangeliorum. Incensat & incipit, Exultet iam angelica, &c. pro benedictione cerei Diaconus, & Subdiaconus deponunt dalmaticam, & tunicellam albas, & Pontifex surgens sine mitra secretè dicit, Pater noster pro Nona, & cantores legunt Nonam, & in fine Pontifex vadit ad faldistorium, & procumbit dum dicitur, Christus factus est pro nobis obediens, &c. & dicit orationem, Respice quæsumus Domine &c. Interim verò Subdiaconi, auditores, clerici camere, ac acoluthi omnes alij capiunt superpellicia & Pontifex finita oratione surgit, & vadit ad sedem, ubi consuevit accipere parametam: sedet, accipit sandalia, dicit Psalmum, Quām dilecta, & alias orationes confuetas:

lauat manus, & paratur omnibus ornamenti pontificalibus, violaceis, pallio & mitra simplici à Diacono & Subdiacono in albis existentibus: & dum Papa accipit planetam, Cardinales & alij prælati ornes capiant paramenta sibi convenientia violacei coloris. Diaconus & Subdiaconus induito Pontifice accipiunt planetas ante pectus plicatas & manipulum: prior presbyterorum Cardinum assistit Pontifici cum pluiali violaceo sandalia tamen Papæ erunt alba cum perla, quia illa non mutat, & similiter subcinctorum, & stola. Tunc Papa cum presbytero Cardinali, & Diaconis existentibus, & Cum Diacono & Subdiacono ministris, tamen processionaliter accedit ad altare, & tres presbyteri Cardinales non veniunt obuiam, ascendit ad altare, & sine mitra illius osculatur: deinde reassum pta mitra ascet ad sedem eminentem, & ibi sedens aliquantulum quiescit: si autem non esset ibi sedes ad partem, vbi accipiat paramenta, poterit illa recipere in sede confueta, & inde descendere ad altare, & rursus illuc redire. Si vero Diaconus Cardinalis Euâgeliu[m] dicturus non sit dispositus cantare, Lumen Christi & facere benedictionem cerei, poterit fieri non incompetenter per Diaconum pallæ, sicut passio cantatur per alium qui

per Diaconum ordinarium: & maximè, cum Papa tunc non sit induitus Missalibus induimenti. Pófifice igitur in sua fede, Diacono Euâgeliu[m] apud altare, & alijs omnibus in locis solitis considentibus, vnu[s] acoluthorum cum superpellicio surgens vadit ad pulpitum nondum positum contra cornu Epistole sub presbyterio: sine titulo cantat primam Prophetiam, In principio creavit Deus, &c. Et illa finita si placet domino nostro, eadem cantatur græcè secundum Iacobum Gaietanum, & secundum Petrum Ainelij Episcopum Senogallensem, & alios, qui scriperunt de ceremonijs. Legi etiam apud aliquos maiores nostros, coram Pontifice omnes duodecim lectiones latine & græcè legi consueuisse: sed posteriores de primatantum fecerunt mentionem, Finita lectione accedit ad osculum pedis Papæ, & Papa surgens sine mitra, dicit: Oremus, Diaconus à dextris, Flectamus genua, & Diaconus à sinistris, Leuate. Deinde Papa prosequitur orationem. Aliæ lectiones siue prophetie, simili modo dicuntur per Acoluthos, & capellanos Papæ, id est, per auditores: & Diaconi assistentes alternatim dicunt, Flectamus genua, & à dextris Leuate, & sic deinceps. Finitis duodecim lectionib[us], Papa defecit ante altare, deponit pallium et planetam, &

mitra procumbit super faldistorium, dum dicitur Litanie: alij autem Cardinales prelati procumbunt apud sedes suas, & sine mitra. Subdiaconus autem non Epistolæ, ali quātulum retro Papam à dextris, cōtra cornu Epistolæ, genu flexus ante scabellum, supra quod librum tenet, cantat Litaniam, & chorus respondet replicando eadē quod ille dicit. Cum peruentum est ad peccatores, surgit Papa cum suis assistentibus & ministris, & vadit ad sedem, vbi accipere cōfuevit paramenta. Diaconus & Subdiaconus dimissis planetis accipiunt albas tunicas & Papam exuunt violaceis, & induunt albas paramentis, & omnes Cardinales, & prelati accipiunt paramenta alba: & altare, & des Papæ ornantur albis pallijs, & accenduntur luminaria super altare. Interim Subdiaconus alias prosequitur Litaniam usque in finem. Et cantores illa finita cantant Kyrieleison, quo usque Papa fuerit in sedem eminenti ad cantandum Gloria. Papa autem assumptis preciosis, ornamentis, & polito incenso in thuribulo, cruce præcedente, processionaliter procedit ad altare, osculans altare, & librum Euangeliorum incensat, incensatur, recipit tres Diaconos ad osculum ex more, & ascendit ad sedem eminentem vbi dicto Kyrieleison nouies, cantat Gloriam.

ria in excelsis Deo, pulsantur campanæ, prosequitur, Et in terra: deinde Pax vobis, & oratione: & Subdiaconus deinde dicit Epistolam more consueto. Finita Epistola Subdiaconus dimisso libro in manibus ceremoniarum, immediate accedens ante solium Pontificis, stas infra gradus voce submissa dicit, Pater sancte, annuncio vobis gaudiū magnū quod est alleluia, & mox ascendens osculatur eius pedem, & accedens unus ex auditoribus præintonat Papæ Alleluia: qui surgens sine mitra tertio cantat Alleluia, vt in ordinario: deinde sedet, & cantatur Alleluia, & versiculi, & euangeliū, ad quod non portantur luminaria, sed incensum tantum, & petitur benedictio, & osculatur liber Papa non dicit offertorium, sed dicto Dominus vobiscum, lauat manus, descendit ad altare, & procedit in Missa vt alias, usque ad finem communionis. Agnus Dei non dicitur, nec Pax datur. Dicit tamen Papa illam Orationem, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis pacem, & cæte. & illa dicta mox ascendit ad sedem eminentem, & ibi communicat, & fugit sanguinem cum calamo more consueto: sed non recipit ad osculum oris Diaconum, aut alios post communionem. Facta purificatione sedet, lauat manus, & chorus incipit Alleluia pro Ves-

peris. Pontifex in sede permanet, & ad Magnificat Subdiaconus præintonat ei Antiphonam, deinde sedet cum mitra, imponit incensum, & cùm incipitur Magnificat, descendit, incésat altare, reuertitur ad sedem, incensatur ipse, & alij more consueto: ipsi stans sine mitra, expectat finem: dcindeci repetitur Antiphona, sedet, & circa finem descendit ad altare: Dicit Dominus vobis, & Orationem, & Diaconus Ite Missa est, Alleluia Alleluia: datur benedictio, publicantur indulgentiæ, & est finis, deponitur paramenta in capella, vt aliás.

SECTIO SECUNDA DE FESTO RESURRECTIONIS Domini. Papa celebrante.

Tfesto paschatis resurrectionis saluatoris Domini nostri Iesu Christi, in quo mutatio capparum, Papadutus pluuiiali albo, & mitre preciosis, ministrante priori presbyterorum etiam parato nauiculam Acolutho thuribulum, imponit incensum, deinde supplicatione præuite venit ad ecclesiā sub baldachino, quod oratores portant, vel nobiles Cardinales: & prelati, sunt parati paramenris albis con-

nientibus, & officiales omnes in albis, ut moris est. Cardinales duo Diaconi atistentes portant fimbrias pluuiialis Papæ, & nobilior vrbis caudam. Cum peruenierit ad Ecclesiam Papa, facta oratione super faldistorio vadit ad sedem, ubi parari debent, & si ei reuerentia à Cardinalibus, & omnibus prelatis paratis more solito finita reuerentia Papa deposita mitra surgit, & stans versus ad altare, dicit secrētē Pater noster. Tūc in cantu, Deus in adiutorium meum intende, &c. & stat quoque psalmus incipiat: quo incepto sedens accipit mitram, & accedunt Episcopi assistentes cum libro, dicendo: Quam dilecta & cœta. & Subdiaconus cum fandalijs, que lequuntur Acoluthi pro tenēdis fimbrijs: & Papa dicit Psalmū, & induit fandalijs more consueto. Dicta per cantores Antiphona, Hæc dies, &c. Papa deposita mitra surgit, Dicit Dominus vobiscum, & cantores dicunt, Benedicamus Domino. Tum Papa sedens lauat manus, & paratus omnibus paramentis venit ad confessionem supplicabundus, & omnia alia fiunt prout supra in die Nativitatis Domini notatum est, vsq; ad Credo in vnū Deum: in quo dicto Et homo factus est, Subdiaconus portat ad altare cristallinū cum multis hostijs paruis consecrandis

dis pro cōmunione populi, patena cooperatum, & desuper bursam cum corporalibus hostiarium cum hostijs, & purificatorum quæ omnia Diaconus accipiens, ponit super altare in cornu epistolæ, deinde Sacrista vidit ad aliam credentiam p̄ o lauandis calicis Papæ & ampullis, & alia hunc more confuso. Diaconus Cardinalis ponit dictum calicem cristallinum cum hostijs paruis super corporalia in medio ante crucem, ita ut non impedit incensationem calicis, & hostie, sed quod inter ambos calices sit competens distantia. Cum dicetur per Papam, Suscipit Sancte pater, omnipotens, æternæ Dei &c. calix Hostiarum discooperitur, & eleventur aliquantulum per Diaconum, & eo dicto per eum recooperitur cum patena, & ponitur: Cum Papa dicit: Per omnia seculorum, ante præfationem, vel parvitate, duo Diaconi Cardinales iuniores praetendunt illos, qui aſſtunt Papæ, vel si Diaconi, dui iuniores presbyteri Cardinales accedunt ad altare, unus ad dextrum, alter ad finistrum cornu altaris, & stantes hinc inde alter alterius faciem inspicit, vel, ut alij volunt, & maiori, ad populum respiciunt, repræſentante duos angelos, qui apparuerunt in albis, et stidentes sepulchrum Saluatoris: quinque dem stare debent, usque ad Agnus Dei.

Cui

Cum Papa ascendit ad sedem suam, tūc descendunt ad loca sua redeentes. In hac die postquam Papa dicit, Per omnia secula securorum, ante Pater noster non respondetur Amen. sed Papa continuat Oremus præceptis, &c. Pax datur omnibus etiam Diaconis Cardinalibus communicādis, præter illicet, qui Euangelium cantauit. Cum Papa communicauerit se, & Diaconū & Subdeſanguine more solito, Papa se purificat: sed digitos non abluit, propterea Sacrista patet illam auream hic non portet, neque adhuc prior presbyterorum Cardinalium ad Papam vocetur. Cum primum autem Diaconus, & Subdiaconus per Papam cōmunicati apud altare more solito, sanguinem sumperint, Diaconus Euangelij accedit ad adiunctorum Papæ in folio sine mitra stantis, pro honore Sacramēti in altari positi: stansque dicit in tono confusco, Confiteor Deo omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptista, sanctis apostolis Petro, & Paulo, ac omnibus sanctis, & tibi pater, quia peccatum inimicis, cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Pau-

et Paulum, et omnes sanctos et te pater ora-
te pro me ad Dominum Deum nostrum. Quo-
dicto Diaconus reuertitur ad altare ad locum
suum, & Papa stat sine mitra Episcopo Ca-
rdinali assistente librum tenente dicit in ca-
tu more solito, Misereatur vestri omnipotens
Deus, & dimissis peccatis vestris perde-
cat vos ad Vitam æternam. Ref. Amen. De-
inde dicit: Indulgentiam, absolutionem, &
remissionem omnium peccatorum vestro-
rum tribuat vobis omnipotens, & miseri-
cors Dominus. Respondeatur. Amen. In
omissis verbis, & benedictione &c. popu-
lum tantum Crucis signat nihil dicens. Tu
Diaconus stans in medio altaris, accipit ca-
licem cum hostijs pro populo consecrat
patena coopertum, & quas bis ut prius fer-
rat cum patena, & Sacramento pro Papa, &
illum dat Subdiacono ante se genu flexi,
qui illum portat ad sinistrum Papæ, ibi de-
stans usque ad finitam communionem. Si
diaconum ad Pontificem euntem sequuntur
duo auditores cum mappula sericea
mio Pontificis imponenda antequam po-
pulum communicet, quam dicti auditore
hinc, & inde apud papam genu flexi, ten-
usque ad finem communionis. Postquam
Subdiaconus ad Papam peruenierit, Pa-

pa Sacramento reuerentiam fecit semi te-
ctio capite, si frigus ei nocet, vel omnino de-
recto, si recte valet, de polita patena illi
superponit plures hostias, & eam dat Epi-
scopo Cardinali à dextris sibi assistenti te-
nenda. Esset tamen securius, quod Subdia-
conus cum calice Sacramenti staret ad de-
xtram Papæ, & Papa sinistra manu teneret
patenam inter se & calicem, & extraheret
singulas hostias pro singulis communica-
ndis. Papa singulis cum comunicat dicit, Cor
pus Domini nostri Iesu Christi custodiat a-
nimam tuam in vitam æternam. singuli com-
municandi antequam communionem su-
mant, osculentur manum Papæ: pedem au-
tem non oscalentur. Cum Papa communio-
nem populi incipit, Sacrista, vel Diaconus
græcus stans in cornu epistolæ, in manibus
suis teneat calicem cum puro vino, quo cō-
municati se purifcent, & in sinistra habeant
mappulam albam mundam, qua ipsi exten-
gant, deinde ad loca sua redeant. Venient au-
tem hoc ordine primo Diaconi Cardinales,
qui osculan tur ante cōmunionem manum
Papæ, deinde communicati, quos sequun-
tur alij eo ordine quo sit incensatio. Com-
munione facta Papa surgit, si communi-
cando sedebit, & facit reuerentiam Sacra-
mento, & Subdiaconus reportat hostias, si quæ
reman-

remanerint super altare. vbi manet ad finem Missae, tunc Papa sedet, & accedit Acolitus cum duabus pateris, una aurea pro Papa, & alia pro credentia, in manibus vino & aquam portans: & cū eo venit prior prebyterorum Cardinalium, quo infundenterum supra pateram auream, Papa sine mitra abluit digitos, tum accepta mitra laetamanus more consueto: deinde descendens altare, & finitur Missa. Qua finita, & dicata Placeat, Papa stans in altari sine mitra, benedictionem, & non indulgentias. Tunc dicit Dominus vobiscum, & Initium sancti Euangelij secundum Ioannem, &c. usque ad finem. Et Papa cum pallio (Nam illo cum celebrauit, in supplicationibus uti debet, alia indumenta Missalia habet) supplicationem praeceps sub baldachino, quod ut supra, nobilis portant praecedentibus officialibus albis, & omnibus Prelatis, paratis eo ordinquo venerunt ad Ecclesiam, vadunt ad locum benedictionis publicae per viam ultimam eius, in qua firmat se ad videndum vultus sanctum: deinde ascendit ad locum benedictionis, vbi soleniter benedicit populum dat indulgentias plenarias, quas Diaconi a dextris pronunciat in latino, & aliis a sinistris in vulgari. Omnes Cardinales, & Prelati exuent se, & associati Papam vsque ad pri-

cipium scalarum, vbi Papa eos dimittit, & vadit ad comedendum: & non fit sermo.

DE COMMUNIONE IMPERATORIS aut Regis.

Si autem Imperator aut Rex aliquis esset Papa communicandus, tunc postquam Papa communicauit le, & Diaconum, ac Subdiaconum, Diaconus dicto ante Pontificem, Confiteor Deo, &c. vadit ad altare, & vnam tantum hostiam ponit super paternam pro Imperatore vel Rege: factisque circulis consuetis, illam dat Subdiacono ad Pontificem deferendam. Imperator vel Rex ducitur a priore Episcoporum Cardinalium pedes Pontificis, & recipitur ad osculum altare, & per manus Diaconi purificatur, & reducitur ad sedem suam ab eodem Cardinali. Deinde portantur alias hostiae, ut supra pro Diaconi Cardinalibus & alijs. Hoc seruatum fuit tempore Innocentij Sexti, cum Petrus Rex Aragonum, venit ad Romanam curiam. Anno M. C C C. LXXXVI. Quod si plures essent Reges, simuli portentur toto hostiæ, & totidem Cardinales, primi deducunt Reges.

DE FESTO PASCHALIS PANONCEBRANTE.

Si verò Papa non celebret, cantatur m
per Episcopum Cardinalē more con
to, qui communicat, si voluerit, Diaconi
Cardinales & alios curiales, si ad hoc em
dispositi. Sed incœpta præfatione nemo
cornua altaris accedit, vt supra dictum.
Sed omnia supradicta omittuntur, & hi
sa eo ordine, prout alias fieri solitum est.
Et non fit sermo.

D E S E C U N D A F E R I A
post Pascha.

Feria secunda post Pascha, vñus ex reue
rēndissimis dominis presbyteris Cardina
bus celebrat Missam in paramētis albis: da
tur tantum vna Oratio, & non fit sermo.
alia omnia fiunt more solito.

D E T E R T I A F E R I A P O S
Pascha.

Feria tertia post Paschæ festum, vñus
Reuerendissimis Dominis presbyteris
Cardinalibus celebrat Missam in paramē
tis albis. Dicitur tantum vna oratio, & ne
fit sermo: alia omnia fiunt more solita

D E S A B B A T O I N A L B I
cum dantur Agnus Dei.

Confite

Consuenerunt summi Pontifices annis
primo, séptimo, & deinceps singulis
epenis benedicere Agnus Dei post festa
paschalia in camera sua: quorum confectio
nem, & benedictionem satis exposuimus in
prima parte, & deinde in sabbato in albis in
capella publice distribuunt hoc ordine. Cō
miserunt tamē antiquitus Romani Pōtifi
ces i primo anno ipsimet celebrare hac die,
ut legimus de Urbano Quinto, Grego
rio undecimo Auinioni, & Urbano sexto.
Rome, die sabbati in albis, quando Agnus
Dei distribui debent, celebrat Missam ali
quis presbyterorum Cardinalium in para
mentis albis more consueto: post orationē
dei, dicitur oratio contra Paganos, &
alii pro Pontifice, & non fit sermo. Alia o
mnia fiunt more consueto vñque ad Ag
nus Dei quo dicto Cardinalis assistens
accedit solito more ad altare, accipit pacem
& eam defert ad Pontificem, & distribui
tur vt alias post acceptam pacem. Cardina
les, & prælati omnes capiunt paramenta
alba ordinibus suis conuenientia: Cardina
les in locis suis, prælati verò & officiales e
xtra cancellum capellæ. Celebrans facta
communione lauat manus, & dicit post cō
munionem more solito, deinde vadit ad fal
distorium, sedensq; accipit mitrā, incœpta
L 1 2 per can

per cantores post communionem, ministranteque presbytero] Cardinali nauiculis, Papa ponit incensum more consueto: tum præcedente Subdiacono capellæ cum cruce intercerferarios, ante quos thuriferarios incedit cū thuribulo fumigante Subdiaconus Apostolicus, indutus sacris vestibus, ac si epistolam solenniter lecturus esset, vna cum clero ceremoniarum, sequentibus ipsum duobus alijs capellanis celebratis, superpellicijs indutus vadit ad locum patrum, vbi Sacra lancea vnam magnam, Agnus Dei in bōbice indutus, plenam mapula pulchra sericea coopertam ornauit, & lanceam cum Agnus Dei accipiens, præcedente thuriferario ordine quo iuerat, reuertitur ad Pōtificem. Cūm fuerint intratium capellæ, genuflectunt omnes, & Subdiaconus cantat competenti voce, ita vt ab omnibus audiatur, dicens: Pater sancte, isti sunt Agni nouelli, qui annunciauerunt vobis alleluia, modo veniunt ad fontes, repleti sunt claritate, alleluia: cantores respondent ea voce, Deo gratias, alleluia: q[uod] secundò facit Subdiaconus, dum fuerit ante officiū cancelli, & tertiō ante solium Pontificis genu flexus, Pontifex interim semper cum mitra sedente, nisi quod intrante cruce à principio omnes surgunt, & statim sedent. Deinde

inde ascendit ad dextram Pontificis, vbi genu flexus dictam lancem tenet usque ad finem distributionis. Thuriferarius autem cū alijs omnibus ad sua loca diuertit: accedūt autem ad Pontificem duo auditores cum mantili, quod Diaconi Cardinales assistentes gremio Pontificis, superponūt, ipsis auditoribus illud hinc & inde genu flexis teneantibus. Tum veniūt ante Pontificem per ordinem omnes Cardinales, vnu post alium à seniore ad iuniorem, & factis debitiss ac consuetis reverentijs, porrigunt mitras suas, cornua mitræ deorsum vertentes, & Papamponit eis tot Agnus Dei, quot ei placet. Antiquitus dabant cuiilibet Cardinali tres Agnus Dei, prælati duos, alijs vnum tantum. Cardinales osculantur eius manum primò, deinde genu dextrum, Cardinalis celebras venit de faldistorio solus suo tempore, & in ordine suo iuxta scamnum capit Agnus Dei, vt alij, & reuertitur ad faldistrium, vbi sedet cum mitra usque ad finem distributionis: prælati simili modo sicut Cardinales: sed genu flexi Agnus Dei in mitras accipiunt, & osculantur genu dextrum Papæ, non manum: Protonotarij, & omnes alijs capiunt Agnus Dei in manus genu flexi, osculantur p[ro]cedem Papæ. Finita distributione Papa lauat manus more consueto, Cardinales

dinales & omnes alij deponunt paramenta: celebrans reuertitur ad altare, dicit in medio, Dominus vobiscum, & apud librum, Oremus, & orationes more confueto. Ita Missa est dicitur cum duplice Alleluia, & deinde non dicitur cum Alleluia: Papa da benedictionem & indulgentias, quas pronunciat celebrans. Seruatum legimus apud antiquos, quod circa finem prandij portabatur in mensam magnum vas, plenum Agnus Dei cum bombice, quos Pontifex distribuebat omnibus suis familiaribus. Paulus autem secundus nostro tempore per totum illum diem, & etiam sequentem, post prandium distribuit Agnus Dei populo Romano, & omnibus utriusque sexus ad patrum venientibus.

*D E E O D E M D I E Q V A N D O
non sunt distribuendi Agnus Dei.*

Annis vero quibus hac die Agnus Dei non sunt distribuendi, celebrat aliquis praelatus in paramentis albis: dicitur in missa Gloria in excelsis, Pax vobis, & post orationem diei duas aliae, videlicet contra Paganos, & pro Paparum fine Missa. Iterum ita est, cum duplice Alleluia, & omnia alia ordine confueto: & non fit sermo.

*D E FESTO ANNUNCIATI-
onis B.M. Virginis, & Vesperis Papalibus
Quadragesima.*

Festum

Festum annunciationis Beatæ Mariæ virginis, plerunque cadit intra Quadragesimam, & de festo fit die quo cadit, nisi venerit in Dominicam quia tunc transfertur ad secundam feriam postmodum sequentem, & si cadit in quinta feria maioris hebdomadæ, & deinceps usque per totam Octauam Paschatis, transfertur ad secundam feriam post Octauam: fit officium missæ in capella Papæ ordinariæ, & per unum ex presbyteris Cardinalibus: & fit sermo. Solent tamen aliquando Pontifices celebrare hoc festum in aliqua Ecclesia beatæ Mariæ in urbe. Consueverunt antiqui Pontifices celebrare hoc die: & tunc si festum fuisset die Lunæ in quadragesima, in praecedenti Domingo die siebant Vesperæ Papales cum paramentis. Idem siebat, si festum celebrabatur post Pascha: In alijs autem temporibus, quia in Quadragesima Vesperæ dicuntur ante prandium, non siebant Vespere solennes: sed ne ista solennitas remaneret sine Vesperris solennibus, post missam in qua una tantum oratio dicitur, scilicet de beata virgine, Papa depositis missalibus indumentis accipiebat pluviale album, & incipiebat Deus in adiutorium &c, pro Vesperris, stans in fede sua eminenti, & Cardinales atque pralati omnes permanebant cum suis paramentis, & in

I.I 4 cipie.

cipiebantur Antiphonæ per Papam & Cardinales more solito. Si autem Papa non celebret, sed aliquis Cardinalis, aut prelatus in sua præsentia, tunc finita Missa Papa incipiebat pro Vesperis, Deus in adiutorium incensabat, & catabat orationes, sicut consuevit facere quodammodo nos, est celebraturus. Hodie non facimus Vesperas, neque ante, neque post. Et nota, quod in Vesperis dicuntur duas orationes de festo, & de feria: In Missa autem dicitur una tantum, quia dicitur ad partem Missa de feria. Et quotiescumque Papa celebrat solenniter per totam Quadragesimam, dicit unam orationem tantum.

DE FESTO SANCTI MARCI

Hac die ordinarii non fit Missa solemnis publica; consueuit tamen aliquando Romanus Pontifex equitare ad Ecclesiam Sancti Marci de urbe, Missamque celebrare aliquis Episcopus in paramentis rubris; & non fit sermo. Papa cum pluviali rubro, & mitra preciosa accedit ad altare, depositus mitram, orat super faldistorium procurans, reasfumit dictam mitram. Eritenum procubuit dum Litania cantatur, quæ duo ex cantoribus conuenienti loco post Pontificem coram scilicet habentibus librum, super scabellum, genuflexi dicunt, prout in ordi-

nario, usque ad finem, alijs cantoribus ipsi respondentibus. Finita Litania surgunt omnes, Papa facit confessionem cum Episcopo celebrante, ut moris est. Cum autem ascendit ad solium, Cardinales veniunt ad circulum, sed tantum assurgunt. Prior Episcoporum non assilit propter angustiam loci, sed tempore opportuno de loco suo accedit ad Pontificem, & ministrat nauiculam: dicitur Gloria in excelsis, Pax vobis, una oratio tantum, Credo, Praefatio de Apostolis, & alia more consueto. Facta communione per celebrantem, religiosi & clerici vobis suo ordine circumeunt altare, & prosequuntur supplicationem suam more solito. Interim perficitur Missa, & in fine Papa dat benedictionem supplicatione suo ordine transeunte: cuius transitum Papa consuevit expectare: & ea finita surgit Pontifex, & ascendit ad palatium, vel aliud, si placet, revertitur.

DE VIGILIA ET FESTO Ascensionis Domini.

In Vigilia Ascensionis Domini fiunt Vesperæ Papales, & in die Missa solemnis in paramentis albis, quam celebrare solet Episcopus Cardinalis. Dicitur tantum una oratione,

tio, & non sit sermo, quem facturus, osculetur pedem Papæ, vel genu: si sit prælatus petat benedictionem, & non indulgentias. Finito sermone fit confessio: sed non denunciantur indulgentiæ, cum Papa sit post solem benedictionem datus publicas. Igitur cum dicitur confessio, accedit Subdiacenus cum cruce, & confessione finita Papa dicit: precibus, &c. alia omnia fiunt more consueto. Finita Missa Papa dat benedictionem: qua data, Papa eo ordine quo de camera venit, vadit ad locum, vbi benedictionem publicam est datus, quem Cardinales, prelati, & alij officiales associant in cappis suis sine paramentis. Pontifex in loco prædicto dat benedictionem solennem populo, & in fine plenarias indulgentias, si placet, quæ publicant duo Diaconi Cardinales: Senior primo in latino, deinde aliis in vulgari, quibus publicatis Papa redit ad cameram ordinem consueto.

D E V I G I L I A P E N T E C O S T E S & mutatione capparum.

TN Vigilia Pentecostes, Cardinales & Prelati Romanæ curiæ depositis cappis, & capucijs peilibus subduplicatis, accipiunt alias cum serico rubro, sive carmesino in qui-

quibus veniunt ad Vesperas solennes, quæ fiunt more consueto. Confueuit etiam Pontifex hymnum Vesperorum, videlicet Veni creator spiritus, in fide solij stans detecto capite, inchoare, deinde descendere ad faldistorium, vbi postquam genuflexit, & non prius cantores prosequuntur Hymnum, Finito primo versu surgit Pontifex, & assumpta mitra redit ad faldistorium, vbi deposita mitra stat vique ad finem Hymni: alia omnia fiunt more solito, sed ad primum versum Hymni Pontifex semper genuflectit hac dic, sive ipse incipiat, siue non. Haec mutatio caput parum fit hodie in die sexto resurrectionis Dominicæ, decreto Leonis Papæ decimi, in Concilio Lateranensi: quia ita fiebat antiquitus.

D E D I E P E N T E C O S T E S .

IN die Pentecostes Pontifex indutus paramentis purpureis preciosis, venit ad Eccleiam, & confueuit soleniter celebrare in tali die ceremonijs consueticis. Quod si non est dispositus ad celebrandū, sacra facit unus ex reuerendissimis Dominis Episcopis Cardinalibus, ornamentiis rubris paratus: & tunc Papa orat in faldistorio, facit confessio nem cu[m] celebraturo, & alia more consueto: dicitur tantum una oratio circa finem Alleluia. Ante versum Papa venit ad faldistorium, vbi

vbi genu flectit, & cantores incipiunt, & p-
se quuntur versum, Veni Sancte Spiritus, v/
que ad finem. Finito versu surgit Pontifex,
& accepta mitra venit ad solium: et fit sermo.
Si Papa non celebrat: omnia alia obseruantur
more consueto. Sed si Pōtifex celebrat:
obseruantur omnia, prout in Missa maio-
ri in die nativitatis Christi ordinatum est: &
non fit sermo.

Ferijs secunda & tertia post Pentecosten,
nihil fit in capella hodiè: quamuis tempore
Pij, & Pauli, & aliorum superiorum pontif-
icum, consuetum fuerit celebrari, sicut in se-
cunda & tertia feria in Paschate.

DE VIGILIA ET FESTO SAN- CTE TRINITATIS.

IN Vigilia Sancte Trinitatis fiunt Vespe-
re Papales, ad quas venit Pōtifex ornatus
albis ornamentiis. In die fit Missa solemnis,
quam celebrat presbyter Cardinalis, orna-
mentis albis paratus. Dicitur tantum una o-
ratio: alia omnia obseruantur more consue-
to: & fit sermo.

DE VIGILIA CORPORIS CHRISTI.

IN Vigilia corporis Christi fiunt Vespere
Papales, ad quas venit Pontifex ornamen-
tis

tis albis paratus. Quibus finitis Vicarius Pa-
pa de mandato Sanctissimi Domininostri
Papæ, mandat clero urbis, quod in tempo-
read sit in supplicatione, & proficisciatur an-
te ordines Curiae. Mandetur etiam per Vi-
carium Sancti Petri Canonicis, & alijs be-
neficiatis Ecclesiasticis basilicæ prædictæ,
sub aliqua gratiæ pœna, quod non interru-
pant, neque se immisceant ordinibus & Præ-
latis Romanæ curiae, sed illos præcedant, &
per se aut cū clero urbis supplicationem fa-
ciant. Et Reuerendissimus Dominus Ca-
merarius committat cursoribus, quod mā-
dant Rom. curiae officialibus, quod singuli
sub aliqua graui pœna intersint supplicatio-
ni hora competenti cum singulis intorticijs.

DE FESTO CORPORIS CHRI- STI, PAPA PRESENTE.

IN die summo mane Sacrista paret Sacra-
mentum in tabernaculo decenti super al-
tare capellæ, forerij etiā portent baldachi-
num in loco congruo, intorticia singulis
scutiferis Papæ portanda dentur ante Sa-
cramentum: deinde hora competenti Car-
dinales, & prælati omnes in locis suis capiūt
paramenta alba ordini suo conuenientia, vt
alias. Et Pontifex acceptis paramentis albis
in camera papagalli, vadit ad capellam, vbi
est Sa-

est Sacramentum ante altare, deposita m̄ta genu flexus orat: tum surgit, & stans, mitra ministrante priore presbyterorum Cardinalium, nauiculam imponit incēsum in duo thuribula, deinde genuflexus cum uno ex thuribulis prædictis incēsat Sacramentum, ter illi thuribulum ducens. Quo facta imponitur collo Pōtificis mappa sericea per Cardinalem assistentem: deinde porrigitur Sacramentum ipsum Pontifici per Diaconum à dextris assistente Pontifice adhuc genuflexo. Qui accepto Sacramēto surgit, & sine mitra illud portat aliquantulum: tum accepto bireto descendat sub baldachino. Cardinalis celebraturus interea tēpore cōgruo vadit ad Eccle. vbi celebraturus, & ibi capit paramenta ordine consueto. Cū Papa descederit per scalas palatiij, accipit mitram, q̄ retinet per totam supplicationē: quæ per priorem Diaconorum Cardinalium in prima porta palatiij interim ordinetur, & per Vicecamerarium cōseruetur ordo à priore Diaconorum datus. Non enim ad camerarium, sed ad priorem prædictum spectat ordinare supplications Papales, tam equites quam pedestres: quamuis à paucis annis citra camerarij assumpserint sibi hōcōnus. In primis præcedent officiales Romanæ curiæ inferiores seu minores grada-

tim

tim, deinde maiores hoc ordine. Collectores plumbi, solicitatores literarum Apostoli carum, Notarij, auditorum rotæ, Procuratores pœnitentiariæ, Procuratores contradictarum, Abbreviatores de prima visione, de parco minori. Scriptores pœnitentiariæ. Scriptores Apostolici, Magistri vtriusque regitri, Abbreviatores de parco maiori, Bulatores, Magistri plumbi, procuratores ordinū, Procuratores principum & barones, Cantores, Acoluthi sine cercis, Clerici camere, auditores rotæ, Quinque Acoluthi cum candelabris, Subdiaconi, quorum unus inter duos mediis crucem portet, pœnitentiarij, Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Oratores, prælati parati, Diaconi, presbiteri, Episcopi Cardinales, duo Diaconi Cardinales Pontifici assistentes, si Papa portatur in sede: si verò Papa suis pedibus incedit, Diaconi hinc inde portant simbrias pluvialis, & scutiferi Papę singuli singula intorticia p̄tates: duo Acoluthi cū candelabris, duo alij Acoluthi cum thuribulis, continuè incensantes ante Sacramētu, & unus alijs acoluthus, qui nauiculā portat cū thure: q̄ cū opus sit, imponit thuribulo: Papa sub baldachino, auditor de mitra seruiēs, medi⁹ inter duos cubicularios Secretos: Secretarius Pa-

pa, si

pæ, si non est prælatus, cum medico Papa, protonotarij, prælati si qui sunt non parati, generales ordinum: quos tandem sequantur togati omnes. Hoc ordine itur per viam rectam usque ad castrum sancti Angeli, & per aliam viam, quæ sancta dicitur, reuerentur ad basilicam Sancti Petri, si sit Romæ apud Sanctum Petrum: si autem alibi sit Papa ordinabit quo usque progredi placuerit, & ita seruabitur. Aduertendum tamen est quod digniores nobiles, seu Oratores laici portare debent baldachinum à principio, & dum intrat Ecclesiam in fine. Interim autem medio itinere illud portant inferiores nobiles, qui imitari solent superiores perveniam. Hæc autem supplicatio fit lögior, & brevior pro voluntate, & dispositione sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliquando pro qualitate temporis. Vidi aliquando tempore pluvioso quod ex palatio tantum descendimus ad Ecclesiam Sancti Petri: & si Pontifex est debilis pedibus, portatur in sede, & porta Sacramentum. Cum Pontifex fuerit antealtare, ubi Missa celebranda erit, genu flexu coram illo, & Diac. à dextris assistétes, accipiter reuerenter Sacramentum de manu illius, & in medio altaris in loco ad id ordinato reponit. Tum Pontifex stans sine mitra ministre priore presbyterorum Cardinalium, imponit

imponit incensum: deinde genu flexus, incensat Sacramentum. Tum surgit, & cum celebrante facit confessionem, more solito primùm. Ut autem officiales & prælati peruenient supplicabundi ad capellam extra cancellū altaris majoris, depositis suppelliéti siue paramentis, accipiunt cappas suas, in quibus intrant capellam prædictam: Cardinales vero parati & in locis suis antequam adueniat Pontifex, depositis paramentis accipiunt cappas suas. Finita confessione Pontifex ascendit ad solium: fitque ei reuerentia à Cardinalibus, & alia fiunt more solito. Cardinalis celebrans non capit mitrā, quando incensandus erit, neque cum manus lauare debet in altari, sed stans in cornu epistolæ sine mitra, illas lauet ob reuerentiarn Sacramenti. Dicitur tantum una oratio, nō fit sermo. Finita Missa Papa dat benedictionem, & indulgentias, quas pronunciat celebrans. Alia omnia fiunt more consueto. Descendit deinde Pontifex de solio: orat in fal distorio sine mitra, & illa reassumpta reddit dimisso in altari Sacramēto, quod in seruo Sacrista dispensat, vt decet.

DE SUPPLICATI ONE HV- IUS DIES, PAPA ABSENTE.

SI Pontifex huius diei officio nō interesset, parentur omnia, ut dictum est. Cardinales,

Mm les,

SACRARVM CERIMONIARVM

Ies, Prælati, & officiales in locis suis, in palatio paramenta recipiunt: celebrans vero in capella prope altare accipit sandalia cum psalmis consuetis, deinde amictum, albam, cingulum, stolam, crucem, pectorale, tunicellam, & dalmaticam cum orationibus solitis, & desuper pluuiiale, vel si magis placet, dimissis tunicella & dalmatica, capiat pluuiiale. Hora deinde opportuna ministrâte Diacono capellæ nauiculam, celebraturus ponit incensum in duo thuribula. Tum genu flexus ante altare incensat Sacramentum: ordinatur deinde supplicatio, quæ fit ordine supradicto. Subdiaconus capellæ portat crucem, ita quod imago crucifixi ante respiciat, non retro: cadelabra iuxta crucem supplicationis portant duo ex capellanis assidentis, similiter & thuribula ante Sacramentum: intorticia verò deferant scutiferi Papæ capellanus pluuiiali induitus à dextris, & Diaconus capellæ omnibus paramentis induitus à sinistris auriphrygium pluuiialis celebrantis eleuet, baldachinum autem digniores nobiles, vt supradictum est. Facta supplicatione cum celebraturus reposuerit Sacramentum super altare, imponit incensum ministrâte Diacono capellæ nauiculam. Tum genu flexus ante altare, incensat Sacramentum, deinde accedat ad faldistorium, ubi deposito

LIBER SECUNDVS.

272

posito pluuiiali accipiat tunicellam, & dalmaticam, si illas prius non accepit: tum chirothecas, planetam, mitram, annulum Pontificale: accedit ad confessionem, & omnia sunt ordine supra dicto. In fine Missæ celebrans dat benedictionem sine mitra, & publicat indulgentias per Papam concessas.

DE VIGILIA ET FESTO

sancti Iohannis Baptiste.

In Vigilia Sancti Iohannis Baptiste, ordinarij sunt Vesperæ papales, & in die Missæ publicæ solennis per presbyterum Cardinalem in paramentis albis: & fit sermo, & non dicitur Credo, nisi veniat in die Dominicæ. alia sunt ut in alijs Vesperris, & Missis solennibus.

DE VIGILIA ET FESTO

Apostolorum Petri, & Pauli.

In Vigilia Apostolorum Petri, & Pauli, si sanctissimus Dominus noster in crastinu soleniter est celebraturus, accipit paramenta rubri coloris precciosa consueta in camera papagalli, & descendit ad Ecclesiam nulla supplicatione praecunte: sed facta reuerentia Domini Cardinales accipiunt paramenta, & obseruantur, omnia prout supra in Vigilia Nativitatis Christi notatum est. Si

SACRARVM CERIMONIARVM

verò nō est celebraturus, accipit eadem pa-
ramenta, & fiunt Vesperæ more confueto.
Et antiquitus erat potius in aula.

In die Apostolorum Petri & Pauli, si San-
ctissimus Dominus noster est celebraturus,
vt confueuit, cum potest accipit in camera
papagalli amictum, albam, cingulum, stolā,
pluuiale rubrum, & mitram preciosam: &
ministrante priorum presbyterorum Car-
dinalium, imponit incensum. Interim Car-
dinales & prælati capiunt paramenta, & of-
ficiales superpellicia more solito. Et Ponti-
fex supplicabundus venit ad Ecclesiam sub
baldachino, eo ordine, vt supra in Missa ma-
iori nativitatis Christi est notatum. In missa
etiam obseruantur omnia quæ ibidem sunt
ordinata. Post missam Pontifex data in al-
tari benedictione, & indulgentijs per Car-
dinalem assistentem publicatis, dimisso in
altari pallio reddit ad cameram non habita
supplicatione, sed sine baldachino more
confuerto: & etiam non fit sermo.

DE FESTO VISITATIONIS

Beatae Mariae Virginis.

In die visitationis Beatae Mariæ Virginis,
solet fieri missa solennis, quam celebra-
re confueuerat presbyter Cardinalis in pa-
ramentis albis, & solebat fieri sermo. Sed
hodie-

LIBER SECUNDVS. 273

hodiernis temporibus huiusmodi solēnitas
non obseruatur: sed capella huius diei præ-
termittitur, quæ non habet neque habuit
Vesperas præcedentes.

DE VIGILIA ET FESTO AS-
sumptionis Beatae Mariae Virginis.

In Vigilia assumptionis Beatae Mariæ Vir-
ginis, solebant esse Vesperæ Papales, & in
die missa solennis, quam solebat presbyter
Cardinalis paramentis albis indutus, cele-
brare, & sermo fieri: sed Romæ hodie non
fit propter festū solēnē Romanorum, quod
iphi celebrant in sancta Maria maiori. Si Pa-
pa est alibi, seruatur vt supra,

DE VIGILIA ET FESTO
nativitatis B. Mariae Virginis.

In Vigilia Nativitatis B. Mariæ Virginis,
ordinariae fiunt Vesperæ solennes, & in
die missa solennis in capella Papæ per pres-
byterum Cardinalem, paramentis albis pa-
ratum. Et fit sermo.

DE VIGILIA OMNIVM SAN-
ctorum, & mutatione capparum.

In Vigilia omnium sanctorum, Cardina-
les & prælati dimissis cappis cum serico
rubro, accipiunt cappas cum pallibus albis.
Et sanctissimus Dominus noster indutus
paramentis albis solitis, venit ad Ecclesiam

more solito. Et si est die craftina celebraturus, Cardinalis facta reuerentia conserata, in cappis capiunt paramenta sibi convenientia albi coloris: idem faciunt Praebiti. Officiales vero accipiunt superpellicia, sicut la prius non acceperunt. Alia omnia hunc prout supra in Vigilia Natiuitatis Domini dictum est.

DE FESTO OMNIVM sanctorum.

IN die omniū sanctorū, si sanctissimus Dominus noster est celebraturus, accipit in camera papagalli paramenta consueta albi coloris simpliciter, & Cardinales in camera paramenti, & prælati ac Officiales in alia paramenta sibi convenientia recipiunt, & Officiales superpellicia: deinde ministrante priore presbyterorum Cardinalium, Papa imponit incensum, & supplicatione preiente venit ad Ecclesiam sub baldachino: ac omnia alia fiunt, prout supra in missa maiori diei Natiuitatis Domini nostri Papae celebrante ordinatum est. Et non sit sermo, nisi aliquis Cardinalis illum faceret. Sive Papa non sit celebraturus, celebrabit Episcopus Cardinalis in paramentis albis, ordine consueto: & fit sermo.

IN VESPERIS ET MATV tinis defunctorum, Papa præsente.

Infero in capella maiori palatij cantantur Vesperæ & matutinæ mortuorū hoc ordine. Papa induitur amictu, alba, cingulo, Itola, violacea, & cappa de rosato sine mitra, vel si placet, loco cappæ accipit mātum de rosato, & ceputum magnum, quod inuersatur, ita quod pelles in capite ab extra sint, & supra faciem habebat quasi duo cornua. Et cum Pontifex manto aut humili modi caputio vtitur, prælati assistentes non debent habere cappas, sed mantellos, quos assistentium crocias vocant, & ceputia in modum cubiculariorum supra collum, & non supra caput. Hoc modo paratus Pontifex, venit ad capellam crucis precedente, & Cardinalibus Papam sequentibus: duo Diaconi Cardinales qui assistere consueuerunt, vadunt in locis suis post presbyteros Cardinales: cum Pape non assistant, fimbrias omnes cum cauda simul collectas portat dignior ex prælatis assistentibus in capella. Papa facit orationem in faldistorio capite semicooperto ascendit ad solū & sedet, & duo primi ex assistentibus Episcopis extendūt fimbrias cappæ ante Pontificem: Cardinales omnes sedent in locis suis, & non sit Papæ reueretia, neq; presby-

ter aut Diaconi Cardinales ei assistunt. Postquam Papa aliquantulum quieuit surgit, & stans capite semicooperto versus ad altare, dicit secretè Pater noster: quo ad finem cōpletō, sibi ipsi caput cooperiet: tum cantores incipiunt pro Vesperis Antiphonam, Placebo Domino. Qua dicta, & incepto Psalmo, Papa sedet, sic manens quo usque incipiatur Magnificat. Tunc surgit Papa a seipso semi vel totaliter capite discooperato, prout sibi placet. Finito Magnificat Papa sedet cooperto sibi capite, sic manens usq; ad finem repetitionis Antiphonæ. Tunc accedunt duo Acoluthi in eorum cappis, cum duobus candelabris more solito: surgit Pontifex discooperto capite, & stans versus ad altare, dicit competenti voce: Pater noster, quod secretè complet. Interim accedunt duo Episcopi assistentes cum libro & candelâ, & Papa completo Pater noster, dicit Versiculum: Et ne nos inducas in tentationem. Respon. Sed libera nos à malo. Ver. A porta inferi. Respon. Erue Domine animas eorum. Ver. Requiescant in pace. Respon. Amen. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus: Fidelium deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famu-

famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus, confequantur. Qui viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum. Respon. Amen. Ver. Requiem æternum dona eis Domine. Res. Et lux perpetua luceat eis. Tum duo ex cantoribus dicunt Versi. Requiescant in pace. Respon. Amen, deinde sedeat Pontifex cooperto capite, & aliquantulum quietat: surgat, & capite semicooperto stans versus altare, dicit secretè Pater noster. Quo completo, caput sibi ipsi cooperiat, & cantores incipient pro Matutinis Inuitatorium, Regem cui omnia viuunt, &c, Incepto Psalmo primi Nocturni, videlicet Verba mea, Papa sedet, sic manens quo usque ad responsionem versiculi ante primam lectio nem. Tunc surgit, & capite semidiscooperato stans versus ad altare, dicit secretè Pater noster, & illud secrete compleat: quo completo caput sibi ipsi cooperiens sedet. Tunc unus ex cantoribus stans in eorum loco versus ad altare, facta prius altari & Papæ reuertentia, ex libro dicat primam lectionem: & alia dicuntur, prout in ordinario. Post versiculos secundi & tertij Nocturni surgit Pontifex, & dicit Pater noster: deinde sedet, prout supra in primo Nocturno dictum est. In-

cœpto Psalmo Benedictus, Papa surgit stans versus ad altare, capite semi vel toraliter difſcooperto, vsque ad finem Psalmi: quo finito ſedet cooperto capite. Repetita Antiphona post Benedictus, accedit duo Acoluthi in eorum cappis cum luminaribus ad locum conſuetum: surgit Pontifex, & ſtans versus ad altare, dicit: Pater noster, & ab omnia, prout ſupra in Vesperis ordinatum eſt. Dicto à cantoribus: Requiescant in pace, Amen, Papa ſedet cooperto capite, & aliquantulum quieſcit: deinde vadit ad falldistorium, orat, ſurgit, & redit in camerum eo ordine quo venit, dignote ex Episcopis affiſtentibus fimbrias, vt ſuperius, portant.

DE VESPERIS ET MATVTLIS mortuorum, Papa abſente.

Si autem Pontifex Vesperis & Matutinis defunctorum non interefſet, Cardinalis die crastina celebraturus, peruenit ad capellam, & facta oratione ante altare, ſedet in falldistorio in loco conſueto ſibi parato: cappellani ad numerum nouem ſunt parati cohortis, quorum duo hinc & inde ſtant iuxta Cardinalem, deposita cappa per ſcutiferos, miniftrantibus alijs cappellanis paramata de altari. Card. ipsum induunt amictu, alba, cingulo ſtola q̄ à ſpatulis pēdeat, pluviali nigro,

nigro, & mitra alba plana. Qui ſic paratus in falldistorio ſedens, tempus expectat: deponita deinde mitra ſurgit, & ſtans versus ad altare, ſecrete dicit: Pater noster, & cantores dicant Antiphonam, Placebo pro Vesperis, deinde Psalmum, quo incepto ſedet at Cardinalis accepta mitra ſic manes quoque Magnificat incipiant. Tum ſurgit deponita mitra ſtans ad finem illius ad altare versus. Incepcta Antiphona ſedet cum mitra viue ad finem Antiphonæ: deinde ſurgit deponita mitra, & ſtans versus ad altare, dicit: Pater noster, & alia. vt ſuprà in Vesperis Pontifice praefante dictum eſt, duobus ex capellaniſ ſuis duobus candelabra tenantibus cum luminaribus, vnum capellatum, qui librum coram celebraturo tenet, medium inter ſehabentibus. Dicto à cantoribus Requiescant in pace, Amen, Cardinalis ſedet accepta mitra, & aliquatulū qui eſcit: deinde deponita mitra ſurgit, et ſtans versus ad altare, ſecrete dicit: Pater noster, & catores incipiunt Inuitatoriū, Regē cui omnia viuunt, p Matutinis, & alia, prout in Ordinario. Incepto Psalmo Cardina, accepta mitra ſedet dicto versiculo primi Nocturni cum ſuo Reſponsorio: ſurgit deponita mitra, ſtans versus ad altare, ſecrete dicit: Pater noster, quo cōplete ſedet cum mitra, & catores

res dicunt lectiones, & alia, vt in ordinario: idem faciat Cardinalis post versiculos secūdi & tertij Nocturni: Incēpto Benedictus, surgit sine mitra, stans versus ad altare: quo finito sedet cum mitra. Repetita deinde Antiphona surgit sine mitra, & stans versus ad altare, dicit voce competenti: Pater noster. Quo secrēte completo, vñus ex assistentibus suis capellanis librum cum duobus alijs duo luminaria coram eo tenentibus, dicit ex libro versiculum, Et ne nos, cum alijs, & orationem, Fidelium Deus omnium, &c. ac alijs, prout supra in Vesperis dictum est.

DE COMMEMORATIONE animarum Papa presente.

IN die commemorationis animarum, super credentiam ponuntur vasa consueta exceptis duodus magnis bocalibus argenteis, quibus in missis defunctorum non vñatur. pareatur etiam super eam thuribulum cum nauicella, & vas aquæ benedictæ cum aspersorio. Deinde hora competenti presbyter Cardinalis celebratus, venit ad capellam, & capit omnia paramenta consueta nigri coloris, exceptis sandalijs & chirotescis, quibus in huiusmodi missa vti nō debet nec consuevit dicere Psalmum, Quam dilecta, cnam alijs. Subdiaconus & Diaconus

vtuntur tunicella & dalmatica: Deinde Pontifex induitus amictu, alba, cingulo, stola violacea, & cappa rubea, cuius cucullum super scapulis duobus spaletis aptatur, ne deorsum cadere possit: & mitra simplici: vel si Pontifici placet, loco cappæ habeat pluviale rubeum simplex, & mitram simplicem, præcedentibus cruce, & Cardinalibus venit ad capellam, orat in faldistorio, & facit confessionem cum celebraturo, ascendit ad solium: & non fit ei reuerentia à Cardinalibus, sed duo Diaconi & prior presbyterorum Cardinalium assistunt ei more consueto. Papa dicit Introitum cum assistentibus tantu: altare non incensatur, Cardinales non veniunt ad circulum, neque celebrans osculatur librum, sed altare tantum. Cū celebrans dicit Dominus vobiscū, Papa venit ad faldistorium, & genu flebit si ne mitra, sic manens, vsque ad finem orationis: & similiter omnes genu flebunt præter celebrantem, & ministros, id est, assistentem Diaconum, & Subdiaconum. Pontifex oratione finita & accepta mitra, redit ad sedem. Dicitur tantum vna oratio, videlicet: Fidelium Deus omnium &c. Subdiaconus dicta epistola non osculatur pedem Papæ, neque Diaconus pro euangelio illum osculatur: ad euangelium nō portatur lumina ria, neque

ria, neq; in cēsum, neq; Diacon² accipit benedictionē. Finito Euāgelio Papa nō oscula tur librum, neq; bencedit aquā pro sacrificio, in calice imponendā. Post Offertoriū Papa imponit incensum more consueto, & incēfantur oblata, altare, celebrans, & Papa tantum, & non alij: Subdiaconus non tenet patenam, vt in alijs Missis, sed ad elevationem in cornu epistolæ genu flexus, incensat sacramentum. Papa dicto Sanctus, cum assistentibus venit ad faldistorium, ubi deposita mitra genu flectit, quo usque celebrans dicat, Per omnia secula seculorum, ante Pax Domini. Tū surgit Pontifex, & accepta mitra, redit ad solium: ubi deposita mitra dicit cum assistentibus, Agnus Dei. Celebrans nō dicit Orationem, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: neque pax tecum, sed sequentes. Osculum pacis non datur, celebrans procedit in Missa more consueto. Et Pontifex ad orationem in fine venit ad faldistorium, & genu flectit: deinde illa finit, redit ad sedem. Et celebrans dicto in altari Pla ceat, &c. vadit ad faldistorium, deponit vestes sacras, & demum vadit ad locum suum inter Cardinales: nō datur benedictio, neque indulgentia. Deinde si Pontifex velit post Missam absoluere incepto à catoribus Responsorio, Libera me Domine, apud fedem

dem deponit cappā, & accipit pluiale rubrum implex, si placet: & ponitur ante eū pannus niger ad hoc paratus, & extenditur à scabellō sedis per planum & gradus solij sui, & quatuor Acoluthi superpellicijs induuntur: & dū cantores replicant Respōsorium, Libera me Domine, accedunt ad Pontificem duo Acoluthi, unus cum thuribulo & nauicella, aliis cum vase aquæ benedictæ & asperforio: & Pontifex ministrante priore presbyterorum Cardinalium nauicellam, imponit incensum, presbyter Cardinalis remanet illic apud Papam. Cum incipitur Kyriecl. à cantoribus, surgit Pontifex deposita mitra, & dicto ultimo Kyrieleison, trans versus ad altare, dicit intelligibili voce Pater noster: quod secrete cōplendo ministrante priore presbyterorum Cardinalium asperforium, Papa aspergit tertio supra pannum nigrum ante fē iacentem, & reddit asperforium presbytero Car. quo ministrante thuribulum, Papa incensat eodem modo, supra pannum tertio thuribulum, ducens: & redditio thuribulo presbytero Cardinali, recedunt illi duo Acoluthi cum aqua benedicta & thuribulo, & presbyter Cardinalis ad scabellū suū reuertitur: accedunt duo Acoluthi cū lumiñarib. ad locum consuetum, & duo Episco piensi-

pi assistentes cum libro & candela. Et papa dicit vers. Et ne nos inducas &c. cum alijs & oratione: Fidelium Deus omnium, sub sua conclusione, vñ in Vesperis ordinatum est. Post orationem Papa dicit Requiem æternam &c. Et cantores: Requiescant in pace. Tum sedet Pontifex cum mitra, orat deinde in faldistorio, & redit ad cameram.

*QVANDO PONTIFEX NOL
let absoluere.*

Si vero Pótfex absolutionem finita missa facere noluerit, celebrans dicto placet, accedit ad cornu epistolæ altaris, ubi deposita planeta accipiat pluuiale nigrum, & mitram simplicem: & stans in dicto cornu versus ad altare, expectat finem responsori, Interim clerici capellæ extendant ante medium altaris à plano illius per gradus deorum pannum nigrum ad hoc ordinatum. Cum responsori post versum, Requiem æternā, repetitur, Pontifex ministrante presbytero Cardinali nauicula ponit incensum. Duo ex capellanis celebrantis stantes iuxta cornu epistolæ altaris, tenent vñus vas aquæ benedictæ cù aspersorio, alijs thuribulum cum incenso: incepto Kyrieleison surgunt Pontifex sine mitra, & mitra celebranti deponit:

ponitur: qui dicto ultimo Kyrieleison, stans detecto capite in dicto cornu, versus ad altare dicit intelligibili voce, Pater noster: quod secrètè complet: interim accedit ad medium altaris, & versus ad dictum pannum ministrante Diacono capellæ, aspersorio aspergit tertio super eundem pannum: tum ministrante eodem thuribulum eodem modo incensat. Deinde conuersus ad altare, ex libro supra illud positio dicit versum, Et ne nos. & alios cum oratione: & in fine Requiem æternam, ut supra dicatur. & dicto per cantores Requiescant in pace, Amen dicit Dominus vobiscum, signat altare per seipsum dicés Euāgeliū sancti Ioannis: redit ad faldistoriū, ubi deponit Sacras vestes, more confueto.

*DE COMMEMORATIONE
omnium fidelium defunctorum, Papa
abente.*

Si verò Pontifex huius diei officio non intereat, presbyter Cardinalis celebratus, præuenit ad capellam, oransque ante altare, sedet in faldistorio, lauat manus, surgit, & capit paramenta omnia more conueto, exceptis sandalijs, & chirothecis, quibus non vtuntur in hac Missa: nec dicit psalmos Quam dilecta, &c. In credentia non debent esse illa duo bocalia magna argen-

Nn tea,

tea, quibus Cardinales celebrantes vticonfuerunt: sed omnia alia consueta, & præter illa vas aquæ benedictæ cum aspergilio, & pannus pro absolutione. Subdiaconus, & Diaconus vtuntur tunicella, & dalmatica in Missa, celebrans post confessio-nem, & altaris osculum: non osculatur li-brum, nec incenſatur altare. Dicitur tan-tum vna oratio, videlicet: Fidelium Deu-omnium, &c. ad quam omnes genu flectunt, exceptis capellano, assistente Diacono, & Subdiacono. Diæta epistola Subdiaconus non osculatur manum celebrantis: ad Eu-angelium Diaconus non petit benedictio-nem, nec osculatur celebratæ manum, nec portantur luminaria, neque thuribulum: duo tamen ex capellanis assistentis Dia-co-num associant, & Subdiacono librum te-nente hinc inde astant. Post Euangeliū celebrans non osculatur librum, neque benedicit aquam pro oblatione in calice po-nendam. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantē, sed genu flexus ad cornu epistolæ, tempore congruo ad eleuationem incensat Sacramentū: celebrans ministrat Diacono nauiculam, imponit incensum, incensat oblata, altare: & incensatur ipsi solus à Diacono, & nō alij. Incepto Sæcu-lo a cantoribus, oës genu flectunt, excepti

prædictis, quoisque celebrans dicat, Per omnia secula seculorum, ante Pax Domini. Oratio: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, &c. Pax tecum non dicitur, osculum pacis non datur, ac post communione omnes genu flectunt usque ad finem orationis, exceptis prædictis. Non da-tur benedictio, neque indulgentia, sed di-cto per Diaconum, Requiescant in pace, celebrans dicit Placeat, & cætores incipiunt responsorium. Libera me Domine: celebras retrahit se ad cornu epistolæ, ubi deposita planeta accipit pluiale nigrum & mitram planam: interim extenditur pannus niger ante mediū altaris. Et cum repetitur respo-sorium, Libera me Domine, ministrat Dia-cono nauiculam, celebrans imponit incen-sum: alia fiunt, prout suprà, Papa non ab-soluente, dictum est.

*DE VIGILIA, ET FESTO
dedicationis Basilicæ Saluatoris.*

TN Vigilia dedicationis Basilicæ Saluatoris, ordinariæ sunt Vesperæ papales, & in die unius ex reuerendissimis presbyteris Car-dinalibus celebrat in paramentis albis, non si sermo: & antiquitus erat potus in aula.

*DE VIGILIA, ET FESTO
dedicationis Basilicæ principis Apostolorum.*

IN Vigilia, & festo dedicationis Basilice
principis Apostolorum, fit eodem mo-
do vt in dedicatione Saluatoris. Et similiter
erat potius in aula.

D E A N N I V E R S A R I O P O N-
tificis proximè defuncti.

Solent Summi Pontifices immediatis pre-
decessis oribus suis, in die annuo obitus
anniversarium peragere in capella maori, in
qua Episcopus celebrat omnibus Pontifi-
calibus ornamentiis nigris paratus. Papa ve-
nit paratus in cappa rubra, & mitra simplici,
vt supra in die cōmemorationis defūctorū
dictum est: celebrans non vtitur sandalijs,
neque chirothecis: & in ornamentis atque
in Missa omnia obseruanutr, etiam quo ad
genu flexiones, & absolutionem post Mil-
fam, vt suprà in die commemorationis om-
nium fidclium defūctorum est ordinatū,
exceptis oratione, secreta, & postcommu-
nione, quæ dicuntur vt infra.

O R A T I O .

Deus, qui inter summos sacerdotes Fa-
mulum tuum. N. ineffabili tua dispo-
sitione connumerari voluisti: præsta quæsumus,
vt qui vnigeniti filij tui vices in terra
gerebat, sanctorum tuorum Pontificum
consortio perpetuo aggregetur per eun-
dem.

SVscipe quæsumus Domine pro anima
famuli tui. N. summi Pontificis quas of-
ferimus hostias, vt cui in hoc seculo Pon-
tificale donasti meritum, in cœlesti regno
sanctorum tuorum iubicas iungi consortio.
Per Dominum.

P O S T C O M M U N I O .

PRofit quæsumus Domine animæ famu-
litui. N. summi Pontificis misericordia
tuæ implorata clementia, vt eius in quo spe-
ravit, & creditit, æternum capiat te misere-
rante consortium. Per Dominum. Ad abso-
lutionem post Missam faciendam dicitur
prima oratio, videlicet: Deus qui inter sum-
mos sacerdotes famulum tuum. N. ineffa-
bili, & cætera.

D E A N N I V E R S A R I O A S-
sumptionis summi Pontificis.

IN die annuo assumptionis Summi Ponti-
ficis ad apicem Apostolatus solet cele-
brari Missa solennis publica, quam dicere
consuevit presbyter, vel etiam aliquando E-
piscopus Cardinalis in paramētis rubris: cui
Papa & Cardinales interesset solēt more cō-
suetudo. Missa dicitur de Spiritu sancto, & in
ea dicitur Gloria in excelsis Deo, Pax vobis,
Credo, & vna tantum oratio, videlicet: De
us qui corda fidelium sancti Spiritus illustra-

tione docuisti,&c.& non, Deus qui hodie-
na die corda fidelium,&c. præfatio dicitur
de sancto Spiritu, quæ in missali posita est &
cenda à vigilia Pentecostes usque ad octauam,
omissis in ea verbis Hodierna dic. Omnia
alia fiunt more solito. Et non sit sermo, nec
habet hoc festum vespertas præcedentes.

*D E A N N I V E R S A R I O C O R O
nationis summi Pontificis.*

IN die annua qua Summus Pontifex coro-
natus est, solet coronatio, siue huiusmodi
anniversariorum cebrari. Et fit Missa de Spir-
itu sancto pariformiter, ut supradictum est,
in die anniversario assumptionis.

*D E A N N I V E R S A R I O G E N-
erali omnium summorum Pontificum & Ca-
rdinalium S. Romane Ecclesie defunctorum.*

SOlebant Summi Pontifices singulis an-
nis aliquo die post diem commemora-
tionis omnium fidelium defunctorum, ve-
lut Alexander quartus ordinavit, nonis Se-
ptembris Missam publicam pro omnibus
summis Pontificibus, & omnibus sanctis
Romanae Ecclesie Cardinalibus defunctis
in capella Apostolica coram se, & sacre
collegio celebrare more solito, ut super
inde

in die commemorationis omnium fidelium
defunctorum dictum est. Missam celebra-
bat aliquis Episcopus ornamenti nigris
paratus, absque sandalijs & chirothecis: mi-
nistri vtebantur tunicella, & dalmatica, &
dicebatur tantum una oratio. Et omnia alia
siebant etiam quo ad absolutionem post Mis-
sam, ut suprà in die commemorationis om-
nium fidelium defunctorum dictum est.

Quod hodie etiam est abolitum. Oratio au-
tem, Secreta, & post Communio, quæ dice-
bantur, haec fiunt quæ sequuntur.

O R A T I O.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes
famulos tuos Pontificali seu sacerdo-
tali tecisti dignitate vigere: præsta quæsu-
mus, ut eorum quoque perpetuo aggregen-
tur confortio per Dominum.

S E C R E T A.

Viscipe Domine pro animabus famulo-
rum tuorum, quas offerimus hostias, ut
quibus in hoc seculo Pontificale, seu sacer-
dotale donasti meritum, in cælesti regno
sanctorum tuorum iubeas iungi confortio.
Per,

P O S T C O M M U N I O.

Nn 4 Profit

Profit quæsumus Domine animabus st. mulorum tuorum misericordie tuae implorata cleméntia, vt eius in quo sperauerit, & crediderunt, æternum capiant te misera- te consortium.

**AD ABSOLVTIONEM POST
MISSAM.**

Absolute quæsumus Domine animas st. mulorum tuorum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos refuscati recipi- rent, per Dominum.N.

**D E M I S S A Q V A E P R O A
nimabus Imperatoris, Cardinalium, & Regum nositer defunctorum in capella
dici consuevit.**

Consueuerunt Romani Pôtifices quo- tienscūq; Imperator, aut aliquis Ca- dinalium, vel Rex moritur, in Romana curia vel extra eam, etiā si exequiæ publicæ in Ecclæsia, in qua sunt sepulti, aut alibi sint habi- tæ, vnam missam publicam in capella pa- latij celebrare: & illi etiam interest Pon- tifex paratus, vt supra in die commemo- rationis omnium fidelium defunctorum dic- tum est. Celebrat aliquis Episcopus in pa- ramentis nigris, sine sandalijs, & chirothe- cis, & ministri vtuntur dalmatica, & tuni-

cella: ac omnia alia sicut quo ad absolutionem post missam, vt supra in dicto die commemorationis animarum ordinatum est, excep- tis oratione, secreta, & postcommunio- ne, quæ dicuntur prout infra ordinatur.

**ORATIO P R O I M P E R A T O
re defuncto.**

ORatio hæc plenius cum alijs oratio- nibus continetur in ordinario: vbi vi- de, si placet.

**ORATIO P R O E P I S C O P O
Cardinali defuncto,**

Deus, qui inter Apostolicos sacerdo- tes famulum tuum. N. Episcopū Car- dinalē Pôficali fecisti dignitate vigere: pre- sta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggredetur consortio.

S E C R E T A.

Svspice Domine pro anima famuli tui. N. Episcopi Cardinalis, quas offerimus hostias, vt cui in hoc seculo Pontificale do- nastimeritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi cōsortio. Per D.

P O S T C O M M U N I O.

Profit quæsumus Domine animæ famu- li tui. N. Episcopi Cardinalis misericor- diae tuae implorata clementia, vt eius in quo sperauit & credidit, æternum capiat te mi-

ferante confortium.

*AD ABSOLVTIONEM POST
Miffam.*

Absolute quæsumus Domine animam famuli tui. N. Episcopi Cardinalis, ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria intersanctos tuos resuscitatus respiret. Per Christum.

*ORATIO PRO REGE DE.
functo.*

Inclina Domine aurem tuā ad preces nostras, quibꝫ misericordiā tuam supplices deprecamur, vt animā famuli tui. N. Regis, quē de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione cōstituas, & sanctorū tuorū iubas esse confortem. Per Dominum.

SECRETA.

Annue nobis quæsumus Domine, vt animē famuli tui. N. Regis hæc proficitatio, quā immolando totius mūditribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

POST COMMVNIO.

Absolute quæsumus Dñe animā famuli. N. Regis, ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per D.

*AD ABSOLVTIONEM POST
Miffam*

Absolute

Absolute quæsumus Domine, animam famuli tui. N. Regis, vt defunctus seculo tibi viuat, & qua per fragilitatem carnis humana conuerlatione commisit, tu veniam misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

*ORATIO PRO PRESBYTE.
ro Cardinale defuncto.*

Deuſus qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum. N. presbyterum Cardinalem sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quæsumus, vt eorū quoque perpetuo aggregetur confortio. Per Dominum.

SECRETA.

Suscipe Domine quæsumus, p anima famuli tui. N. presbyteri Cardinalis, quas offerimus hostias, vt cui in hoc seculo sacerdotale dedisti meritum, in cœlesti regno sanctorū tuorū iubicas iungi confortio. Per

POST COMMVNIO.

Proſit quæsumus Domine animæ famuli tui. N. presbyteri Cardinalis misericordiæ tuæ implorata clementia, vt eius in quo sperauit & credidit, te miserante æternum capiat confortum, Per Dominum.

AD

SACRARVM CERIMONIAVM
AD ABSOLVTIONEM POST
Missam.

A Bsolue quæsumus Domine animam famuli tui. N. presbyteri Cardinalis, ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectio- nis gloria inter sanctos, & electos tuos res- ficitatus respiret. Per Christum.

PRO DIA CONO CARDINALI
defuncto.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam sup plices deprecamur, vt animam famulit N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constitutas, & sanctorum tuorum iubeas esse confortem. Per Dominum.

SECRETA.

A nnue nobis Domine, vt anima famulit N. Diaconi Cardinalis hac profit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxare delicta. Per Dominum.

POSTCOMMVNIO.

A Bsolue quæsumus Domine animam famulit N. Diaconi Cardinalis, ab omni

LIBER SECUNDVS. 285

omni vinculo delictorum, vt in resurrectio- nis gloria inter sanctos, & electos tuos re- ficitatus respiret. Per Christum.

AD ABSOLVTIONEM POST
Missam.

A Bsolue quæsumus Domine animam famulit N. Diaconi Cardinalis, vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per fra- gilitatem carnis humana conuersatione cõ- misit, tu venia misericordissime pie- tatis absterge. Per Christum Do- minum nostrum,
Amen.

F I N I S.

IN TERTI=
VM CERIMONIARVM ROMA.
NAE ECCLESIAE LIBRVM
Prefatio.

Tetius hic mihi ac ultimus liber absolvitur, ut nihil etiam curioso desit. Persecuti autem sumus, cum alia, tum vero & minima quaeque qua neglecta, aut imperita, aut negligenter notam inurant. Tametsi in his, quae ad pietatem spectant, quid nam sit minimum, quod omittire posset non video, granius certò offendunt ea negligēta, qua maiora sunt, quæque summam ipsam pietatem attingant: & hac ubi cōniveas, non paruum etiam momentum ad casum lapsū sumque faciunt, utinam hęc etas tam constanter illare ieneret, quam diligenter à maioribus nostris & obseruata sunt, & nobis etiam veluti per manus tradita. Illud certè hac in parte dissimulare non possum, quod quanto minore ambitione veteri Deum opt. Maximum coluerē: tanto fortasse Deo gratiōres, acceptioresque fuerunt eorum preces: nec enim superi aliud a nobis exigit, quā mentem, animamque puram: quamquācūque offeras, illi vero veniam faciliter tribuant. Nec tamen cultus hic noster, quod ad nos attinet, a fernandus sit, qui nihil tale tantum-

que prestare Deo possumus, quod parem illi meritorum in nos gratiam referat. Quare, meo iudicio, qui & impensorem ornatum, & magnificētorem apparatū impolluta animi pietate ac Christiana simplicitate Deo exhibet, illi plane nihil deesse potest, quod ad absolutam perfectamque religiōrem attineat. Quod ut plane praestet, hi etiam libri in primis faciunt. Quos eo libētus edendos, publicandoque curauit, quod existimarem summum illud religionis, ac pietatis nostra festigium, quod Roma tantum obseruari soleat. Et cūque unī aut alteri cognitū erat, intellectum nunc demū ab omnibus, admiratōne primum, tum vero etiam ingentem voluntatem legentibus allaturum.

SAC-

SACRA RVM CERIMONIARVM SAN.

CTAE ROMANAEC E C C L E S I A E
Liber Tertius.

SECTIO PRIMA.

DE REVERENTIIS ET TRA MÒ D E R E U E R E N T I A A L T A R I S .



CCEDENS primū ad Ecclesiam, siue capellam Pontifex, genuflectit ante altare super faldistorium, & capite detecto orat. Cardinales, prelati & alij omnes, tam clericī quam laici, similiter primū intrantes genuflectunt in terram, orantq;: Pontifex surgens ab oratione cum mitra, veneratur altare caput inclinādo, anteq; inde discedat. Cardinales quotiēs vadunt versus altare vel antecellulū transeunt, profundè caput inclinant altari: alij omnes tam Episcopi quam clericī, siue laici transeuntes, ante altare genuflectūt.

*QVOD ROMANVS PONTI
fex nemini reverentiam facit.*

Romanus

Romanus Pontifex nemini omnino mortalium reuerentiam facit assurgēdo manifeſte, aut caput inclinando, ſeu dete-gendo. Romanorum verò Imperatori, poſt-quā illum ſedens ad osculum pedis, & manus fuſcepit, aliquantulum aſſurgit, ad oris osculum mutuo charitatis amplexu illum benignè recipiens: idem aliquando facit & magnis regib⁹. Cæteros omnes tam princi-pes quam prælatos, cuiuscunque dignitatis ſint, cùm ad oris osculum eos recipit, non aſſurgit, ſed ſedens recipit. Consueuerunt tamen Pontifices Cardinalibus, & maximis Principibus priuatim aduentantibus, & reuerentiam facientibus, cum non ſint in Pon-tificibus, aliquantulum caput inclinare, tamquam reuerentiam reddentes. Et hoc non ex officio, ſed ex laudabili humanitate.

DE REVERENTIIS, QVÆ

Romano Pontifici exhibentur.

OMNES mortales, & p̄ſeritum Christi fideles, cuiuscunque ſint dignitatis & præminentia, cùm primū in cōſpectum Pontificis adueniunt, diſtantibus ſpacij ter debent ante illum genuflectere, & in honorem Saluatoris nostri Iesu Christi, cuius vi-

O o c e s

ces in terris gerit, eius Pedes osculari. Imperator, Reges, maximi principes, principum seu Potentatuum Oratores, prima vice & ad osculum manus, & oris recipiuntur, alij ad pedes tantum. Cardinales verò profunde se inclinant bis, & tertio flectunt genu nouiter venientes, & osculantur pede Pontifici sacra tractant. Cardinales dextram manum sub auriphrygio pluuialis osculantur, Episcopi parati genu tantum: Imperatores, Reges, & maximi principes manum, & pedem.

DE SOLENNI REVERENTIA CARDINALIUM, QUOMODO & QUANDO FARI-

Q Votienscunque Pontifex paludatus, & mitratus in publicum exit, siue ad diuinum officium, siue ad consistorium, exhibetur ei solennis reuerentia à Cardinalibus in hunc modum. Postquam Pontifer in sede sua aliquantulum quieuerit, siue in publico consistorio, aſſistentibus sibi duobus Diaconibas hinc inde, prior Episcorum Cardinalium incipiēs, anteriem cappę suę partem manibus eleuans, & caudam illius per terram trahens, verbi Pontificem proficiscitur. Cum ante illum faciem ex opposto venit, firmans se, & manibus extensis ab anteriori parte cappę capiens, manus sic cappa inuolutas eleuantur simul

simul iungit ante pectus, & profunde ante Pontificem caput & humeros inclinat. Idē prius facit ante altare, si est in capella: tum recte procedens ad Pontificem, manus ad pectus cum cappha tenens, ne illa gressum impeditat, gradus solij Pontificalis ascēdit & Pōtificis manum dextram sub auriphrygio pluuialis protensam osculatur: deinde aliquantulū retrograde à sede discedens profunde iterum Pontifici se inclinat, & ad sinistram suam se vertens, ad locum suum reuertitur. Idem omnes faciunt suo ordine. Prior presbyterorum Cardinalium, si Missa tunc est celebranda, cum fecit reuerentiani, firmat se ad dextram Pontificis, & ministrat incēsum, vt inferius dicemus, cū de incēsatione tractabim⁹: inde ad locū suū reuertitur. Duo Diaconi aſſistentes, si nō fecerūt reuerentia in camera Pōtificis, cū illum sacris induerūt, quod facere plerūq; ſolēt, faciunt nunc in loco ſuo post presbyteros Card. Huiusmodi reuerentia à Card. nō fit niſi ſemel in die, quoctunque tempore: neque vñquam eodem die reiteratur, etiam ſi biſ eodem die conuenirent, videlicet ad Missam, & ad vespertas: & nunquā fit niſi Pōtifex fit cū pluuiali & mitra: neq; vñquā fit in officio defunctorū, aut i die veneris Sācti, etiam ſi Papa haberet pluuiiale, & mitram.

SACRARVM CERIMONIARVM
DE REVERENTIA CARDI-
NALium ordinaria erga Pontificem.

Item Cardinales quotienscumque Papa surgit in capella, & ipsi surgunt, trahente ante eos Pontifice, discooperiunt caput, & se inclinant: cum loquuntur cum Pontifice in circulis, aut in publico, detecto capite inclinato loquuntur: clam vero & in conferto, ratio secreto iussi sedet, & cooperiunt. Similiter cum Papa verit ad quemlibet eorum sermonem, ille talis surgit, & caput detegit, & sic permanet nisi iubetur a Papa sedere: similiter cum respondet. Item cum Papa nominat venerabiles fratres nostros sanctae Romanæ Ecclesiæ Cardinales, omnes assurgunt aliquantulum, & caput detegunt. Cardinales discendentes de curia, vel de novo redentes, siue publice siue priuatim recedant, vel recipientur a Pontifice, osculantur pedibus, & eleuati manum, & os, si inuitentur maxime cum reverentur.

DE REVERENTIA CARDI-
NALium inter se.

Cardinales inter se & gestis, & verbis, & nutu summam exhibent reverentiam, stando, sedendo, cundo, equitando, & in rebus

LIBER TERTIVS. 288

bus omnibus alter alteri defcrendo. Quando aliquis Cardinalium in praesentia Pontificis publice celebrauit, si Papa discedat a capella antequam Cardinalis deponit sacras vestes, tunc duo sui ordinis Cardinales remanent in scandalo suo illum expectantes: & cum ille reassumpta cappa sua a faldistorio discesserit, vadunt illi obuiam, congratulatur de celebratione deuotè peracta, & deducunt illum, ubi sunt alij Cardinales. Si autem Papa est adhuc in capella, ille reassumpta cappa vadit ad locum suum, & nullus Cardinalis illum expectat, aut obuiam vadit: neque per illos sit ei assistentia praesente Pontifice. Fit autem ex eis assistentia absente Pontifice, in principio, & in fine, ab alijs prælati domesticis suis, aut particularibus amicis suis: & cum Cardinalis absente Pontifice est facturus officium, semper antequam incipiat, petit licentiam per ceremoniarum ab alijs Cardinalibus: & quies ex faldistorio vadit ad altare, facit eis reverentiam, & illi aliquantulum, & tunc assurgere debent.

QUANDO ASSVRGVNT CAR-
dinale, & pralati in capella.

Inter sacra, si Episcopus, aut presbyter Cardinalis assistens, assurgit aliquid actuus aut dicturus, duo Diaconi assistentes, &

similiter Episcopi assistentes assurgunt: alijs autē Cardinales, & prælati non surgunt. Si vero aliquis ex alijs Cardinalibus surgit, omnes alij Cardinales, & prælati, qui sunt in capella surgunt, præter assistentes.

D E R E V E R E N T I A C A R D I
nalis, quando venit officio iam inchoato.

SI quis Cardinaliū incepto iam officio, Pontifice in solio suo residet, ad capellam venerit, primum ut cancellos ingressus est, paululum progressus genuflexit versus altare, & orat: tum surgens procedit, & facta vt alij reuerentia, caput inclinando altari & Papæ, ascendit ad sedem, & osculatur manū Pontificis sub auriphrygio, & cum inde discedit iturus ad locum suum, assurgunt omnes Cardinales, & omnes prælati, & anteq; ipse à Pontifice facta reuerentia discedat, ne mo illi neque prælatus, neque Cardinalis assurgit. **Q**uod si forte dum ille venit, Papa staret, orationes, Euangeliū, siue tale quipiam audiens, tunc Cardinalis cùm surgit ab oratione, stet, & exspectet quoad Papale deat, & tunc vadit ad reuerentiam exhibendam. **Q**uod si venerit dum sit per alias reuerentiam, vadat in locum suum procedens, sedeat secundum suū ordinem. Quando autem in absentia Papæ sit officium, & aliquis

Car.

Cardinalium ad capellam venerit incepito iam officio, primò genuflexus orat versus ad altare, vt suprà: tum surgens capite detecto vertit faciem ad sedes prælatorum, caput inclinando quasi eos salutans: qui oēs, vt primū ille surrexit ab oratiōe, ei assurgūt, & detecto capite, & salutatis prælatis, ille pergit versus Cardinales sui ordinis: & non vadit ad locum suum directè, nisi esset vltimus, sed ab vltimo incipiens quasi ibi remanere velit, invitatur à singulis, vt ascendet, quoq; veniat ad locū suū directè, nisi esset vltimus, & ipse modeste semel atque iterum in uitat subsequente, vt pcedere velit: & tandem in locum suum residet. Hoc idem facit quotiescumque aliquis venit post alios, præsente vel absente Pontifice, semper inclit ab vltimo loco presbyterorum, si est Episcopus, siue presbyter: Diaconorum, si est Diaconus. Et nota, quod quamdiu unus ex Cardinalibus stat omnes Cardinales & oēs prælati stare debent, præter quam in præsencia Papæ assistentes, vt suprà diximus.

D E R E V E R E N T I A E R G A
Cardinales.

REueredissimi Domini Cardinales, qui bases & colunæ sunt Sacrosanctæ Ecclesiæ membræ nobilissima mystici corporis,

OO 4 meritò

SACRARVM CERIMONIARVM

meritō ab omnibus, & vbiq; venerādūs
& maximē honorandi: ita tamen, quod sit
differentia inter ipsorum & summi Pontifi-
cis reuerentiam.

DE REVERENTIIS, QVAE FI-
unt Cardinali diuinae celebranti.

Cardinali igitur celebranti in presen-
tia Papæ, neque fiunt genuflexiones
ab aliquo, neque fit ei prægustatio, siue cre-
dencia. Et similiter in omnibus alijs actibus
publicè aut priuatim, coram Pontifice ne-
mini isti duo actus reuerētiales exhibentur,
nisi tantum Romanorum Imperatori, si ad-
eset in conuiuio cum Papa: non Regi, non
Cardinali, non Principi, quantumcunque
maximo. In absentia verò Pontificis, Car-
dinali celebranti fiunt genu flexiones à scut-
feris, cùm lauat manus, & cappellanis, dum
accipit & dum dimittit sandalia, dum sim-
briás tenet: & fit prægustatio. Et quoniā Car-
dinalis celebrañs absente Pontifice, cum ē
faldistorio vadit ad altare cum mitra, facit
reuerentiam Cardinalibus, caput illis incli-
nando: videtur valde consentaneum, vt tū
Cardinales alij ei assurgant, & in reueren-
tia corresponeant.

DE

LIBER TERTIVS.

290

DE BULLA PRO CELE-
brando super altare Sancti Petri.

ADucentum tamen, quod nemini,
neque Cardinali licet celebrare supra
altare Sancti Petri, aut altari Ecclesiarum pa-
triarchalium urbis, nisi dispensatione Papæ,
de qua debet constare per literas Aposto-
licas bullatas, affigendas prope altare. Cu-
ret igitur Cardinalis, qui est celebraturus, ut
in tempore expediatur Bulla.

DE REVERENTIIS, QVAE
priuatim fiunt Cardinibus

IN alijs autem actibus, tam domi quam
aliibi, & si nonnulli dicant, in curia Ro-
mana genu flexiones Pontifici tantummodo
debet, ego tamen arbitror non esse absur-
dum, sed satis honestum, simplices laicos, &
clericos non prælatos, in primo congressu
ante Cardinales genu flectere: non tamen
in palatio Apostolico, & minus præcente Pó-
nifice. Sed ad modestiam & benignitatem
Cardinalis pertinet: & censeo, quod non
dimittant illos diutius permanere genu fle-
xos, & clericos, præsertim in sacerdotio, aut
aliqua dignitate Ecclesiastica constitutos:
sed vt primùm ante se genua flexerint, sta-
re iubent, neque iliter eos audiant: quod
apluribus Reuerendissimis patribus seruari

Oo 5 vidi.

vidi. Cùm Cardinales lauantur ante comitatem, vel post, confuerunt omnes laici domestici genuflectere, alij caput ducere.

D E R E V E R E N T I A E P I S C O P E R U M erga Cardinales.

Quod autem aliqui ex Reuerendissimis Dominis Cardinalibus permittant, ut audiui, Episcopos ante se loqui genuflexos, & in mensa dum manus lauant, similiter matile ministrare, valde absurdum videtur. Et quamuis sèpè apud plerosque Reuerendissimos Dominos conuiuijs fuerim, & ante & postquam inter Episcopos indignus adscriptus sum, nunquam tamen id seruari vidi, adscriendum est hoc (pace illorum dixerim) ignauiae, ac recordiae prælatorum, qui talia faciunt, qui supremam in Ecclesia Episcopalem dignitatem non cognoscunt, siue eorundem ambitioni atque adulacioni, qui ut gratiam Cardinalis auctoritatem, dignitatis suæ rationem non habentes, quam seruillet deturpant: Cardinales autem qui talia siue ex inaduententia, siue alia causa patiuntur, in charitate Dei obsecro, ut importunas huiusmodi adulaciones reijciant, & cogitat summum Pontificem non alio titulo quam Episcopali decorari: & cùm is publicè & in redi-

re diuina lauat manus, non Episcopus aliquis, sed capellanus suus, auditor Rotæ matile subministrat. Quod si fortè aliquos mei similes tanto fastigio viderint, non personā, sed sacrosanctam dignitatem in eis venerentur, & opera illorum vtantur in his rebus, quæ dignitati utriusque congruunt. Decet tamen Episcopos in omnibus publicè, & priuatè, quantum per dignitatem licet, Reuerendissimos Dominos Cardinales honorare, ac venerari, & eis pro viribus assistere, obsecrare, & inferuire. Nec minus conuenit Cardinales ipsos benigne suscipere Episcopos: & quos summus Pontifex fratres appellat, nō ut scruos, sed ut confratres honorare. In capella præsente pontifice nulla Cardinalibus per transeuntes ante illos fit reuerentia, nisi per illos qui dant incensum, siue pacem, ut suo loco dicemus. Absente verò Pontifice fit reuerentia per transcutētes ante eos caput inclinando, tam per celebrantem, quam per alios ministros.

**D E R E V E R E N T I A, QVÆ
fit Episcopo celebranti.**

Episcopo in Ro. curia celebranti corā Pa-
pa vel corā aliquibus Cardinalib. nullæ
sunt genuflexiones, & nō fit prægustatio. Si
verò

SACRARVM CERIMONIARVM
verò neque Papa, neque aliquis Cardinalis
um ad sit, fiunt genu flexiones & præguita-
tio, vt in sua Ecclesia, si voluerit. Episcopi;
cum Papa loqués, genus flexus semper per-
manet dum loquitur, & dum ei per Papam
respondeatur.

SECTIO SECUNDA.

DE ORDINE SEDENDI IN capella Papæ.

SVMMUS PÖTIFEX in folio suo
Pontificali sedet, quod ornatum
esse debet cum suo pul-
uino, aureo panno, cum po-
stergali ex colore temporis
congruente in capella: in consistorio autem
publico etiam cum panno aurico pendente
super caput, scabellū maius simul cū planō
folij panno rubro cooperitur, & apud ma-
gnūm scabellū apponitur paruum dete-
ctum, quo pro gradu vtitur. Hinc inde à
dextris & à sinistris sedent super scabella
nuda rubro colore depicta, Diaconi
duo Cardinales assistentes, qui Pontifici
seruiunt, & illum semper dëducunt: Et de-
bent esse antiquiores Diaconi, id est, primò
assumpti. A dextris Papæ infra gradus folij
Episcopi & presbyteri Cardinales sedent
cum

cum scānis longis, cum gradu, & posterga-
li, pannis, quos vocant Atrebatenies, orna-
ti. Ea scamna duas fere partes quadraturæ
consistorij occupant. In alio scamno sito cō
tra primum scamnum Epilcoporum Cardi-
nalium, pariformiter ornato, sedent Diaconi
Cardinales, & antiquores in capite. Quod
si presbyteri Cardinales in suis scamnis ob
multitudinem sedere non possunt: sedent
in sede Diaconorum, ordine tamen retro-
grado, vt antiquiores sint in fine scamni, &
illorum iunior sint postiuniorem Diaconum.
Ethoc modo antiquior presbyter, qui vlti-
mò sedet in ista sede, videtur continuare
post vltimò sedentem in ordine Episcopo-
rum & presbyterorum. Hoc sæpe accidit
iū basilica Sancti Petri, dū in abside siue tri-
buna Ecclesiæ, apud altare maius diuina ce-
lebrantur. Quod si forte adest aliquis prin-
ceps, qui sedere solet post Diaconos Cardi-
nales in eorum ordine, vt hoc tempore De-
spotus Peloponensis, hic sedebit medius in-
ter vltimum Diaconum, & vltimum presby-
terum: si autem ultra duos assistentes non
superfit nisi unus Diaconus, ille sederet post
vltimum presbyterum Cardinalem, in quo-
cunque sedili presbyter ille sedet, quod si
nullus supercesset Diaconus, & presbyteri in
suis scamnis sedere non possunt, sederet or-
dine

dine supradicto. Si Imperator Romanorum adesset, sedet in sede cum postergali, & paruo scabello viridi, ornata cum suo puluino & panno aureo viridi, sita inter sedem Pontificis & scamnum Episcoporum Cardinalium. Et tunc Diaconi assistentes non sedet in loco cōsueto apud sedem, sed apud scaiem Pontificis in paruis scabellis, positis supra supremum gradum solij Pontificalis in cornibus. Reges etiam, inter quos computabatur Imperator Græcorum, sedent: Primus si plures adsunt post primum Episcopum Cardinalem, & alias post secundum, & ita deinceps: sic q̄ semper aliquis Cardinalis, siue Episcopus, siue presbyter, sit mediis inter principem & principem. Primo genitus Regis sedet post primum presbyterum Cardinalem si Papa celebrat, & Rex adsit, sedebit solus in chatedra nudante Cardinalis assistentem Papæ, & Episcoporum Cardinalium sedem: fratres autem, aut alij filij Regum, & reliqui maximi principes sedent, vel inter Diaconos mixtici eis, ita tamen ut unus Diaconus primò se deat, & postea unus princeps, & sic deinceps vel sedent post eos Diaconos in eodem ordine secundum qualitatem ipsorum. Si nullus adesset Diaconus Cardinalis, sedente eodem ordine inter & post iuniores prebyteros

byteros Cardinales. Quatuor verò Patriarchæ principales, videlicet, Constantopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, sedere consueuerunt inter Episcopos Cardinales, ut suprà diximus de Regibus: & in curia Romana ferebant continuo cappam, & faciebant sibi deferre caudas ut Cardinales nostris autem diebus, & tempore Eugenij quarti, neque sedent inter Cardinales, neque portatur eis cauda. Sedent autem ante assistentes Papæ Episcopos non Cardinales, & ut assistentes seruiunt Papæ de libro & lumine. Alij principes non ita clari, sedent in supremo gradu solij Pontificalis. Ad sinistram verò Pontificis in sedibus humilioribus sedent Episcopi non Cardinales assistentes Papæ, & inter eos Sacrista palatiij Apostolici, in loco statui suo decenti: Et hoc dico si est prælatus, ut semper consuevit esse. Reliqui prælati sedent in sedibus pro eis ordinatis, retro scâna Diaconorum Cardinalium, siue gradibus, aut postergali. In capella autem sancti Petri, infra sedilia ipsorum Diaconorū, primum locum inter prælatos obtinent Viccemerarius, deinde Oratores Regum, ac principiū prælati, tū Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarij, Abbates, Generales ordinum & Pœni-

& Pœnitentiarij, sed Protonotarij, & Abbatibus solent habere proprium locum ultimum in ordine: alij supradicti sedent post Episcopos in fine scaeniorum. Legitamen, quod Procurator ordinis Hierosolymitanorum, & Procurator ordinis Theutonicorum, consueuerunt sedere post Abbates. Meo tempore non vidi eos sedentes ibi, neque alibi, vt Procuratores, sed aliquando gerentes pro oratoribus, federunt cum alijs oratoribus. Si autem Vicecamerarius est Protonotarius, cum prælati habent sacra paramata, debet tenere primum locum in sedili Protonotariorum, & post eum alij oratores principum, si sunt eiusdem ordinis. Senatori, conseruatores, & barones urbis, atq; alij proceres, supradictis primis inferiore, sedebunt in secundo, & tertio gradu soli Pontificalis pro eorum qualitate: primum inter istos Senator locum obtinebit, Ora tores Cesaris, Regum, principum, & potestatum qui sunt prælati, sedent ordinare post scaena Episcoporum, siue presbyterorum Cardinalium, ante faciem Pontificis sedent, nisi ibi sit altare, vt in Sancto Petro, & similibus locis sunt quasi duas aulæ officialium, incipientes infra gradus solii hinc inde, & simul coniunguntur ante faciem Papæ, in capite scaenæ Diaconorum Cardinalium:

& hi omnes officiales sedere debent in terra super pannos virides, qui cooperiunt soli um capellæ: & si nostro tempore, qui à finistris sunt, usurpauerunt sibi sedes super gradus ipsius capelle in palatio Apostolico. Qui vero sunt à dextris, sedēt in terra sine aliquo sedili, secundum antiquas, & debitas ceremonias, quamuis sint digniores: quod profectò rationi non quadat. Hic ordo sedendi super terram, confunditur etiam in capella sancti Petri, post tempora Pauli secundi. Nam tunc nemo ipsorum audebat sedere, aut in gradibus capellæ palati, aut in gradibus solii Pontificalis in capella Sancti Petri, nisi in ultimo tantum gradu. Ordo autem sedendi in ipsis, talis est: Subdiaconi primum deinde auditores rotæ, clerici cameræ, Acoluthi, cubilarij, secretarij, & aduocati simul, qui alas coniungunt ante faciem Pontificis. Subdiaconorum antiquior primum locum obtinet à dextris, secundus primum locum à finistris, tertius secundum locum à dextris, & quartus secundum locum à finistris, & sic deinceps. Ex auditoribus decanus rotæ seruit de mitra, & sedet inter cubicularios secretos in capella palati, & locis simplicibus. In Ecclesia autem Sancti petri sedet super gradum secundum, aut tertium, non longe a pedibus Diaconi Cardinalis à dextris, vt

commodius ministrare mitram. antiquior ex alijs primum locum tenet à dextris post Subdiaconos, tertius primum locum à sinistris post eosdem. A dextris post primum auditorem, locum tenet minister sacri palatij: qui vbi cunque ordines curiae conueniunt, si adest, sedet, vel stat post vnu ex auditoribus, etiam si vnu tantum adesset, vel si omnes adissent, vnu tantum ex eis praecedit magistrū sacri palatij: & ita vidimus semper seruari: Sequuntur deinde hinc inde alii auditores, clerici cameræ & cubicularijs in coniunctione alarum: Secretarij & adiuncti sedent. Quod si numerus cubiculariorum & aliorum inferiorum esset amplior, conduplicantur post primos alij: ita tamen vt in primo circulo sint ex omni ordine aliqui post ipsos. E regione Papæ sedent procuratores quatuor ordinum mendicantium & post eos procuratores aliarum religionum duo cubicularijs secreti sedent in terra ad partē sinistram, haud longe à sede Papæ ad pedes Episcoporum assistentium, & inter eos medius decanus rotæ seruiens de mitra & secretarius Papæ, si non est prælatus Medicus Papæ sedet in capite gradus scamni Diaconorum Cardinalium ante Pontifici faciem: caudatarij Re. Cardinalium sedent super gradus scamnorum ad pedes Domini norum suorum.

noru suorum, prælatus celebrans sedet in suo saldistorio prope cornu epistolæ: assistens capellanus eius, in gradu altaris penes prælatum, & ante eum Diaconus & Subdiaconus ministrantes: seruiens de mitra post renes capellani assistentes. Reliqui ministri celebrantis cum superpellicijs sedent super terram, facientes alam à sinistra: prælati & omnes prædicti vertunt faciem suam sedentes, vt vertit celebrans. Cathedra siue saldistorium celebrantis, si locus patitur semper debet esse apud sinistrum cornu altaris, hoc est, à latere epistolæ. Hoc enim cornu sinistrum voco respectu ipsius altaris, sicut est: dextrum verò, vbi legitur Euangeliū. Qui aliter appellant, respectum habent ad celebrantem, non ad altare. Nam vnuquodque corpus dextrum latus habet & sinistrum. Sed celebrans dum cantat, vel legit officium Missæ, vertit faciem ad altare vbi cùque. Dum autem sedet, si altare est apud parietem, & tamen chorus quam populus sunt inferioris, vt in capella palatij, & communiter in plerisque Ecclesijs, tunc Prælatus sedens vertat faciem ad populum, & solium Papæ tunc locari solet à parte Euagelij, id est dextra: si verò altare sit in medio, à sede id est, tribunæ. Papa sedet in medio contra altare, & celebrans in cornu

SACRARVM CERIMONIARVM

Epistolæ prædictæ, & vertit faciem ad sedē Papæ, ut in Sancto Petro & multis Ecclesijs yrbis. Alij autem præter suprà nominatos quantumcunq; nobiles, aut graduati sunt, non sedent in capella Apostolica: laicis tāt, clerici togati sedent in terra super pannos virides: sed in capella Sancti Petri & loci similibus, quia extremitates aliarum coniungi non possunt propter altare. Cubicularij, & alijs inferiores sedent ad partem post primos in terra, vel inter sedes prælatorum ad sinistram, & gradus solij Pontificalis. Et nota, quod nullus omnino cuiscunque ordinis sit, debet sedere solus. Si unus super esset Diaconus, federet cum presbyteri Cardinalibus. Si unus tantum aedesset Protonearius aut Abbas, sedebit post Episcopos, & sic de singulis. Capellani curiales, qui aderunt, sedent in terra inter scamnum Cardinalium. Et hic est ordo sedendi in capella Apostolica. Alij autem officiales, qui nō sedent, hoc ordine stant.

D E ILLIS QVI STANT.

M Agister sacri hospitiij, quæ dignitas, vt aliâs diximus est in nobili domo comitum, stant ante introitum scamnorum Cardinalium, id est, apud finem scâni presbyterorum Cardinalium: & post eum stant magistri hostiarij cum suis virgis purpurtectis.

L I B R T E R T E R T I V S.

296

tectis. Scutiferi Papæ & minores nobiles stant in ipso introitu scamnorum, & post scamnum presbyterorum Cardinalium.

D E S E R V I E N T I B V S A R- morum.

S eruientes armorum stant circa hostium cancelli capelle, intus & extra seruantes ostium cancelli. Quamuis antiquis temporibus nullo pacto intrabant capellam, sed extra cancellum stabant omnes. Sed nō est multum inconueniens, quod duo ex eis sint intus, dummodo contineant se apud ostium, & non discurrant per capellam. Quod si aliqua mandata habeant ad extra ad Dominos Cardinales, aut alios, nutu vocent aliquem ex clericis ceremoniarum, & per illum mandata transmittant. Intra cancellos Papæ non permittant intrare nisi illos, qui debent intrare: multitudinem stantium intra cancellos & scamna Cardinalium expellant, ita quod non occupent prelatos, neque conculcent oratores. Dimittantur ibi tantum nobiles scutiferi Papæ, & unus vel duo pro quolibet Cardinali: clericitogati in terra sedeant, aut extra mittantur. In capella non permittant sedere super scâna, nisi oratores & prelatos cōsuetos: procurēt vt teneatur silentium, dum sacra fiunt, & maximè dum fit sermo, & dum cantores

SACRARVM CERIMONIARVM
silent. Quomodo autem sedere debeant, in
suis locis posuimus.

D E CLERICIS CERIMO-
NIARUM.

R Vrsus circa altare clerici ceremonia-
rum circumstant, & apud credentiam
intenti, & solliciti ad omnes aëtus, qui in ca-
pella fiunt. Hi præ cogitare semper & medi-
tari debent, quæ sunt agenda, & quæ instat,
strenue, diligenter & memoriter exequi,
tractareq; omnia summa dexteritate, & mo-
destia. Non est mediocre onus clericorum
ceremoniarum, qui pro omnibus vigilant in
capella, & quibus omnium defectus adscri-
buntur. His duo tantum ordinarij esse con-
sueuerunt: alter in diuinis curam præcipui-
gerat circa personam Pontificis, ad quæsem
per respiciat, si quid imperet, & ad omnes
qui sunt in capella, vt prælati, vt oratores, vt
nobiles, vt alij oës stent suo quisq; loco: no
tamen discurrat sursum, & deorsù sine ca-
sa, vt videatur multa agere, vt quidam facie
bat. Ad summum Pontificem non acced:
sine vrgenti causa, vel nisi vocatus: & tunc
cum solitis & debitiss reuerentijs ad reueren-
tissimos dominos Cardinales accedat cum
opus est, cum grauitate & reueretia. Alterva-
ro clericus ceremoniarum vacet altari, & c:
ca personam celebrantis ac aliorum min-
istro-

strorū: vterque tñ omnia prospiciat & pari-
ter curet supplicatq; defectus collegæ cū il-
los puidet. Anteç vadat ad capellā, maxime
in solēnitatib. & actibus non frequētatis, cō
ueniāt simul, præuideant quæ sunt agenda,
diuidant inter se onera, & concordent de
occurentib, ne postea in capella oportē-
at contēdere. Junior defert antiquiori, id est
in officio priori, & primas partes illi permit-
tat: prior tractatiuniorem & nouitium vt
fratrem, & bonum collegam, si habent tertii
um, eo vtantur vt decet. Quāto plures erunt
si erunt cōcordes, & ordinē inter se serua-
būt, facilius & melius fatisfaciēt. Si erūt inter
se contrarij, melius esset vñus tantum. Cum
ducunt aut reducunt prælatos aut nobiles
ad data sibi loca, vel ad aliquos actus, mode-
ste, & reuerenter incedat, & genuflexiones
atque inclinationes doceant: limiliter mini-
stros altaris, & quando aliquem actū facere
debent (nam omnes magni & parui à Ceri-
monario deducuntur) quietè & modestè
ducunt, ministrent, & aptent: ac non vrgéat,
non impellant, non vehant, sicut aliquan-
do sieri vidi. Ceremonias omnes, & maximè
in Missa Papali, & quæ ad personam Papæ
pertinet, grauiter, modestè, & cum congru-
enti mora peragant, vt reuerentiam & deuo-
tionem aspicientibus maiorem inducant.

SACRARVM CERIMONTARVM

DE CARDINALI ASSISTEN-
te Pontifici in diuinis.

SVmmo Pótifici celebranti, siue audiēti
diuina solenniter, semper assitit prior
Episcoporum, siue prior presbyterorum
Cardinalium in officio capellani, prēter-
quām quando Papa non habet mitram; tūc
enim nulla fit assistentia. Assistentia etenim
fit in Missa, in Vesperis, & in benedictioni-
bus. In Matutinis nunquam fit: quia tunc
Papa nunquam habet mitram.

QUANDO EPISCOPVS CAR-
dinalis assitit Papæ celebranti, & de diebu-
s supplicationum.

PRior Episcoporum Cardinalium assitit
in diebus supplicationum, quando Pa-
pa yadit sub baldachino, & cum suppla-
ctione ad altare, videlicet in Natuitate Do-
mini Iesu Christi, in circuncisione, in Epi-
phanijs, Ramis palmarum, Coena Domi-
ni, Resurrectione Domini, Ascensione, Pa-
tectoste, Dominica Trinitatis, Corporis Chri-
sti, Sancti Ioannis Baptistæ, Sanctorum A-
postolorum Petri & Pauli, & in omnibus
gloriosissimæ virginis Mariæ festiuitatibus:
item in festo omnium Sanctorum, in cano-
nizatiōne alicuius Sancti, in sua coronatio-
ne, & quotiescumque solennizaret aliquod
festū.

LIBER TERTIVS.

298

festum. In his omnibus assitit Episcopus
Cardinalis, & sedet super nudam chatedrā
inter Papam & alios Episcopos Cardinales,
si Papa celebrat in Vesperis, & in Missa.

QUANDO PRESBYTER CAR-
dinalis assitit Papæ celebranti.

PRior autem presbyterorum Cardinalium scrutat in alijs temporibus, videlicet in Dominicis Aduentus Domini, in secundo & tertio die post Natale Domini, in die cinerum, in Dominicis Quadragesimæ, praterquām in Palmis, in Parasceue, in Sabato sancto, & albis, in secunda & tertia fe-
ria Paschatis & Pentecostes in ordinationi-
bus: & si quando Papa in Vigilijs, aut pro
defunctis solenniter celebraret, quod raro
accidit. Papa enim secundum antiquas ce-
rimonias, nunquam consuevit solenniter
celebrare pro defunctis. Item in absolutio-
nibus defunctorū, si quando sunt per Pa-
pā, & in omnibus benedictionibus: & quo-
tiescumque Papa interest diuinis, & non ce-
lebrat principaliter.

DE ASSISTENTIA IN VES-
peris cum paramentis.

Cardinalis igitur assitens Pontifici, siue
Episcopus, siue presbyter, in vespere
Papalibus indutus pluiali & alba mitra, se-
det in

detin sua nuda cathedra, si est Episcopus Cardinalis: si vero est presbyter, in scabellō nudo, inter sedem Papæ & Episcoporum Cardinalium sedilia. Cum Papa est intonatus primus antiphonam ad Vespertas, accedit ad eum & super caput suum retinet librum, ex quo Papa intonat Anthiphonam, deinde reddit ad suam cathedralē: stans deinde in suo loco intonat tertiam antiphonam. Item cum Papa est intonatus hymnum, similiter accedit, & tenet librum, & reddit ad locum suum. Similiter cum intonat antiphonam ad Magnificat, & tunc non discedit: sed postquam Pontifex intonata antiphona federit, accipit nauiculam incensi de manu acoluthi, & ministrat Pontifici, dum imponit incensum more solito: dcinde reddit nauiculā Acolutho, & expectat finem antiphonæ. Tum cum incipitur Magnificat, sequitur Pontificē euntem ad altare, & postquam Pontifex osculatus fuerit altare, offert illi thuribulum, quod ab acolutho receperat, & catenularum extremitates primo exosculatus, ponit ad summitem manum, partem verò iuxta summitem thuribuli ad dextram, osculando semper manum Pontificis: & tunc, & quando aliquid dat vel recipit ab eius manibus, retribuit se: deinde dum Pontifex incensat altare. Et tandem finita incensatione stans in cornu epistolæ.

epistolæ, accipit thuribulum ē manu Pontificis, & illud dat acolutho, qui cum seruat. Sequitur deinde Pontificem redeuntem ad sedem suam, & firmat se ad ultimum gradū solij: & cum Papa fuerit in fide, accipiens thuribulum ab acolutho, stans sine mitra incensat Pontificē stantem cum mitra: deinde reuertitur ad locum suum, dato thuribulo vni ex Subdiaconis, qui incensat omnes alios. Cum vero Papa est dicturus orationem iterum accedit Cardinalis assistens, & retinet librum supra cepit, dende reuertitur ad locum suum. Et eī finis seruitij sui pro hac vice.

DE ASSISTENTIA IN MISSA curi paramentis.

IN Missa autem si Papa descendit ad Ecclesiā supplicatione praeente, quia ex camera Papæ mouetur supplicatio, Pontifex paratus cum pluiali & mitra, antequā à lecto paramenti le moueat, incensum ponit in thuribulo, ministrante tunc nauiculam priori presbyterorum Cardinalium, & dcide in Ecclesia prior Episcoporum seruit diebus suis. In Ecclesia autem assistens Cardinalis, sedet in loco sui ordinis, à principio usque quo Papa sit dicturus orationem ad tertiam: tunc accedit, & tenet librum in capite, etiam si non esset paratus: & si esset dies ferialis,

quod

quod oratio esset dicenda per Papam genuflexum, ipse assistens Cardinalis genuflexus teneret librum ante Pontificem, dum diceret orationem. Et finita oratione non discedit, sed expectat quousque portetur aqua ad lauandum manus Papæ. Et tunc stans ad dextram Pontificis, apponit manum ad pellum in qua est aqua, & simul cum nobili illam portate, infundit aquam super manum Pontificis: redit deinde ad locum ubi prius erat. Et in fine cum Papa accipit mitram, ipse Cardinalis accedens immissit ei annulum Pontificalem, & alios, & non discedit amplius. Sed cum Papa vult intrare ad altare, ministrat nauiculam incensi cum Papa illud in thuribulum imponit: deinde procedit immediate ante Papam simul cum Diacono Cardinali Euangelij ad dextram. Et cum Papa faciat confessionem stat ad eius dextram, & Diaconus ad sinistram. Finita confessione cum Papa osculatus fuerit altare, simul cum Subdiacono offert ei osculatum librum Euangeliorum, deinde retrahit se ad partem, quoad Papa imponat incensum, incensetur altare, & incensetur. Nam apud altare non Cardinalis assistens, sed Diaconus Euangelij semper ministrat Papam: Cardinalis vero id officium facit, cum Papa est apud sedem eminentem, & illic stans tenet librum supra caput.

put dum Papa legit introitum: postea sedente Papa vadit ad suam cathedram nudam, ut in Vesperis. Sed aduertendum, quod si assistens est presbyter, & non est Episcopus Cardinalis, non sedet super cathedram, sed super scabellum rubro colore pictum, cum pluiali tamen, ut Episcopus. Cum Papa est dicturus Gloria in excelsis Deo, accedit, & tenet librum supra caput, & deinde prosequitur cum eo hymnum angelicum, & redit ad sedem suam. Item cum Pontifex est dicturus orationes, accedit & tenet librum supra caput, quousque Papa finiuferit orationes: & redit ad locum praedictum, si fieret sermo, & post sermonem Papa faceret absolutionem, &c. similiter accoderet & tenet librum supra caput. Cum Papa est dictus. Credo in unum Deum, similiter accedit, & tenet librum supra caput, & deinde prosequitur cum eo symbolum. Item cum Papa est lecturus Offertorium, accedit, & tenet librum: cum vero Papa legerit sedens Epistolam, Graduale, & Euangeliun, non ipse, sed Episcopalis assistentes non Cardinales tenent librum. Accedit etiam cum Papa est lauaturus manus post Offertorium, & seruit, ut superius diximus in prima lotione: descendit deinde cum Pontifice ad altare, & ponit se ad eius sinistram, ubi est liber Missalis, & ibi tenet ipsum.

sum librum eleuatum aliquantulum cum sinistra, & cū dextra vertit folium, & dixito ostendit Pontifici quæ sunt dicenda: & cū Papa post incensationem manus tertio lauat, seruit ut supra. Et nota, quod quando Cardinalis assistens seruitur est de libro, duo primi Episcopi non Cardinales assistentes Papæ, subseruiunt ipsi: quorum prior seruat librum, & apponit manum, cum Cardinalis illum tenet supra caput, alter verò tenet candelam accensam ante librum: & in altari ille prior tenet manum sub libro, & præostendit dicenda Cardinali: alter similiter tenet candelam, & illi cum libro præueniunt ad altare, & similiter ad sedem: assistens Cardinalis præfatus, intendit deinceps ad ministracioni libri diligenter veniendo, & ostendendo omnia dicenda, usque dicto Agnus Dei. Tunc verò cum Papa dicit orationem, Domine le su Christe, qui dixisti Apostolis tuis, Pacem, &c. accedit ad dextram Pontificis, genu fle. Etit, surgit, osculatur altare: deinde in tempore accipit pacem à Pontifice, & eam defert ad alios Cardinales, incipiendo à primo Episcopo Cardinali, & illi primò dat pacem, osculando ipsum in facie: deinde primo presbytero, inde primo Diacono: non tantum ex illis qui sunt apud al-

tere, sed ex eis, qui sunt apud sedilia Cardinalium in suo ordine. Deinde si quis est princeps, qui sedant in scannis Cardinalium, illi dat in fine primo ex Episcopis assistentibus non Cardinalibus, id est, illi qui seruit de libro: demum dat pacem vni ex Subdiaconis, qui illam distribuit omnibus gradibus, & ordinibus capellæ, more consueto. Redit deinde Cardinalis assistens ad Pontificem, iam apud sedem eminentem existentem, & accipiens calatum aureum de manu Sacrifice, cum quo Papa sanguinem Christi sugere debet, illum cum suo stilo super quandam calicem Sacrifice vinum ex ampulla superfundente purgat. & de ipso vino dat ad prægustandum ipsi Sacrifice: Tum cum pontifex corpus Christi sumperferit, Cardinalis calatum ipsum prius à se deosculatum, in calice, ubi est Sacramentum, immittit, & ponit ad manus Papæ, qui cum illo Christi sanguinem suscit, & in calice illū ad manus Diaconi Euagelij dimittit. Tum aliquantulum vini, & aquæ, si papæ placet, in calice superius dicto inponens, non tamen in quo est Sacramentum, dat Pontifici ad purificandum os. Retrahit se deinde ad partem Cardinalis assistens, quousque Papa post purificationem manus, quartò sollēniter lauet, cui seruit

seruit, vt supra diximus: & descendente deinde Pontificem ad altare præcedit, illiq; dum legit post communionem, & cantat, seruit de libro: & demum data solenni benedictione per Papam, in altari pronunciati indulgentias ex parte Pontificis: & sic est finis sui seruitij in officio Missæ. In diebus Supplicationum, in quibus prior Episcoporum Cardinalium assit, prior presbyterorum induitus sua planeta, post communionem corporis & sanguinis Domini nostri, infundit vinum ex ampulla super digitos Pontificis ad eos purificandos dextra sua manu, & sinistra supponit quandam pateram auream cum ansa, & deinde vinum purificationi portat ad altare, & dat ministris, & ad locum suum reuertitur. Si verò assistit Papæ, ipse prior presbyterorum in diebus supra nominatis erit induitus pluuiiali, non planeta: & in Vesperis intonabit tertiam antiphonam, & quartam Subprior presbyterorum. In Missa infundet vinum pro purificatione ad digitos Papæ, sicut supra diximus de priore presbyterorum.

DE ASSISTENTIA CARDINALIS sine paramentis in Vesperis.

Quando

Vando autem Papa nō celebrat principaliter, & interest publicè diuinis cū pluuiali & mitra, tunc assilit' & prior presbyterorum cū cappa lanea, tam in vesperis quam in Missa. Et seruit iu hunc modum. In vesperis facit reverentiam cum alijs, & sedet in loco suo à principio: deinde cum Papa dixerit, Deus in adiutorium meum intende, &c. dum incipitur prima antiphona, antequam Cardinales alij sēdeant, ducitur ad scabellum aſſistentiæ, quod ponitur ad sinistram Papæ ante aſſistentes Episcopos, si locus eſt idoneus, vt in capella palatij: in Sancto Petro vero & alijs locis illius proportionis, sedet, vt in Missis Papalibus: Quādo locus eſſet arctior, federet in loco suo inter alios, niſi alibi eſſet locus magis conueniens. Cū eſt apud suū scabellum, sedet cum alijs usque ad capitulum: tum surgit cū alijs, & incepita antiphona ad Magnificat, cum acoluthus venit versus Pontificem cū thuribulo, ipſe Cardinalis primò accedit ad dextram Pontificis, & capiens nauiculam de manu acoluthi, ministrat Pontifici, vt ſuperius diximus: reddit deinde nauiculam acolutho, & ſtans expectat finem antiphonæ. Cum incipitur Magnificat, procedit cū Pontifice ad altare, & accedens ad illius dextram, accipit thuribulum adoleſ de manu

Qq

de manu acoluthi, & illud dat ad manus Pontificis. Et cum Papa incensauerit alta-
re, recipit ab eo thuribulum in cornu Ep-
istolæ, & illud reddit acolutho, & sequitur
Pontificem redeuntem ad sedem, sed expe-
ctat ante infimum gradum. Et cum Papa
fuerit ante sedem suam, Cardinalis accipa-
ens thuribulum ab acolutho, illum incen-
sat more solito, & mox reuertitur ad suum
scabellum, ubi stans incensatur: sedet dein
de cum replicatur antiphona, & in fine
post benedictionem Pontificis, vadit ad te-
dendum cum alijs dominis Cardinalibus
in loco suo.

DE ASSISTENTIA IN MISSA FINE PARAMENTIS.

IN Missa autem assistens¹ Cardinalis cum
ficerit reuerentiam solemnum Pontifici
firmat se ad eius dextram, & ministrat incen-
sum ponendum in thuribulo: & hoc situ
cantatur Introitus. Quod si inter reueren-
tiā Cardinalium, & in introitu Missæ fa-
inter uallum, vt in candelis, cineribus, pal-
mis, & similibus, tunc non ministrat incen-
sum, sed postea cum Papa facta confessio
ne cum celebrante redierit ad sedem suam
& cum celebrans incensauerit altare, & ip-
se fuerit incensatus, Cardinalis assistens
circulo vel scanno Cardinaliū veniens an-

te infimū

te infimū gradū sedis Papæ, finita omniū Car-
dinaliū reuerentia, accipiens thuribulum de
manu ceremoniarij, genuflexus incēsat Pō-
tificē sedentē, & reddit thuribulū ceremoni-
ario: deinde stat in circulo cū alijs Cardi-
nalibus. Et dicto cū Pontifice Kyrie. & Glo-
ria, si dici debet, vadit ad scabellū aſſistentiæ
& ibi stat vel sedet, ptemporis exigentia, vñ-
que quo ceremonarius venit cū thuribulo
ad Pontificē ante Euangeliū: tunc præue-
niens Cardinalis ponit sē ad dextram Papæ:
& ministrat nauiculam, & mox reuertitur
ad scabellum, & ibi permanet usque ad fine
Euangelij. Tunc stans ante infimum gradū
incensat Pontificem, reddit thuribulum ce-
remoniario: & si est habendus sermo, vadit
ad scamnum, ad locum suum cum alijs Car-
dinalibus: si vero nō fit sermo, vadit ad sca-
bellū suæ aſſistentiæ. Finito sermone, & data
benedictione à Papa, vadit ad circulū cū ali-
is: dum dicitur Credo, & illo finito vadit ad
scabellum aſſistentiæ. Inde cum Papa est
impositurus incensum post offertoriū, acce-
dit & ministrat nauiculam, vt supra: deinde
cū celebrans incensauit altare, & est incēsus,
accipit thuribulū à ceremoniario, & incen-
sat Pontificem sedentem, ipse genu flexus
& reuersus ad suum scabellū, stans incēsa-
tur à Diacono Euāgelij, vt dicemus inferius

SACRARVM CERIMONIARVM

Et paulo post cum incipitur præfatio, discedet à scabelllo, reuertitur ad locum suū cum alijs Cardinalibus, & amplius non reuertitur ad scabellum, quod à ministris remouetur, & ponitur ad partem. Sed cum in circulo cum alijs dexterit Agnus Dei, inde se mouens accedit ad altare ad dextram celebrantis, & genu flexus osculatur altare primum, & mox celebrans dicta oratione congrua, dat illi osculum pacis, dicens: Pax tecum, & ille respondet, Et cum spiritu tuo. deinde discendens ascendit ad Pontificem in sede statem, & dat ei pacis osculum, & reuertitur ad locum sum. Ad quem mox accedens capellanus assistens celebrantibus, ductus à ceremonario accipit pacem ab eo, & illam distribuit cæteris, vt dicemus in loco suo. Ethicē est finis sui ministerij in Missa. Si autem esset Missa defunctorum, & Papa in fine vellet absoluere, tunc veniret ad scabellum assistentiae, & federet ibi, dum cantatur responsoriū, & in tempore ministratur, dum Papa imponit incensum in thuribulo, dum aspergit aquam sanctam, & dum incensat porrigendo aspergitorium, & thuribulum, & ea recipiendo. Idem etiam facit quotienscunque Papa aliquid publice benedicit: seruit de aspergitorio, & incenso vt dictum est. Modus autem quis seruari solet per assistentem Cardinalem

LIBER TERTIVS.

304

Item in sua ministratōne, & seruitio, est huiusmodi generaliter.

*QVOMODO CARDINALIS
assisstens seruit in sua assistentia.*

Quotienscunque è scamno, aut è circulo Cardinalium vadit ad Pontificē, aut ad scabellum assistentiae capite detecto, & eleuatis sibi a mبابus manibus, à parte anteriori cappa, capite versus! Cardinales superiores & inferiores aliquantulū inclinato, quasi licentiam discendendi ab eis petens, & caudam cappe per terram trahens proficiscitur: & facta reuerentia altari, & Pontifici, vadit ad scabellum, seu ad Pontificem, cum est apud scabellum, capite salutat Diaconos, & alios assistentes, & pariter sedent omnes. Cum autem est ministraturus incensum Pontifici, cum videt ceremoniarium cum thuribulo venientem, surgit, & vadit ad dextram Pontificis, & dimissā manu dextera per aperturam cappe, & sinistra per orā inferiorem, accipit nauiculam à ceremonario siue ab Acolutho, & amբabus manibus offert illam Pontifici, ita vt apertura nauicula sit versus Pontificem, & inclinatus dicit Benedicite Pater sancte. & antequam Papa accipiat clear illud, & deinde eius manum: & similiiter cum illud reponit, & tunc reddit nauicu

SACRARVM CERIMONIARVM

Iam ceremoniario. Cū in altari porrigit thuribulum Papæ, osculatur primo catenulas, quas dat ei ad manus, & dans, & recipiuntur thuribulum, osculatur eius manum.

*QVOD PAPÆ DEBENT OS-
culari manus cum aliquid traditur sive ab
accipitur.*

ET nota, quod tam Cardinalis assistens, quam quiuis alius laicus, sive clericus, qui aliquid dat ad manus Papæ, si est Cardinalis prælatus, aut princeps, si est inferior osculatur pedem, & similiter cum à Pontifice aliquid accipit, eidem osculatur manum & illi pedem. Assistens igitur partes superiores catenularum, ubi sunt annuli, tenens ipsæ in dextra, ponit ad sinistram Pontificis, & partes inferiores iuxta summitatē ciborii, in sinistra suam tenens, ponit ad manum dextram Papæ: cum ipse incensat Pontificem si Pontifex stat & ipse stans incensat, ter ducēt tractum, & tractū: tum surgens reddit thuribulum ceremoniario, & facta reuerentia Pontifici, reuertitur ad suum scabellū, & atqueam incēsetur, inuitat Diaconum à dectris Papæ. Cum autē est descensurus à scabello, inclinat se prius versus altare, inde facit reuerentia Pontifici, & discedit.

DE

LIBER TERTIVS.

305.

DE ASSISTENTIA DIACO-
norum Cardinaliū, & quomodo Papa para-
tur in camera ordinarie.

Duo Diaconi Cardinales antiquiores in Cardinalatu, debent semper assistere, & ministrare, ac seruire Pontifici in omnibus publicis actibus: cum tamen Papa est in Pontificalibus, id est, cum pluiali, & mitra, vel cum mitra tantum, vt in Parasceue, & missis defunctorum: aliter non assistunt. Cum Papa exit ad cameram paramenti, que papagalli dicitur, duo Diaconi prædicti stantes capite detecto hinc inde, apud lectum paramenti induunt Papam sacris vestibus, antiquiore Diacono à dextris principali- ter operante, qui primum rubrum birretum pontifici detrahens, album illi imponit, deosculatur, & imponit illi amictum, & circa collum decenter aptat, ita vt vestium collaria cooperiat, & adiuuantibus altero Diacono, & duobus Subdiaconis apostolicis, qui retro sunt, colligant cordulas: imponit deinde albam, & adiuuantibus supradictis, circa collum, & circa manus decenter cōponit, & aptat: inde cingulo cingit, & albam attollit acoluthis, qui hæc omnia genu flexi circum circa subministrant, albæ extemitates aptantibus, vt equaliter fluant: postea imponit stolā à col-

Qq 4 lo pen-

Io pendentem, & à lateribus colligit: amictum tamen stolam prius Pontifici exosculandā offert, quām ea illi imponat. Imponit illi post hæc pluiale, & ante pectus ornementum pectorale, & demum mitram. Hæc omnia ornamenta Sacrista prius explicat, & disponit super lectum paramenti. Induto Pontifice, duo Diaconi praediti, vnu post alium ferunt consuetam reverentiam, secedentes per aliquot passus inclinant se profunde, deinde accedentes ad Pontificem osculantur eius dextram, sub auriphrygio pluialis porrectā: Et capientes hinc inde fimbrias anteriores pluialis, in diebus supplicationū, & cum Pontifex aliquid manu gestat, ipsi deferant. In alijs verò diebus eas Protonotario deferendas tradunt, & capite cooperto præcedit immediate Pontificem. Et aduertendum, quod ipsi Diaconi dum seruiunt Papæ in aliquo actu, dum eum per capellam comitantur fimbrias eleuantes, aut tale quippa facientes, semper sunt capite detecto. Cum Pontifex venit ad ecclesiam, siue capellam, Diaconi firmant se apud faldistorium, & Pontifice adueniente capiunt fimbrias pluialis, & dum ille genu flectit ante faldistorium, fimbrias ipsas super faldistorium disponit, & mox Diaconus à sinistris extrahit illi mi-

lli mitram, & à dextris biretum. Deinde, si tunc est missa celebranda, finita oratione Papa surgit, & facit confessionem cum celebrante: Et tunc Diaconis à sinistris retrahit se aliquatulum, dans locum celebranti, qui stat ad sinistram pontificis. Finita confessione, (& si non dicitur missa, finita oratione) Diaconus à dextris imponit biretum & mitram pontifici, adiuuante altero Diacono, & ambo capientes fimbrias deducunt cum ad sedem eminentem. Quotienscumque papa debet eleuare manum dextram, siue signando, siue pectus percutiendo, Diaconus à dextris eleuat pluiale, capiens fimbrias ante pectus: cum debet eleuare manus ambas, ambo Diaconi hinc inde eleuant. Quādo est aliquid lecturus ex libro, apponunt hinc inde manus: similiter & cum est osculatus librum Euangeliorum. Cùm papa accipit pacem à Cardinali assistente, ipsi vnu post alium descendunt à sede pontificis, & facta reverentia altari, & pontifici (ut fieri solet cum sit reverentia solennis) ascendunt ad papam, eique genam sinistram exosculandam præbent, dicētique: pax tecum, respondent: Et cum spiritu tuo. In fine Missæ descendentes cum pontifice ad faldistorium, componunt fimbrias super ilud, & cum surgit (nam mitra tunc non re-

mouetur) capientes fimbrias, eas dant protonotario, nisi ipsi inferant in diebus supra nominatis. Et quotiescumq; mitra est Papa imponenda, vel birretum, eā imponit Diaconus à dextris. Et quando est remouenda mitra, eam remouet Diaconus à sinistris, & birretum à dextris. Diaconi prædicti stant Pontifice stante, & similiter stante Cardinali assistente, sedent sedente Pontifice, & nihil faciente. Si autem Pontifex sedens legeret, vel benediceret incensum, aut tale quipiam faceret, starent cum omnibus assistentibus. Cum Pontifex ad cameram redierit, exuunt eum sacris vestibus in eodem loco, cooperante principaliter Diacono à dextris qui dat ei stolam, & amictum ad osculandum, cum aliquid operatur circa Pótificem. Cum Pontifex aliquid legit vel cum eis loquitur, cum vadunt & deducunt illum per capellam sursum aut deorsum ad altare, ad faldistorium, ad sedem, semper debent esse capite uno. Et cum generalis supplicatio fit antequā Papa de loco discedat, Diaconus à dextris dicit alta voce: Procedamus in pace, & chorus respondeat: In nomine Christi, Amen.

D E O F F I C I O C A R D I N A L I S
Diaconi Euangeliū lecturi.

Diaconus Cardinalis lecturus Euangeliū in Missa Pontificali, ante, & tem-

pore sibi congruo Deo per confessionem reconcilietur, quia est participaturus de sacramento altaris simul cum Pótifice. Cū vero erit in palatio, anteq; Papa exeat ad cameram paramenti, accipiat sacras vestes, videlicet amictum supra rochetum, albam, cingulum, stolam, dalmaticam: manipulam autem accipiat cum Papa intrauerit ad altare. Et hæc fiunt in diebus supplicationum, cū Papa descendit ad Ecclesiam & sub baldachino. Si autem Papa non erit ad Ecclesiam supplicatione præcente, tunc caperet paramenta sua prædicta, cum Papa accipit sandalia, & si vti debeat planeta, non dalmatica, tunc illā capit postquam Papā induerit omnib. sacris ornamentis. Sed nostris temporibus raro Papa celebrat, nisi in diebus supplicationū. Igitur Diaconus, vt supradictum est paratus, cum Papa descēdit ad ecclesiā supplicabundus, vadit immediate ante eū sol⁹: vel si Papa vehetur in sede, ibit medi⁹ inter duos Diaconos assistētae Papæ. In ecclesia faciet reuerētiā Papę in suo ordine, & inde firmabit se ad dextrā apud assistētē Diaconum, ab ea parte ante Diaconū p̄dictum. Cū vero Papa finita hora lauerit manus, Diaconus, Euāglij ascendit scabellum positum ante Papam, & primō detrahit illi mitram cum pluiali, & stola: & afferentibus acoluthis ex ordine fa-

etra ornamēta: primō accipit cingulum cum subcinctorio, & cum eo præcingit pontificem, ita ut subcinctorum pendeat à sinistra pontificis. Firmato bene cingulo soluit albus cingulum, quo prius pōtifex erat accinctus, & alba circum circa bene disposita, accipit crucem pectoralem, quam osculādam offert pontifici, & deinde ad collum ponit, vt ante pectus pendeat. Cum accipit fauonē, quem supra caput Papæ ponit cum plicatura à parte anteriori, diligenter illum aptat, primo offerat fauonem osculandum Pontifici, illū ambabus manibus tenentē: tum imponet super eius caput, ita ut ante oculos pendeat, & media pars illius ad dextram, media ad sinistram, & extremitates eius pariter fluant: deinde extremitatem fauonis quæ à sinistra Pontificis fluit, super illius dextrum humerum imponit, & quæ à dextra supersinistrum, ut mentum Papæ circundent tanta amplitudine, ut spacio palmi vel circa à mento distent, & à fronte dependeat medij palmi latitudine. Imponit deinde Diaconus pōtifici stolam ad collū, quam prius eidem de osculādam offerat, & pēdere facit ab humeris: tū imponat tunicellā & fauonem à parte anteriori circa collum diligenter extrahat, imponatque dalmaticam, & fauonem extra hat, attollatque illum ab oculis pontificis su-

pra

pra caput aliquantulum, & pontifici sedenti imponat chirothas, quas prius osculetur: & similiter osculetur manum Pontificis, ipse tum dextram tantum imponat, & Subdiaconus sinistram, qui stans à sinistra in omnibus Diaconum iuuat. Tum surgit Pontifex, & Diaconus ei imponit planetam, quæ tantum inde aptatur super brachia, & facco, similiter ut supra extrahitur, ut æqualiter circum circa pendeat. Adaptata plancta Diaconus partem fauonis, qui erat super caput Pontificis, reflectit supra collum, & circum circa decenter aptat. Deinde accipiens pallium, Crucem illius posteriorē osculandam offert Pontifici, illumique adiuuante Suddiacono super Pontificis humeros imponit, ut fauonis oras complectatur, & aliquantulum exfaune sub pallio videatur: Aduertatque ut partem pallij duplēci super sinistrum humerum imponat. Cum Spinulam pulchriorē Diaconus cruci anteriori parte pallij insigit, aliam cruci super humerum sinistrum existenti, tertiam vero Subdiaconus in cruce posteriori sigit. Spinulae taliter insigēdæ sunt, ut à gemma ad dextram intigentis remaneat, & interea crucem pertransiant, non autem perforent pallium, neque planetam tangant. Non enim sigitur ad retinendum pallium, sed ad myste-

mysterium passionis significandum: poteruntque pro retinendo pallio parvæ spinulae imponi, si placuerit: debet tamen Diaconus aduertere, & sœpe aptare pallium, ut deceter humeros, & fauonem ambiat: posthac Diaconus mitram imponit Pontifici, & precedente illo ad altare, ibit ad sinistram Episcopi Cardinalis assistentis immediate ante Pontificem. Et cum Papa fuerit ante altare, deponit ei mitram, & stans à sinistra Pontificis, facit cum eo confessionem. Deinde cum Papa fuerit oculatus altare, & librum, accipit de manu Acoluthi nauiculam incensi, & inclinatus dicit, Benedicite pater sancte, osculatur coclear, & dum Papa illud capit, vt incésum imponat, illius manus osculatur: & similiter cum illud reponit in nauicula. Deinde accipiens thuribulum de manu Acoluthi prædicti, cui prius nauiculam reddiderat, illud ad manus Pontificis ponit, catherulas videlicet superiores ad sinistram, inferiores ad dextram: quas prius, & deinde manum osculatur. Cum Pontifex incensat altare, illi ad dextram, eleuando manicas dalmaticæ, & planetam. Deinde facta incensatione stans in cornu epistolæ, accipit thuribulum de manu Papæ quam osculatur, & illum, cum mitram accipit, incensat, ter thuribulum ducens: inclinatus se Ponti.

Pontifici profunde antequam incenset, & post, & in isto actu, & similiter postquam Pontifex incensauerit oblata, mitram imponit, & Diaconus assistens à dextris: in alijs verò omnibus actibus, cum Papa est apud altare, Diaconus Euangelij semper illi imponit, & deponit mitram, semperque in altari ministrat nauiculam, & incensat Pontificem: quem mox redditò thuribulo Acolutho, stantem circa medium altaris osculatur, primò os, deinde pectus: quod & alij duo Diaconi assistentes faciunt. Deinde discedente Pontifice ad sedem eminentem, Diaconus remanet in cornu Epistolæ, vbi simul cum Diacono & Græcis, si adsint, leget Introitū, & dicit Kyrieel. ex libro super altare stante, & à suo capellano accipit manipulū, & Papa sedet sedēte & ipso super scabellū in dicto conu super gradū altaris positiū, vertēs facié ad cornu Euāgelij. Cum Papa dicit Gloria in excelsis, surgit Diaconus, & cum Subdiacono & Græcis prosequitur hymnum angelicum, & sedente Papa sedet in loco suo, & similiter surgit ad orationes, & illis finitis sedet. Cantata Epistola per Subdiaconum, Diaconus in cornu Epistolæ & ipse illam legit cū Graduali & versibus: deinde tempore congruo accipit librum Euangeliorū, & illum ante pectus

pectus suum tenens, cum reuerentijs solitus vadit ad altare, super quod librum ponit in medio: quo ibi dimisso, cum debitiss reuerentijs ascendit ad Pontificem, & manume- ius dextram reuerenter osculatur. Deinde reuersus ad altare, genu flexus & iunctis ma- nibus dicit, Munda cor meum, & labia mea omnipotens Deus: qui labia Esaiæ Prophè- tæ calculo mundasti ignito, ite me tua gra- tiæ miseratione dignare mundare, vt sancti Euangeliū tuum dignè valeam a punctu re. Per Christum Dominum nostrū, Amen. Tum surgens accipit librum de altari, & il- lum ante pectus portans, tempore congruo vadit ante Pontificem, & stans apud intimā gradum solij, inclinatus profundè dicit: Tu- be Domine benedicere. Et accepta benedicione vadit ad pulpitum, super quod libri portat: & circumstantibus septem Cerofera- rijs iunctis manibus, incipit Dominus vobil- cum. Et cum dicit, Sequentia, & Initium Sancti Euágelij, pollice dextro signat libri, deinde frontem, os, & pectus: & cum deinde respondeatur à Choro, Gloria tibi Domi- ne, accipiens thuribulum de manu Acolu- thi, incensat librum ter, in medio, & dextris, & à sinistris: deinde reddito thuribulo iun- ctis manibus, quas supra librum tenet, pro- sequitur Euangeliū: quo finito, factis re- ueren-

uerentijs reuertitur ad altare. Cum Pon- tifex dixerit, Credo in vnum Deum, Diaconus stans in cornu Epistolæ, prosequitur Symbolum cum Subdiacono, & Græcis. Quo finito, Diaconus & Subdiaconus va- dunt ad credentiam Papæ, ubi aliquis ex fa- miliaribus Diaconi expectat cum vasis & mantili: & ubi ambo mundant manus, & re- uertuntur ad altare, & mappam quandam sericeam amplam à Sacrista oblatam, exte- dunt super altare. Tum Diaconus expectat cum vasis & mantili, stans in cornu Episto- lae: Subdiaconus verò ex credentia Sacristæ portat ad altare bursam cum corporalibus, hostiaria & purificatorio: quæ omnia con- signat ad manus Diaconi: qui ponens bur- sam super altare, primò remouet ab ea ho- stiariam cum extractis ex bursa corporali- bus, magnum corporale explicat super al- tarē paruum, super magnum ponit ad par- tem: bursam collocat in loco condecenti, vel ante se, vel ad partem: deinde veniente Sacrista cum cálice & ampullis, primò ex hostiaria tres hostias capit, quas ponit super patenam per ordinem ad lineam. Et veni- ente Pontifice ad altare, ante gradum stas deponit ei mitram, & brachium illius de- xtrum reuerenter capiens & subleuans, de- ducit ad medium altaris. Tum conuersus

Rr ad de-

SACRARVM CERIMONIARVM

ad dextram, vbi patena cum tribus hostijs super calicē existit, cū hostia quæ est à dextris, tangit alias duas, & illam dat comedendam sacrificiæ. Deinde hostiam quæ est ad sinistrâ capiens, cum ea tangit patenam & calicem intus & extra per totum, & similiter illâ dat comedendam Sacrificiæ. Tum capiens patenam cum hostia, quæ in medio remanit, illâ prius exosculatus, dat ad manum Pontificis dextram, quam deosculatur. Tum conuersus ad calicem, pauxillū vini & aquæ ex ampullis super vasculum infundit, & dat Sacrificiæ ad prægustandum, & imponit vinum in calice ad sufficientiam, vt satis sit pro tribus communicantibus: aquam verò in calicem Subdiaconus infundit ex paruo coleari. Quo facto, Diaconus calicem dat ad manus Pontificis, & cum eo dicit orationem: Offerimus tibi, & cæter. Et cum Papa calicem super corporalia posuerit, Diaconus statim illum palla, id est, paruo corporali tegit, & cùm Papa est impositurus incensum, ministrat nauiculâ, & facit, vt in prima incensatione diximus. Sed cùm Papa incensat super & circa oblata, tunc Diaconus dextram manum tenet ad pedem calicis, ne forte ruere, & sinistram ad manicas dalmaticæ Pontificis, ne cum illis pallam percutiat. Et in fine cùm incensauerit Papam, incensat Cardina-

LIBER TERTIVS.

311

lem assistentem Episcopum, siue presbyterum, & duos Diaconos Cardinales assistentes ibi apud altare: dum vadit ad alios Cardinales, omnes incensat suo ordine, bis ducens thuribulum ante, & post, illis se inclinans. Idem facit & principi, si quis adest, qui in scanno Cardinalium sedeat: tum revertitur ad altare, & Episcopos non Cardinales assistentes Pontifici, incensat, semel tatum thuribulum ducens, & sine inclinazione: deinde stans post pontificem medius inter duos Diaconos Cardinales assistentes, incensatur ipse ab uno ex Subdiaconis, cui ipse tradit thuribulum. Perstat post hæc inter prestatos Diaconos, quoque Pontifex finierit presationem, & tunc accedit ad eius dextram, & cum eo dicit, Sanctus, & cæt. & revertitur ad locum suum. Et quotiescumque Pontifex signat super calicem, aut Hostiam, accedat reuerenter, & eleuet manicam dalmaticæ, ne cum ea percutiat calicem, & pallam: & mox reuertatur ad locum suum, & ab eo punto, in quo Pontifex incipit canonem, id est, Te igitur: semper attentè aduertat, vt in tempore posse eleuare manicam, tegere & detegere calicem cùm sit opus. Cùm Pontifex consecrat Hostiam, genu flectit ad dextrum latus, & dum eam eleuat, & ipse ab eo latere planetam.

lem

Rr 2

Et

SACRARVM CERIMONIARVM

Et cum ille reposuerit Hostiam super Corporalia, ipse detegit calicem, & rursus genu flectit. Et similiter attollit planetam cum Pontifex eleuat calicem: quo deposito, statim palata legit, & redit ad locum suum. Dum post Eleuationem Sacramenti Pontifex dicit. Benedicis, & praestas nobis, Diaconus accedens detegit calicem. Et cum Pontifex cum hostia signat super calicem, dicendo: Per ipsum, &c. retinet ipse duobus digitis dextræ manus calicis pedem: & cum Pontifex reposuerit hostiam super corporalia, ipse legit calicem, & reuertitur ad locum suum. Cum vero in fine Pater noster, Subdiaconus reportat patenam: Diaconus accedens ad latus Pontificis, vertitur ad Subdiaconum, & de manu eius accipit patenam, quam, cum Pontifex dicit, Libera nos quæsumus Domine, &c. dat illi ad manum dextram, & prius osculatur patenam, & postea manum Pontificis: & cum Pontifex patenam supposuerit hostię, ipse detegit calicem. Et semper quando ipse detegit calicem, genuflectit adorans Sacramentum: & cum Pontifex immiserit particulam hostię in calicem, iterum calicem tegat, & cum Pontifice dicat Agnus Dei, & cæter. & reuertitur ad locum suum, & non capit pacem à Pontifice: quia illam capiet postquam communicauerit. Cum vero

Ponti-

LIBER TERTIVS.

312

Pontifex data pace ascenderit ad sedē eminen tem, tunc Diaconus, si apud altare remanisit, accedens debitiss reuarentijs accipit patenā cum sacramento corporis Christi ex altari ambabus manibus, & illam modestè eleuans usque ad oculos, vertit se à dextra sua ad medium circulum, ita ut renes vertat ad altare, & per eandem viam reuertitur quo usque faciem suam vertat ad altare. Tum vertens se à sinistra parte, rursum gyrat ad medium circulum, & Subdiacono genuflexo super gradum ante cornu Euangelij, patenā cum Sacramento committit: qui stans surgit, & Diaconus genuflectit sacramentum adorans. Cum vero Subdiaconus ab altari discessit, surgit Diaconus, & cum sacramentum peruenierit ad Pontificem, Diaconus accedens huiusmodi reuerentijs ex altari calicem cum sanguine Christi accipit, ac eleuans, & gyras ut cum patena fecit, ipse calicem ad Pontificem defert, nulli tunc reuarentiam faciens, & ad dextrum Pontificis latus constituens, expectat quo ad pontifex de corpore Christi communicet, dum calicem subministrat Pontifici ex quo ille sanguinē calamo fugit Quo facto, Diaconus pateram dextra tenens, sinistra calamus intra calicem existentem retinet, curuato capite manum Pontificis exosculatur, corpus Christi ab eo reuenter

R r 3

accipit

accipit, & mox eius faciem osculatur. Tūcū calice, & Christi sanguine ad altare reuer-
titur, nusquam calatum ex calice extrahē,
& ibi stans in cornu epistola, partem sangu-
inis cum calamo fugit. Reliquū verò cu par-
ticula hostiæ sacratæ, quæ in calice reman-
sit, Subdiaconus cum patena ad altare re-
uersus, reuerenter suscipit, cum prius pa-
tenam ipsam diligenter super calicē excus-
serit, ne particula sacramenti in ea remi-
neat. Tum Diaconus cum Subdiacono
calatum supra calicem vino purgat & ab-
luant, atque eodem vino se purificant: de-
inde si non sunt alij communicandi Diaconus
expectat Pontificem apud altare: si ve-
rō sunt communicandi alij, sicut in resurrec-
tione domini, Diaconus postquam ī pū-
rificauerit, factis debitis reuerentijs aicen-
dit ad Pontificem, & stans ad eius sinistram,
in tono eius cōsueto dicit, Confiteor Deo
omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, &
Michaeli archangelo, Beato Ioanni Bap-
tistæ, sanctis Apostolis Petro, Paulo, omnib⁹
sanctis, tibi pater, quia peccavi nimis cogi-
tatione, verbo, & opere, mea culpa, mea ma-
xima culpa. Ideo precor B. Maria tempe-
virginem, beatum Michaelēm Archāgeli
beatum Ioannē Baptistam, sanctos Apollo-
los Petru & Paulū, oēs sanctos, & te pater
orat.

orate p me ad Dominū Deū nostrum. Et
cū dicit, & tibi pater, & rursus ad te pater, in
clinat se p funde ante Pontificē: & cū dicit
mea culpa &c. ter percudit pectus cū manu
dex tra, & mox Diacon⁹, vbi hēc dixerit, re-
uertitur ad altare & postq pōtifex fecerit ab
solutionē, Diacon⁹ reuerterēt accedēt acci-
pit de altari calicē cristallinū, vel aliud vas, in
quo sunt hostiæ cōseruatæ pro cōmunican-
dis, & cleuat, & gyrat à dextris & sinistris, vt
prius dixim⁹: & Subdiacono genu flexo, vt
prius, dat ad portādū ad Pontificē. Ipse ve-
rō apud altare expeccat quo usq; Pōtifex cō
municato populo reuertatur ad altare. Ve-
niēti igitur ad altare Pōtifici deponit mitrā,
& ponit deinde se in loco suo, stans medius
post Pōtificem inter duos Diaconos. Et cū
Papa finierit orationes vltimas, & dixerit
Dominus vobiscum, ipse Diaconus versus
vt Pōtifex, dicit cantādo: Ite missa est, in to-
no solēnitati cōuenienti, cum alleluia, vel si-
ne alleluia, p tēporis exigentia: & in fine cū
Papa cōpleuerit omnia, & vult discēdere ab
altari, extrahit illi pallium, & reponit illud
super altare, nisi Papa sit iturus ad benedi-
ctionem, vel ad alium actum supplicatione
præcunte: quia tūc debet portare palliū. De
inde vadit cū Pontifice paratus vsq; ad eius
cānerā: ipse, & alij Diaconi ex debito more:

quamvis nonnūquam ex indulgentia Pontificis solent dimittere paramenta, & postquam deduxerunt Papam extra ecclesiam, illum dimittere, & redire ad domos suas. Sed honestius est, sicut diximus, vt Pontificem adhuc Missalibus paramentis induitum, Diaconi parati ad cameram vsque deducant. Si autem tempus exigeret, vt Diaconus vti deberet planeta, & non dalmatica, tunc Diaconus parabit Pontificem sine planeta. Et cum imposuerit illi mitram post omnia ornamenta, ipse accipit planetam, quam deinde ponit, antequām cantet Euāgeliū, & sic cum ea manet quoisque Papa communicauerit. Tunc rufus iudicatur planeta, vt priūs. Aduertat etiam Diaconus, quotienscumque aliquid dat ad manū Pontificis, vti primō deosculetur rem ipsam, deinde manum pontificis. Item quando post consecrationem tegit, vel detegit calicem, primō & postreuerēter genu flectat, & adoret Sacramentum.

D E S V P P L E N D I S V I C I B V S
Cardinalium in assistentia Pope defientium.

Si celebrante Pontifice prior Episcopus cum Cardinalium abest, qui illi assistebet in officio capellani, eius vices sup-

pleat senior Episcopus Cardinalis: Et si nullus adest Episcopus, senior presbyter Cardinalis. Item si prior presbyterorum in sua assistentia deest, senior ex alijs presbyteris supplet. Quod si nullus adest presbyter Cardinalis, junior Episcopus Cardinalis supplet eius vices, siue cum paramentis, siue cum cappis laneis: Diaconus autem non supplet vices Episcoporum, neque presbyterorum. Si verò adest vnuis Diaconus tantum in assistentia, junior ex presbyteris Cardinalibus supplet locum secundi Diaconi. Sed Diaconus qui aderit tanquam Archidiaconus, & in proprio officio, sedebit in dextris, & mitram semper ponit, & deponit, presbytero Cardinali à sinistris adiuuāte: si nullus adest presbyter junior, Episcopus Cardinalis supplet, & tunc Episcopus erit à dextris. Sed Diaconus quamvis non sit à sinistris, semper tamen ponit, & deponit mitram. Quod si nullus adest Diaconus, duo iuniores presbyteri siue Episcopi, illis etiam deficientibus assistunt: & si Pontifex celebraret principaliter in vesperis siue in Missa, essent in habitu Diaconorum cum dalmaticis, & non in proprio. Et nota, quod Pontifex non potest interesse diuinis cum solennitate, nisi ad minus cum tribus Cardinalibus, quorum duo assistant loco Dia-

SACRARVM CERIMONIARVM

conorū, & tertius vt capellanus assistens. In Missa autem quando Papa celebrat solēniter, quatuor ad minus sunt necessarij, duo Diaconi assistentes, Diaconus Euangelij, & Episcopus siue presbyter Cardinalis, capellanus assistens. Sed vt dixi, presbyteri vel Episcopi officium Diaconorum supplere possunt: Diaconi non possunt supplere officium Episcoporum siue presbyterorum in diuinis.

DE OFFICIO ASSISTE NTL
um non Cardinalium. S.D. N.Papa.

Scripturi deinceps de officijs prælatorijs & aliorum officialium curie Romanae, de illis officijs, et seruitijs suis tātum dicentur quæ exhibent summo Pontifici in diuino officio, & publicis actibus, & quæ pertinēt ad sacras ceremonias: de alijs non est nostra professionis. Et primò de assistentibus Episcopis, & prælatis. Rom. Pontifici assistere consueuerunt in diuinis, & publicis actibus ordinarie decem prælati ex dignioribus civiæ, vt ex libris cameræ apostolicæ coniectare licet, qui portiones decem ex minutis distribuunt assistentibus nostris tamen temporibus aliquando pauciores, s̄p̄ius plures fuerunt. Ad hos spectat Pontifici assistere

& in

LIBER TERTIVS.

315

& in diuinis illi seruire de libro & de lumine: & semper sequuntur Pontificem immediate post cubicularios, & medicos secretos. Et quando sunt parati, præcedunt immediate Cardinales. Cum autem Pontifex ante altare fecerit orationem, & ascendit ad sedem eminentem, sequuntur illum, & sedet vel stant secundum exigentiam ad sinistram partem. His connumerant etiam Sacristam, si sit prælatus, & sedet in loco statui suo convenienti. Inter istos non habetur ratio officiorum siue legationum, sed digniores, & antiquiores in dignitate præcedunt. duo ex eis primi, siue Patriarchæ, siue Archiepiscopi, siue Episcopi sint, seruiunt Pontifici, primus cum libro, alter de lumine, hoc modo. Cum Pontifex aliquid est dicturus ex libro, accedunt hi duo assistentes & primus genuflexus in scabello sedis Pontificis, si Papa sedet: si autem stat, stans librum tenet supra caput ante faciem Pontificis, ambabus manibus illum sustinens, & Diaconi assistentes apponunt hinc inde manum: secundus vero candelam accensam ante librum retinet, stans in loco convenienti. Quod si dum solemniter celebratur, & Episcopus siue presbyter Cardinalis retinet librum, tum ille primus dat librum Cardinali, & illū adiuuat, & librum deinde recipit. Et in altari dū

Papa

Papa celebrat, seruiunt ambo, & cum Cardinali ministrant librum & candelam, vt dictū est, præueniunt hi duo semper Pōtificem & ad altare, & ad sedem: inueniunt quæ dicenda sunt, & signant. Cū Pontifex celebratur, est in fede, vbi accipit paramenta, assistunt ante eius faciem, diuisi in duas alas hinc inde: cum est apud altare, faciunt semicirculum post illum, & seniores hinc inde stā in capitibus semicirculi, exceptis illis duobus, qui seruiunt in altari de libro, & de lumine. Dum Papa etiam non celebraturus, sed descendit ad faldistorium ante altare, semper illum sequuntur, & post eū genuflectunt. Et similiter cū redit ad sedem, sequuntur et redeunt ad locum suum: surgentibus Cardinalibus assistentibus surgunt, & illis sedentibus sedent. Si nullus adest protontarius cum Papa exit ad officium, primus ex eis defert anteriores fimbrias pluialis: & item si nullus adest nobilis, aut Orator, qui deferret caudam pluialis, primus ex eis defert. Et si neque protonotarius, neque orator adest, dñs ex eis supplerent, primus ad caudam, secundus ad fimbrias. Quando autem Pontifex non habet pluiale, sed caput amplam laneam, sive purpuream, vel mantum, tunc primus ex eis portat fimbrias & caudam simul coniunctas, retro post Pontificem,

tificem, cum socio fimbrias aptant sub faldistorio, quando Pontifex non portat mitram, & apud sedem illas ante & super scabellum extendit. Et semper illi qui seruiūt, manum dextram emittunt per aperturam cappæ anteriorem, & sinistram per extremitatem cappæ: & conuoluta cauda cappæ, illam sub axilla, & super sinistrum brachiū retinent, vt sint magis expediti ad seruendum. Et quando Papa exit ad capellam cū manto papali, & cum capputio supra caput inuerso, quod facere consuevit in Matutinis tenebrofis, & aliquando etiam in alijs diebus propter frigus, tunc Episcopi assistentes debent habere mantellum assistentiaz, apertum à parte anteriori, & capputum in modum cubiculariorum.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

Sacrista Apostolici palatiij, quod est officium perpetuum, semper consuevit esse prælatus: nec consuetudo astringit ad aliquem ordinem religiosorum, vt aliqui aliquando dixerunt. Et quia habet curam & inuentarum rerum sacrificiæ, & opera sua est continuo in palatio: habet cameram in palatio, & expensas in tinello cum suis servitoribus. Ad hunc spectat ex mandato Pontificis nunciare, & distribuere Missas celebrandas Dominis Cardinalibus, & prælatis curiæ

SACRARVM CERIMONIARVM

curiæ, quando, vbi, & per quem est cele-
brandum in diebus ordinarijs, & quando
placet Pontifici. Debet præterea reseruare
& custodire suo inuentario paramenta, &
ornamenta omnia, quæ pertinent ad altare,
ad personam Papæ, & prælatos, atque mini-
stros celebrantes in capella Papæ, videlicet
vestes sacras, vasa sacra, vbi reliquiae san-
ctorum reconduntur, cruces, calices, can-
delabra, imagines, & vasa preciosissima; & eni-
subministrare, & custodire, quæ pertinent
ad capellam secretam Papæ, & ad capellam
communem palatij, vbi quotidie celebra-
tur. Debet in tempore per clericos capelle
ordinare altare, credentiam, & quæ perti-
nent ad celebrationem Missæ, vel diuinis of-
ficij: præter hæc debet ante quā Papa exer-
ad cameram, paramenta preparare super le-
ctum parameti, sacras velles, mitras, & or-
namenta, quibus vti debet summus Pomi-
fex. Et quia solus non posset tot rebus sati-
facere, oportet quod habeat aliquē capel-
lanum vel sociū, qui eum adiuuet in inuen-
tendis, præparádis, explicádis, & adaptandi
rebus opportunis. Debet etiā semp intereste
quādo Pontifex celebrat, siue publice siue
priuatim, & ministrare oportuna, & haber
exactā prouidēdi curā, ne res Sacriste destra-
antur, & vt destructa instaurētur, & qd defici-

LIBER TERTIVS.

317

unt denuo fiāt. Cū Papa solēniter celebrat:
parat credētiā suā in tēpore, & seruat ea quæ
in missa papali præscriptiōm. Adinuenit in tē-
pore libros opportunos p persona Papæ, tā
p Missa quā pro benedictionib, absolutio-
nib, & alijs diuinis officijs, & eos Episcopis
assistētibus cōsignat: curat diligenter, vt Sa-
cramētum corporis Christi nitidē, & mūdē
semp conseruetur in loco cōueniēti, & q
semp ante illud ardet lumē. Cū verò Pōtifex
in pōtiscalib, equitabit, paret sacramētu in
puluino ornato, & super equū albū falera-
tū imponi faciat. Equum freno deducit ali-
quis ex suis familiarib, clerici capellæ cū la-
ternis precedēt, ipse verò ferulā manu ge-
stās, in habitu statui suo cōdecenti equitans
subsequitur: curabitq; cū ad locū destinatū
pueniat, vt sacramētu in loco honesto, & cū
luminarib, reponetur. In cōclavi electionis
noui Pōtificis interest, & preparat quę ad rē
diuinā pertinēt, & ipse celebrat corā patrib.
& p nouo Pōtifice indumenta congrue sub-
ministrat. Item in trāfitu vel obitu pontificis
assisit, administrat sacramēta Ecclesiastica,
nisi Cardinales id faciāt: & cū ceremoniarijs
pcurat funus. Et de Sacris haec ten⁹ in gīe,
nā particularia latius in locis suis posuimus.

DE OFFICIO PROTONOTARIORUM.

Pro-

Prototonarij officiū est notare ea, quæ in publicis cōsistorijs geruntur cū rogantur procuratore fiscalī, cum opus fuerit, in publicā redigere formam. Ideo oporteteos interesse publicis cōsistorijs. De officio eorum iu cancellaria nihil ad nos. Pontifici in publicum cum pluuiali & mitra exeunti, protonotarius fimbrias inferiores simul iunctas deferre debet: nam ad sinistrā Pontificis præcedens, caudamque cappa sive sibi deferens, vt de Episcopis assistentibus diximus, sinistram ad extremitatē fimbriarum, dextram ad superiorem partem ante corpus Pontificis tenens proficisciatur. Cum peruenit ad locū, ubi Pontifex consistit, dimittit fimbrias ad manus Diaconorū, & vadit ad locum suum: cum Pontifex in diuinis daturus benedictionem solennem, protonotarius accedit, & genu flexus super scabellum sedis Papæ, dum papa benedicit fimbrias inferiores, & sinistro latere elevat, & cum eis corpus Pontificis tegit ab umbilico & infra: finita benedictione dimittit fimbrias, & reuertitur ad locum suum.

D E S E R V I T I O S V B D I A C O N I A p o s t o l i c i

Quæ Subdiaconū agere oporteat specialiter in vesperis, aut in Missa, dum Papa principaliter celebrat, superius diximus

mus i locis opportunis: nūc generalia quædam subiungemus. Subdiaconi participates quinque sunt numero nostris temporibus. Cum Papa in publico procedit, siue ad diuinā siue ad humana negoūia, vnuis ex eis crucem papalē præfert, siue equo, siue pedibus, siue vtcunque. Quando Papa autem exiit ad cameram paramenti, vt sacras vestes induat, duo ex eis sunt ibi prope lectū paramenti, qui stantes hinc inde post Diaconos asistentes, iuuent illos cum Pontificem parant: & illo sacrī induto, vnuis ex eis capiat crucem. Inter crucem, & Papam Cardinales tantum, & qui in corum scamno sedent, incedere oportet, & nullos alios: duo magistri hostiarij cum suis virgis collateraliter associant crucem. Subdiaconus crucem reponit in capella in loco congruo, deinde vadit ad locum suum cum alijs, & primum locum obtinent Subdiaconi inter oēs alios prelatos, siue officiales nō palliatos. Cum Pontifex post sermonem, vel in fine Missæ, est datus solennem benedictionem, Subdiaconus accipit cruce m papalē, & ponit se ante Pontificem, vertitque crucifixum versus Pontificem. Et cum ille incipit: Precibus, & meritis, siue, Sit nomen Domini, genu flectit: data benedictione surgit, & reponit crucē in loco suo, siue, si est sibi receden-

SACRARVM CERIMONIARVM

fecedēdūm, incipit procedere, & expectat
in loco conuenienti, quoad Papa appropia-
quet. In camera papagalli reponit crucem,
et vadit ad exuendum Pontificem cum alijs.
Sed aduertat Subdiaconus cum portat cru-
cem, vt semper crucifixum vertat ad Ponti-
ficem qui sequitur: cum autem Pontifex nō
sequitur, Crucifixus sit in parte anteriori.
De modo equitandi in Pontificali, & de va-
rijs seruitijs, quæ Subdiaconus in diuersis
actibus exhibit Pontifici, administratiōe pal-
liorum, in proprijs locis abunde scriptū est.

D E AVDITORIBVS.

AVditores causarum Sacri palati, qui
capellani sunt Summi Pontificis, de-
bent illi assistere in diuinis, & in omnibus
publicis actibus. Illorum decanus, id est se-
nior in officio semper seruit sanctissimo do-
mino nostro de mitra: & tunc habet sindo-
nem sericeam ad collum supra cappam, &
supra superpellicium, & est medius inter du-
os cubiculares secretos immediate post Pa-
pam. Cum igitur Papa apud lectum paramē-
ti induit sacras vestes, auditores adstantes à
sinistra genuflectunt, & deficientibus ac-
luthis ministrant paramenta corum loco.
In Ecclesia verò quando ex faldistorio aces-
dit ad sedem eminentem, & quotiens à fede-
ad altare vel ad faldistoriū descēdit, duo au-
ditorei

LIBER TERTIVS.

319

ditores hinc inde eleuant inferiores fimbri-
as vestimentorum eius, ne impediant Papam
eū tem, néue pedes supra vestes imponat: &
inclinati pariter cum eo procedūt. Sed ad-
uertant, quod ita modestè vestes eleuent, ne
crura Pontificis videantur. Quādo Pontifex
est incensaturus altare, duo ex eis praeueni-
unt ad altare. & hinc inde eleuant mappam
primā, quæ est super altare usque ad mediū
altaris. Deinde expectant ad partē genuflexi
quoad Papa incensauerit altare: & mox sur-
gentes restituunt mappam, vt prius erat.
Quod si non adiungit alij duo auditores vt
fimbrias eleuent, ijdem duo eleuent prius
mappam, & deinde vadunt ad fimbrias Pa-
pæ: & similiter post incensationem repro-
nant mappam, & postea attollant fimbrias.
Item quotiescumque Papa publicè lauat
manus, duo ex eis vadunt ad credentiam,
& senior accipit mantile, & illud duabus
manibus eleutatis usque ad faciem profert
ad Pontificem, & illo deosculato ponit
supra gremium Pontificis: & genuflexus à
dextra, & collega suus à sinistra, tenent
mantile quoad Papa lotus, manus abster-
ferit: deinde illud cum socio reportat ad
credentiā, & vna manu tātum, tū reuertitur
ad locum suum. Anteq̄ veniat ad Pōtificem
cū mantili, semper tertio genuflectit: simi-

SACRARVM CERIMONIARVM

liter cum Papa est distributurus candelas, cíneres, palmas seu Agnus Dei, accipitūt à cíderentario mantile, & ponunt super gremiu Pontificis, illudque vtrinq; retinet vique ad finem distributionis. Et generaliter quotiescunque mantile seu gremiale portatur ad Pontificem, aut ante eum tenetur, idem fit per auditores: & cùm Papa celebrat, vñus ex eis continuo seruit de gremiali, quod ipse debet accipere à credentia sacrifæ, & illud finito suo officio illuc reportare. Auditor, aut qui seruit de mitra, cum est imponenda mitra, illam dat ad manus diaconi Cardinalis ministrantis à dextra: cum verò est remouenda, accedit ad Diaconum qui est in sinistra, & ex eius manibus mitram accipit cum debitiss semper reuerentijs.

DE MAGISTRO SACRI PALATIJ.

M Agister Sacri palatij consuevit esse ex ordine Prædicatorum: & ordinarie quando fit consistorium, legit in palatio publice aliquid in Theologia. Ad hunc spectat ordinare, qui debeat facere sermones in capella Apostolica, & eorum sermones præuidere, curareque ut nihil dicatur puritatisti dei & grauitati illius loci contrarium: & sedet vel stat semper post primum auditorem, qui adest.

DE

LIBER TERTIVS.

320

DE CLERICIS CAMERÆ.

Clerici cameræ Apostolicæ & ipsi adstant Pontifici cum apud lectum paramenti capit sacras vestes, genuflexi ad finistram post auditores, ad eos pertinet portare ensem benedictum cum pilo ante Papā in nocte, & die Nativitatis Domini: tenent vasum cum auro, & argento, & mantilibus dādis pauperibus, quando Pontifex lauat illis pedes. Item subministrant camerario siue Diaconis assistentibus candelas, & palmas, quae distribuuntur per Papam, & similia. In facris non operantur nisi in nocte Nativitatis Domini, vñus ex eis qui dicit quintam lectioñem loco illius, cui ensis datur.

DE ACOLVTHIS.

A Coluthi Apostolicæ sedis octo sunt ordinarij. Hi etiam cum Pótfex apud lectum paramenti, & similiter in ecclesia est celebraturus, & induitur sacris vestibus, circumstant genuflexi, & ornamenta subministrant Diaconis Cardinalibus. In supplicione, & diuinis officijs celebrante Pontifice, cadelabra, intorticia, ampullas vini, & aquæ thuribulum cum nauicella incensi, vas aquæ benedictæ, cum opus est, & similia portant, & de illis, cum tempus est, seruiunt. Debent igitur cum Papa est celebraturus, oēs inter-

Sf 3 esse:

SACRARVM CERIMONIARVM

esse: quando autem non est celebraturus, tres ad minus intersint, & maximis in vesperis: & tunc portant secum superpellicia, quia unus ex eis debet seruire de incenso, & duo alii de candelabris, dum Papa dicit orationem. Et supra rochetum debent habere superpellicium. In eorum defectu auditores rotæ iuniores scriuunt.

DE CUBICULARJIS SECRES
tis, & alijs.

Cubicularij secreti duo semper Pontificis sequuntur immediate in capella & in consistorijs: sedent non longe a pedibus Papæ à sinistris in terra, tamem sine aliquo sedili. Hi semper intendere debent ad faciem Papæ praesto, facturi, si quid eis imperet: seruant honeste sub vestibus fudariola, siue nasitergia, birreta, & timilia. Et si Pontifex illis vult ut, ea porrigitur Diacono Cardinali assistenti ad finistram. Alij cubicularij, si Papa fertur in sede, ipsi cum scutiferis portant Pontificem. In diuinis non habent aliud officium secreti cubicularij. Cum Cardinales veniunt ad reuerentiam Pontificis, remouent paruum scabellum à sede, & facta reuerentia illud reponunt. Et hoc iunior ex illis facit quoties opus est, & amouet, & reponit.

DE

LITER TERTIVS.

321

DE SECRETARIIS, ET AD-
NOTACIS.

Secretarius principalis Sanctissimi Domini nostri, si est prælatus, sedet, vel stat in loco sue prælationis in capella: Si non est prælatus, stat inter cubicularios secretos: ordinarius nullum habet exercitium in diuinis. Si forte aliquæ literæ presentarentur, eas Pontifex illi confignare posset. In publicis consistorijs, siue prælatus sit, siue non, sedet ad pedes Pontificis in plano soli, & instrumenta atque literas, quæ dantur Pontifici ab Oratoribus, palæ legit: alij secretarij nullum habent exercitium in publicis actibus. Aduocati in diuinis nullum habent exercitium. In publicis autem consistorijs propounderunt causas, ut superius diximus, cum de publicis consistorijs ageremus. Aduocatus pauperum primo proponit, vel Aduocatus Fisci, si est causa fiscalis.

SECTIO TERTIA.

DE HABITV OMNIVM, TAM
celebrante Pontifice, quam non celebrante.



Vm Pontifex solenniter celebrat: siue Vesperas, siue Missam, Episcopi Cardinales, & omnes alij, qui sunt in dignitate Episcopali siue Abbatiali, pluivialibꝫ vtū, & albis mitris, presby

S F 4 ter

teri Cardinales planetis, Diaconi Cardinales dalmaticis, & mitris etiam albis: sed mitræ Cardinalium sunt ex serico damasco, aliorum ex tela linea. item Episcopi & presbyteri Cardinales plerunque sub sacra ueste habent superpellicium, & amictum, aut sate alterum ex his, cū quo uestium collaria cooperiant. Diaconi, quando paramenta sunt violacea, aut nigra, vtuntur planetis ante pectus plicatis, & non dalmaticis. Et ex decole semper debent habere amictum, vt collaria uestium tegant; prælati, religiosi, quia nō habent rochetum sub ueste sacra, habeant superpellicium, & penitentiarij Papæ planetas, & sine mitris. Subdiaconus, qui portat Crucem, & qui lecturus est epistolam, tunicella induitur: alij Subdiaconi, clerici cameræ, & Acoluthi supra rochetum habent superpellicium. Clerici ceremoniarum, clerici capellæ, cantores Papæ, capellani Cardinalium, qui servant eorum mitras, superpellicium tantum habent.

VBI ET QVANDO CAPIVNTUR paramenta.

ETHI omnes, si Papa supplicatione præente discendit ad ecclesiam, quod fieri debet ad Missam tantum, & in diebus supra nominatis, capiunt paramenta in palatio, videlicet Cardinales in prima camera paramenti, non

ti, non autem in secunda: quæ dicitur papæ galli. Nam ibi solus Papa paratur: prælati, & alij extra dictam cameram, vbiunque volunt. Si autem sunt Vesperæ papales, aut dies est non supplicationi deditus, qui vtuntur superpellicio, possunt illud capere in aulis palatijs. Sed Cardinales, & alij prælati, in vesperis capient paramenta in Ecclesia, facta per Cardinales reuerentia solenni Papæ, Cardinales apud sua sedilia, prælati extra cancellos capellæ. In Missa autem non supplicatoria, Cardinales capiunt paramenta in suis sedibus, cum Papa accipit planoram, & similiter prælati extra cancellum: & finito officio, in eisdem locis deponunt paramenta omnes, præter Diaconos assistentes, qui sacris induiti Pontificem in Missalibus ornamentiis recedentem, ex congruo, & debito more comitantur usque ad cameram. Quando autem Papa, celebrata Missa, efficit datus solennem benedictionem populo ex suggestu, vt in Resurrectiōe, omnes Cardinales parati, illuc secum profiscuntur, & prælati similiter, & data benedictione dimittunt paramenta: protonotarij cappis suis lanceis semper vtuntur, & similiter uti solebāt.

DE AUDITORE, ET CORRECTORE.

AVditor cōdradicārum, & corrector literarū Apostolic. primum locū habent post protonotarios: qui etā si fuisset Episcopi, aut Archiepiscopi, non in duebant sacras vestes, sed sequebātur pontificē post protonotarios. Sed aduerte, quod illo tēpore protonotarij praececebant Episcopos: meis autem temporibus de auditore, & corrente praeđictis, nihil vidi seruari. Cubicularij, & secretarij eodem habitu vtuntur, vestibus scilicet solutis, cum manicis ad amplitudinem manus latis, & caputijs circa collum à capite descendantibus. Aduocati vestibus manicatis cum varijs & caputijs, vt cubicularij: sed secretarij, & aduocati habent caputia super collum aliquantulum inuersa. Seruientes armorum debent esse honeste armati, cum suis baculis argenteis in manu. Ethi sunt habitus cùm Papa cebrat solēniter, aut procedit ad Ecclesiam supplicatione preeunte. Quando autem procedit sine supplicatione hoc modo vtuntur:

DE HABITV TAPÆ.

SVmmus Pontifex cum in publicum venit solenniter, aut habet pluuiale, aut capam in modum Cardinalis, apertam tamen à pectore, & mitram, aut mantum papalem cù caputio supra caput. Vtitur & mitra simplici in officio defunctorū & in die Veneris sanctis

faneti: in matutinis autem quocunque tempore numquam vtitur mitra, sed aut cappa lanca, aut manto papali cum caputio supra caput: in matutinis tamen in nocte Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, & in computatione, quę solet fieri post Vespertas antecedentes, vti solet Pōtīfex cappa purpurea pelibüs armilinīs duplīcata. Quam, vt legi, primus inuenit Bonifacius nonus: duob⁹ tamē vtitur coloribus, albo & rubro, vtroque in pluuiis: in ornamentis autem Missalibus vtitur colore tempori cōgruente, & cum mitra simplici, stola violacea: in alijs vero vestibus non sacrī supra rochetum rubro tantum, nisi à sabbato Sancto usque subbatum in Albis inclusiue. Et infra rochetum vtitur semper toga alba, & caligis rubris cum scandalijs aurea cruce ornatis.

DE HABITV CARDINALIVM

REUEUERENDISSIMI DOMINI CARDINALES ciuscunque sint ordinis, vtūtūr semp in capella, & in publico, cappa ampla supra rochetum coloris violacei, plus vel minus clari, aut obscuri blaui, siue ærei, & aliquando rubri, sed rarius. Nam ruber color proprius ad papam pertinet, & ad legatos, qui mittuntur de latere extra Italiā, vel ad aliquod negotium. Nam in istis casibus Pontifex solebat donare legato mantum rubrum

rubrum cum capputio, & in illo habitu dabant audiētiā legatis in sua prouincia, Paulus Secundus initituit, quod Cardinales bireto rubro vterētur, & super equis siue mulis rubris stratorijs. Cappa Cardinalis potest esse ex lana siue ex zamelloto. Et in officijs defunctorum, & sede vacante, & à quarta feria maioris hebdomadæ, usque ad sabbatum Sanctum, solebant uti cappis suis obscuris cum pellibus de griseis, & non de varijs: hoc tamen hodie non seruatur, sed à vesperis omnium sanctorum inclusiue usque ad mane dominicæ Resurrectionis, exclusiue vtuntur albis pellibus de varijs. In reliquo tempore vtuntur serico rubri coloris loco pellium.

DE HABITV PRAELATO

rum.

Alii prælati, Patriarchæ, Archiepisco-
pi, Episcopi, Protonotarij: Itē & Subdiaconi, Auditores rotæ, clerici camere, & acoluthi omnes vtuntur cappis laneis supra rochetum, ut Cardinales: sed non ex zamelloto, neque coloris rubri, aut violacei nimis clari. Prælati assistentes Papæ, cum Pontifex habet mantum cum capputio in uerso supra caput, debent & ipsi haberemā tellum, alias crociā appellatum, & circa collum capputium, sicut cubicularij, & nō supra

supra caput: & hoc si Papa habet mantū, & non aliter. Prælati extra ecclesiā suas non vtuntur cappa ampla, nisi in Romana curia, cum adiūtū sacris siue profanis, vel publico consistorio cum Pontifice in eius capella, cappas tamen non capiunt, neque depount intra cancellos capellæ, neque in prima aut secunda camera paramenti, sed extra ybi voluerint: sic etiam sacras vestes.

DE HABITV CARDINALI

um, & prælatorum religiosorum.

Praelati ex ordinib⁹ mendicantium vadunt cum suo habitu etiam in Cardinatu, nisi quod sunt ampliores, & lanæ magis preciosæ. Ex Monasticis autem vtuntur cappa ampla colore nigro cū pellibus nigris, ut nostro tempore Nicenus & Atrebatenis Cardinales, velut vidi aliquos Abbatess cum pellibus griseis, vel si sunt alterius coloris, prælati vtuntur habitu sui ordinis, sed ampliori: & non vtuntur rocheto. Assumpti autem ex canonice regularibus, quia in suo ordine portant rochetum, deferunt etiam in prælatura, sed vtuntur capella, ut alij religiosi, videlicet nigri coloris supra & infra per totum: inferiores officiales vtuntur habitu superiū dicto.

DE

SACRARVM CERIMONIARVM
DE HABITV SERMONEM
habituri.

Ille autē, qui orat in capella, si est Episcopus, vel Abbas, cum pluuiali orat, & cum mitra. Si electus tantum, & secularis, orat in cappa supra rochetum: similiter si est inferioris ordinis, & in capella portat cappam & rochetum, & cū illis orat. Si non portabit rochetum, neque cappam, tunc oratusus affumit cappam tantum sine rocheto, & finita oratione ad partem illam dimittit extra capellam. Mendicantes, & alij religiosi oratim suo habitu.

DE CIRCVLIS CARDINALL
um, qui sunt ante Papam.

Domi Cardinales primum, dum Papa in camera sui paramenti accipit sacras vestes, faciunt circulum ante suam sanctitatem, stantes capite detecto: sed confuerit Pontifex illos inuitare, ut cooperiant caput, & tempore frigoris monere iterum, ut tegant: quod ipsos tandem facere conuenit. Et hic senior erit ante sinistram Papæ, & alij per ordinem illum sequentur. Secundò dominii Cardinales veniunt ad circulum ad Introitum facta reverentia ante Missam, hoc modo. Iunior Diaconus incipit, & ponit se factis reverentijs altari, & Papæ, in ultimo loco con-

LIBER TERTIVS. 325

eo contra sinistram Pontificis: Senior in loco primo, & viciniori Papæ: iunior verò ex presbyteris Cardinalibus primò se mouet à loco suo, & ponit se haud longè à iuniori Diacono ante faciē Papæ: & illum sequuntur Presbyteri, & deinde Episcopi, incipiendo semper à iunioribus, ita ut senior Episcopus Cardinalis descendat tantum de gradu, in quo sedebat, & teneat primum locum, & vicinorem ad Pontificis dextram. Hoc ordine veniunt ad circulum Domini Cardinales ad Introitum, Kyrieleison et Gloria, simul ad credo, ad Sanctus, & ad Agnus Dei. præueniunt quando datur tempus, maximè ad sanctus, & ad Agnus Dei. Stant semper & in via, & dum sunt in circulo capite detecto, ve niendo, & redeundo faciunt altari reverentiam, & Papæ. Cum vadunt, iuniores incipiunt: cum reuertuntur ad sedes, incipiunt seniores, & Diaconi, post presbyteros omnes in Missis tantum veniunt ad circulum, & nō in Vesperis: & in Missis pro defunctis nō ve niunt, ad circulum, neque in sexta feria Parasceues: in diebus serialibus veniunt.

SECTIO QVARTA.

DE HABENTIBVS SERMO-
nem in capella Papæ, & primo de Papa.

Sum-

SACRARVM CERIMONIARVM

SVmmus Pontifex non consuevit facere sermonem alio quopiam celebrante, sed tantum dum ipse celebrat: & tunc si altare est apud parietem, ita ut prelati, & omnes sint inferius, ut in capella palatij. Tunc Papa descendit e sede eminenti, & sedet ante altare super faldistorium, vel sedem ibi paratam, vertens faciem ad populum, & renes ad altare, & post eum Diaconus Euangeli, deinde Diaconus assistens a dextris: a sinistris vero sedet Diaconus tantum, & qui ab illo altari assistit Subdiaconus Apostolicus: & si sunt Græci Diaconus &, Subdiaconus, sedent in secundo gradu ad illorum pedes hinc inde, Græci a dextris. Subdiaconus solus a sinistris. Post sermonem Diaconus Enangeli facit confessionem, Cardinalis assistens annunciat indulgentias, & Papa dat benedictionem stans in eodem loco more consueto: deinde reuertitur ad sedem eminentem, & ibi dicit Credo, vel Dominus vobiscum, p temporis exigentia autem sedes Papæ non infra, sed super altare est in ecclesia Sancti Petri, & similibus, tunc Papa qui auertit faciem ad chorum & ad populum, sedens in praedicta sede sua, facit sermonem, & omnes sedent in loco consueto.

DE

LIBER TERTIVS. 326

DE CARDINALIBVS

Cardinales non faciunt sermonem in capella Papæ, nisi celebrante Pontifice, vel cum ipsem et Cardinalis, celebrat. Si facit sermonem in Missa papali, ipse, vel Episcopus, siue presbyter sit, debet assistere in officio capellæ, etiam si non sit prior, & in tempore cum pluviali, & mitra facere sermonem. Si vero ipse celebrat, dicto euangelio ipse deponens casulam, accipit pluviale, & vadit ad osculum manus Pontificis, petit benedictionem, & indulgentias, & ascendit pulpitum, & cum mitra simplici orat. Et nota quod Diaconus Cardinalis non predicat in capella pontificis, neque aliud quam non prelatus, nisi sit doctor in Theologia, secundum antiquas, & probatas ceremonias: quamuis hodie non modo inferioris gradus viri, sed sine dignitate, aut sacro ordine, in studijs humanitatis tantum docti, non sine loci, & ordinis Pontificalis dedecore onus orandi in totius orbis gravissimo, ac celeberrimo confessu sibi assument. Episcopus si orat, debet etiam celebrare ordinarie, & orat, ut de Cardinali diximus, nisi quod Pontifici genu, non manum osculatur. Si non celebrat oraturus super rochetum vel super pellicium, induit pluviale, & cum mitra orat: id est facit in abbatiali

T t digni-

dignitate constitutus.

Si oraturus est officialis palati, qui portet rochetum, & cappam non tamen prælatus. Si autem non vtitur rocheto, orat cum cappa tantum. Religiosi non prælati orant cū suo habitu. Oraturus igitur finito Euangeli cum habitu sibi condecenti offert se clericis ceremoniarum, qui, postquam Papa est osculatus librum Euangeliorum, & incensatus federit cum mitra in sua sede, ducitur oraturum cum reuerentijs consuetis ad presides Pontificis, quos orator genu flexus osculatur. Tunc erecto capite dicit: Iube Domine benedicere, & Pontifex, Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis, vt digne, & fructuose annuncies verba sua sancta, in nomine Patris &c. Et orator iterum: Indulgencias Pater sancte: & Papa concedit indulgentias prout sibi placet.

Confuerunt tamen Pontifices nostro tempore, quando prælatus celebrat, dare quinque annos, quando Cardinalis, septem annos: in maximis vero solennitatibus decem annos, quando vero ipsemet celebrat, plenariam indulgentiam, & aliquando decem annos. Sed cum annis annunciantur semper totidem quadragena. Maiores nostri erant aliquanto parciores in istis indulgentijs: & ratio est, in Missa papali se extendebant ad

septem

septem annos. Orator auditio Pontificis mandato de indulgentijs, cum reuerentijs consuetis vadit ad pulpitum, & eo consenso quieter aliquantulum, dum se componat cum capite cooperto, & est cum mitra, si illa vtitur: incipit suam orationem, signo crucis tamen ante se premunit. Cum nominat Pontificem, aut in eius assistetia Cardinales, detegit caput, & se profundè inclinat versus Pontificem, ad Cardinales aliquantulum caput hinc inde flectit. Cum dicit Ave Maria, genuflexus orat: inter ordinum cum Pontificem appellat, caput detegit, alioquin semper est cooperatum. Finito sermone caput detegit, & expectat: Diaconus autem Euangeli ductus ante Pontificem, dicit altè Confiteor Deo, &c. & tunc Papa & omnes surgunt. Sed Papa etiam celebrans, finito Confiteor, cum mitra discedit: Diaconus, & qui orauit, stans adhuc in suggestu, pronunciat indulgentias à Pontifice cocessas, & statim descedit, & vadit in pace. Interim vero assidentes Papæ accedit ad eius pedes cū libro, & lumine, & Subdiaconus Apostolicus crucem Papalem ante eius faciem ponit. Et Pontifex sine mitra dicit, Precibus & meritis, &c. & dat benedictionem more solito, protonotario fimbrias anteriores eleuante.

SACRARVM CERIMONIARVM
SECTIO QVINTA.

DE QVIBVS DAM EXTRAOR
dinarijs,& regulis generalibus:& primo de
auditore & correctore.



Vditor contradictarū, & cor
rector literarum apostolica
rum sunt antiqui officiales
Romanæ curiæ: & vt legi in
constitutionibus dicti officij
contradicitarum per Eugenium quartū con
firmatis, sub Data Florētię, Anno incarnatio
nis Dominicę millesimo quadrageentesimo
trecētesimo quarto, sexto Idus Februarij, sui
Pontificatus anno 4. statuit Eugenius, auditio
rem prædictū in capella, & cōsistorio, & locis
omnibus, iuxta laudabile curiæ consuetudi
nem, primum locum inter omnes Archiepi
scopos, Episcopos, & inferiores oratoribus
principum, dominorum, seu communitatū,
exceptis in eundo, stando, & sedendo obti
nere: post quem statim sequi voluit corre
ctorem literarum Apostolicarum. Legimus
etiam in pluribus libris ceremoniarū, quod
in supplicationibus ibant immediate post P
tonotarios cum suis cappis laneis, post Pon
tificem, etiam si fuissent Archiepiscopi, aut
Episcopi: nam tunc alij prælati præcedunt
Papam

LIBER TERTIVS.

328

Papam cum paramentis, & mitris. Quod
si prælati alij non erant parati, sequebantur
Papam post protonotarios & auditorem,
atque correctorem: qui duo sedendo sem
per erant post protonotarios ante alios præ
latos. De protonotarijs scimus decretum
fuisse à Pio secundo in conuētu Mant. quod
deinceps nō præcederent Episcopos aut su
periores, et ita seruatur. De auditore et corre
ctore prædictis, meo tempore nunquā fuit
habita ratio in capella Papæ, neque præscri
ptus eis locus aliquis eundo, aut sedendo.
Hec omnia volui addere, vt nemo videatur
prætermisus. Quid deinceps seruandum sit,
maiores statuant.

DE INCE NS ATIO NE ALTA
ris, et aliorum ordinariè.

Ecundum consuetudinem Romanę Ec
clesiæ, in Vesperis semel tantum fit incen
satio, id est, ad Magnificat: & tunc incensat
Papa altare, incensatur ipse, & deinde alij o
mnes. In Missa post cōfessionē incensat alta
re celebrans, incensatur ipse, & Papa tantum
ad Euangeliū, Diaconus incensat librum
in principio: in fine Papa incensatur, & eo
absente celebrans tantum. Post offertoriū

Tt 3 cele

SACRARVM CERIMONIARVM
celebrans incensat oblata & altare, incensa.
tur ipse, deinde Papa, & demum omnes alij
ordines capellæ: ad elevationem Sacramen-
tum tantum incensatur. Incensatio autem
fit hoc ordine. Acoluthus siue ceremonia-
rius accipit thuribulum cum prunis ardenti-
bus ex loco conuenienti, & ponit cathenu-
larū annulos in manu sua sinistra, ita vt de-
pendeat thuribulum: nauiculam autem in-
censi portat dextra cum apertura nauicu-
la à parte exteriori, & factis in tempore
reuerentij altari & Papæ, annuit Cardinali
assisstanti: qui ex loco suo accedit ad dextrā
Papæ, & ceremoniarius post eum accedens,
vbi iterum genuflexit in plano ante Pontificem,
surgit, & nauiculam dat in manibus
Cardinalis assistentis: qui illam ambabus ma-
nibus tenens, vertit aperturam, vbi est co-
clear versus Pontificem, dicens: Benedic pa-
ter sancte. Ceremoniari⁹ autem interim cum
dextra manu aperiens late thuribulum, &
per catenulas inter summitatem, & infimam
partem illud retinens, partem inferiorem,
vbi sunt prunæ, supponit manibus Pontifi-
cis, ita vt ipsa pars inferior à quætur nauicu-
la in manu Cardinalis assistentis: & Pontifex
capiens cum coleari incensum, tertio po-
nit in thuribulo, interim dicens: Ab illo be-
nedicaris, &c. & in fine facit sup illud signū
cru-

erucis. Cardinalis assistens interea stat incli-
nato capite, & antequam Papa accipiat co-
clear, illud osculatur: & cum Papa illud ac-
cipit, & iterum dum reponit, osculatur eius
manum, & demum reddit nauiculam ceri-
moniario, qui vt venerat, reuertatur ad locū
suum, & similiter Cardinalis assistens. Ceri-
moniarius vadit ad altare, tradit thuribulum
adolens Diacono Euangelij: qui illud po-
nit ad manus celebrantis, annulos videlicet
catenularum in sinistra, & catenulas iuxta
summitatem thuribili in dextra. Cele-
brans sine mitra stans ante medium alta-
ris, primò inclinat caput versus altare,
illi reuerentiam faciens: tum si sint ibi ob-
lata, id est, calix & hostia, facit super ea ter si-
gnum crucis cum thuribulo, incipiens ab al-
tari, & ducens versus se, & deinde in trāsucr
sum. Tunç facit super eadē circulos duos cū
thuribulo à dextra in sinistram, & tertium è
contrario à sinistra in dextrā: deinde iterum
se inclinat cruci, & eleuat manibus tertio
thuribulum tractim ducens, illam reueren-
ter incensat, & rursus caput illi inclinat
tum incensat bis imaginem à dextra parte
crucis, & toties imaginem à sinistra. Proce-
dit deinde à sinistra, & tractim incensat
superiore partem altaris, siue sint ibi ima-
gines, siue picturæ, siue candelabra tantum.

Silverò sunt super altari imagines, intencensata cruce, quæ est in medio, procumbit ad sinistram partem crucis, ut diximus. Cum peruenit ad cornu altaris sinistrum, vbi dicitur Epistola, flectit manum, se inclinans aliquantulum dextrorsum, & incensat inferiorem partem ipsius cornu, bis ducens thuribulum: tum afflurgens vertens se incensat superiori rem partem altaris usque ad cruce, & iterum se inclinans incensat reliquā partem superiori rem usque ad cornu dextrum, vbi pariter se inclinans incensat, ut de sinistro diximus. Vertens se deinde incensat inferius anteriorem partem altaris à dextro in sinistrum cornu, & cum transit ante crucem, vertit se ad eam, & illi caput inclinat. Cum est in sinistro cornu firmans se tradit thuribulum Diacono, & accipit mitram, & à Diacono incensatur. Tum Diaconus tradit thuribulum Cardinali assistenti, qui surgens vadit ante gradus solij Pontificis, & genuflexus supra infimum gradum, incensat Pontificem sedentem cum mitra ter ducens thuribulum. Deinde redditio thuribulo Diacono, surgit, & vadit ad suum scabellum. Diaconus autem stans ante eum inclinat caput primò, deinde incensat, bis thuribulum ducens. Et nota quod hæc incensatio siue circa altare, siue circa Papam siue Cardinales,

dinales, sit tractum, modestè, quiete, & sine strepitu, ac sine operatione. Cardinales autem antequam accipiunt incensum, quisque semper inuitat alium subsequentem, caput versus illum inclinando. Cardinalis assistens inuitat Diaconum à dextris, & ille deinde suo tempore Diaconum à sinistris: qui nullum inuitat. Primus inter Episcopos Cardinales inuitat subsequentem, & sic usque in finem sedium Episcoporum, & presbyterorum. Quod si quis presbyterorum esset in sede Diaconorum, ultimus in prima sede inuitat primum alterius sedis presbyterum, qui sedere debet in fine scamni: & ultimus inter presbyteros inuitat primum Diaconum sedentem in capite illius scamni. Incensato igitur Cardinali assistente, Diaconus Euangelij transeundo genu flectit ante Pontificem. Et primò se inclinat, deinde bis incensat, & iterum se inclinat ante Diaconum Cardinalem à dextris: idem facit Cardinali Diacono à sinistris: deinde vadit ad primum Episcopum Cardinalem. Et quoties transit ante Papam, genu flectit, incensat pariformiter & i cliquos Cardinales, Episcopos primum, tum presbyteros, & de num Diaconos ijsdē ceremonijs. Nam singulis primò se inclinat, tum bis ducens thuribulum incensat, demum rursus se inclinat.

T t 5 Idem

Idem facit Regi inter Cardinales, vel principi, qui in eorum scamnis sedent. Imperatorem autem non Diaconus Euangelij, sed primus Episcopus non Cardinalis assistens Papæ, incensat stans, & bis thuribulum dicens, & immediate post Papam. Alios omnes incensat Diaconus Euangelij Pontifice non celebrante. Clericus ceremoniaru dicit Diaconum incensantem: quem, si non est assuetus officio, instruit, & genu flexiones, atque inclinationes omnes primò facit. Si vero expertus est, factis primò reuerentij retrahit se ad partem, & expectat eius progressum, aduertens tamen ne erret. Incensatis Cardinalibus, si quis magnus princeps est i supremo gradu sedis Pontificalis, ut puta aliquis dux ex minoribus, siue prefectus viris, siue capitaneus Ecclesiæ, aut frater, siue nepos Pontificis, quos Pontifex vult honoreare, incensantur ante assistentes. Sed neque sunt ante eum inclinationes, & semel tantum ducitur thuribulum. Post hos incensantur similiter assistentes Papæ, deinde Vicecamerarius, & oratores Cœsarisi, si sunt præsentes, tum Senatoriis, post eum oratores prælati, si inter eos sint aliqui regi: inde oratores regi, & principum non prælati. Quod si Vicecamerarius abest, incensantur Cœsarii oratores ante alios, ybicuq; sunt, inde

inde senator, tum oratores prælati, si sunt regi inter eos, si minus, incipitur à laicis: si sunt Regi, & ceteris paribus, à prælati semper præcipitar, neque refert an potentior sit rex vel princeps, laici quam prælati, dummodo eiusdem dignitatis sint. Et ab ea parte, qua incipitur præsentibus imperialibus, incensantur omnes oratores etiam minores. Et hoc etiā in Vicecamerarij præsencia obseruatur. Inde Archiepiscopi, Episcopi, protonotarij, Abbatibus, generales ordinū, & penitentiarij Papæ, qui oēs sedent in sedibus. Inde reuertitur ad folium Pontificis, & ibi incensat conferuatores verbis, barones, & alios nobiles ibi sedere solitos, tū Subdiaconū Apostolicū à dextris Papæ, & alios cappatos ab ea parte, dende Subdiaconū à sinistris, & post eum auditorem, qui seruit de mitra Sanctissimo Domino nostro. Deinde alios cappatos Subdiaconos, auditores, clericos cameræ, & acoluthos, tum cubicularios secretos & secretarium, si est cum eis: Inde capellanum assistente celebrantis, & Subdiaconū epistole. Inde cubicularios alios aduocatos, & secretarios mixtim, & demū procuratores ordinū. Si magister sacri holpitij adest, qui stare solet apud finem scamni presbyterorum Cardinalium, incensantur post nobiles sedentes circa pedes Papæ. Post Procuratores incensantur

tur capellani celebrantis, stantes in superpellicijs, & deinde scutiferi Papæ & alij nobiles, qui sunt cum eis: tum magister hostiarij, & seruientes armorum, qui sunt apud portam cancelli: reuersus demum ad credentiam, credentiarios & ceremoniarium: & ipse in fine à credentiario incensatur.

Et nota, quod omnes qui accipiunt incensum, debent stare, & non sedere, & esse capite detecto, ex ceptis Papa & celebrante, qui cum mitra accipiunt incensum. Papa in principio Missæ, & post offertorium sedens incensatur. Aduertat Diaconus, & non incenset qui non assurgunt. Quando Papa celebrat, acoluthus seruit de incenso, & Diaconus Cardinalis Euangelij incensat Papam, Cardinales, principes qui cum eis sedent, & Episcopos assistentes. Inde ipse incensatur ab uno ex Subdiaconis Apostolicis, notwithstanding ab eo, qui cantat epistolam, & ille incensat alios: in vespere solennibus papalibus cum paramentis idem Subdiaconus incensat. In Vesperis sine paramentis acoluthus seruit de thuribulo, & incensat omnes praeter Pontificem. Absente Pontifice capellanus assistens Cardinalis facientis officium, debet incensare, sine pluiali tamen: nam illo in Vesperis non vtitur, in cuius locum si noti est apertus, substi-
tuitur

tuitur Diaconus Papæ, cum superpellicio tamen.

DE ORDINE DANDI PACEM inter Missarum solennia.

Quando Papa celebrat osculato altari dat primò pacem Cardinali Episcopo ahsistenti, qui ab eius dextra genu flexus, primò osculatur altare, & deinde accipit osculum à Pontifice, eiique dicenti Pax tecum, respondetur, Et cù spiritu tuo. Deinde Pontifex vertit faciem ad cornu epistolæ, & recipit ad osculum pacis duos Diaconos ahsistentes, sicut receperat Episcopum Cardinalem. Si autem Imperator sit præsens, primò illum recipit ad osculum pacis, deinde Cardinalem Episcopum, & duos Diaconos ahsistentes. Episcopus Cardinalis deinde dat pacem primò Episcopo Cardinali existenti cum alijs Cardinalibus, primo presbytero, & primum Diacono existenti apud scaenam: Item principi laico, qui sedet in scanno Cardinalium, & demum primo Episcopo Cardinali ahsistenti Papæ, & in fine Subdiacono Apostolico, qui alijs pacem distribuit: & ipse Episcopus Cardinalis reuertitur ad summum Pontificem. Quando autem aliquis Cardinalis siue prælatus celebrat Pontifice præsente, Cardinalis ahsistens dicit Agnus Dei, recedit de circulo, & factis reuereré.

reuerentijſ ascendit ad altare, & genuflexus illud osculatur primum. Tunc surgens capit pacem à celebrante, & deinde ascendit ad Papam, cui dat osculum pacis, vt suprà: deinde reuertitur ad locum suum cum alijs Cardinalibus, & alij Diaconi aſſtentes, descendantes à latere Pontificis, factis reuerentijſ ſimiliter ascendunt ad Papam, & capiunt ab eo osculum pacis. Et h̄ ad eft Imperator, accipit pacem à Pontifice ante diaconos aſſiſtētes, faciens reuerentias, Cardinales genuflexendo tamen non inclinando ſolūm. Interim vero capellanus aſſtens celebrantis, cum pluuiali duc̄tus à ceremonario, relinquens librum Missale ad manus Diaconi Euangeliſ cum reuerentijſ ſolitis accedit ad Cardinalem aſſtentem, & ab eo accipit osculum pacis, & ſe ei inclinat antequam capeat: & poſtquam acceperit pacem, dat pacem priori Epifcoporum Cardinalium, tum ſubpriori epifcoporum, inde primo ex diaconis in ſede, demum principi laico, ſi quis ad eft in ordine Cardinalium: & his omnibus inclinat ſe primo, & poſtea deinde dat pacem prefecto, ſive magno principi qui ſedet ad Papæ pedes inde primo Epifco aſſiſtent, tum Vicecamerario, qui eam dat Praelato, iuxta eum ſtant: & ille alteri, & ſic cæte-

cæteri: deinde oratori Cæſaris laico vel prelato, & ille alteri oratori iuxta eum ſtant, etiam ſi alter non fit imperialis vel regalis orator, & ſic de alijs. Tū ſenatori, inde i.e. epifcopo in 2. ordine, & r.in.3. & ſic de alijs, ſi ſunt plures ordines Epifcoporū: deinde primo, ptonotario in illorū ordine, qui ſunt in eisdē locis ſive Abbates, ſive generales, aut penitentiarij, accipiunt pacem à ſuperioribus. Interea ſi celebrās iā perfecit communionē ſuam, reuertitur aſſtens capellanus ad altare, & ceremonarius accipit ab eo pacem, & diſtribuit reliquis, quibus ille non dederat. Poſt nominatos primo dat pacem nobilibus, & baronib. qui ſunt ad pedes Papæ, deinde magistro ſacri hospitiij ſi ad eft, tū Subdiacono à dextris, & ille reliquis cappatis ab eo latere: inde Subdiacono à ſinistris, & ille ſimiliter ſuis cappatis, deinde auditori feruenti de mitra, & ille ſecretis cubicularijs, tū alteri ceremoniarum clerico, deinde Diacono Euangeliſ, & ille Subdiacono, inde primo ex cubicularijs, primo ex aduocatiſ ſive ſecretarijs, deinde primo ex procuratorib, tū primo ex capellanis celebrantis, poſtea antiquiori ex ſcutiferis Papæ primo ex hostiarijs, & primo ex ſeruiētib. armorū, & ſic eft finis. Absente vero Vicecamerario, dat i.oratori Cæſaris, & ille alteri, vt ſiu-

vt suprà dictum est: tum senatori, deinde primo oratori prælato, si Cæsar is orator est laicus, vel non prælatus: sin autem dat primo oratori laico, seu non prælato, & alijs, vt supra diximus. Quod si etiam oratores Cæsar is non intersint, dat senatori, tum oratori bus prælati, si inter eos sint Regij, sin minus, incipitur à laicis: si ibi sunt Regij, & cæteris paribus, & prælati.

QVANDO PAPA LAVAT MANNUS ante Missarum solennia, & adib[us] publicis.

PRINCEPS, nobilis, siue orator, qui aquâ ferre debet ad lauandum manus Pontificis, in tempore vocatur à ceremoniario, & à duobus seruientibus armorum conducti-
tur ad credentiam Papæ, & cum eo duo au-
ditores rotæ hinc apud credentiam imponi-
tur circa collum mappula sericea lôga, quæ
vtrinque ante pectus ei dependet, manu ex-
tra capit inferiorem peluim, in quo creden-
tiarius aquam imponit, & nobilis aliquantu-
lum aquæ ex pelui imponit in vasculum,
quam credentiarius pregustando bibt: tum
sinistra manu capit superiorem peluim, & à
magistro hospitij, vel scalco Papæ, cooperi-
untur pelues mappula à dextra parte pen-
dente.

dente. Tum eleuatis manibus cum peluibus vsque ad oculos, adiuuantibus hinc inde ma-
gistro hospitij, & scalco Papæ, vel saltem al-
tero, si alter abest, ad Pontificem profici-
tur hoc ordine. Primò præcedunt duo serui
entes armorum, hos sequuntur ceremonia-
rij, qui genuflexiones, & gestus ostendunt,
tum duo auditores, quorum senior portat
duabus manibus mantile, quod à credentia-
rio acceperat, illo prius ab eo osculato: de-
mum nobilis cum peluibus aquæ, medius, vt
diximus, inter magistrum hospitij, & scalcu.
Cum transeunt ante altare, omnes genufle-
ctunt, & ante quam ad Pontificem perueniant,
tertiò genu terram tangunt. Cum peruen-
rint ad eius pedes, auditor mantile deoscu-
latum deponit super genua Pôtificis, et Dia-
coni assistentes illud explicant, & ipsi audito-
res genuflexi hinc inde, extremitates mantilis
retinent. Cardinalis assistens interea, siue
Episcopus, siue presbyter, accedit ad Pontifi-
cem, & ponit manus ad pelues: nobilis aquâ
portans eleuata superiore pelui, positaque
in loco inferiori, super eius labium imponit
pauxillum aquæ, quam prægustado sorbet:
& deinde adiuuante assistente Cardinali, in-
fundit aquam super manus Pôtificis in sub-
iectam peluim, dextra superiore cum aqua
inferiorē sinistra, vbi aqua recipitur, retinê.
VV Interim

SACRARVM CERIMONIARVM

Interim laici omnes circumstantes genuflectunt, Cardinales surgunt sine mitris, prælati surgunt detecto capite, lotis manibus Diaconi assistentes replicant mantile super manus Papæ. Nobilis ijsdem reuerentijs, & ordine reuertitur ad credentiam Papæ. Auditor reassumpto mantili cum socio sequitur nobilem, & id reddit credentiario, & reuertitur ad locum suum. Hic ordo seruatur quotiens Papa publice lauat manus, & quādō celebrat: quia quater sunt lauandæ manus. Incipitur à minus digna, ita vt dignior, etiam si esset Rex, aut Imperator, vltimo ferat aquam ad manus Pötificis.

DE LVMINARIBVS IN CAPPELLA PAPA, & SACRIS IMAGINIBVS SUPER ALTARE.

Super altare, cum diuina peraguntur, siue Cardinalis, siue alius prælatus celebret, candelabra sex super altare, super credentia verò duo cum luminaribus semper habentur: ad Euangelium luminaria duo, ad eleuationem Sacramenti funalia quatuor, super cancellos capellæ, si Cardinalis celebrat, sex, si alius prælatus, quatuor funalia ardent. Si Papa celebrat, super altare candelabra septem ardent, super credentia duo, ad Euangelium Latinum septem, ad

Euan-

LIBER TERTIVS.

333

Euangelium Græcum duo, ad eleuationem Sacramenti funalia octo, super cancellos octo, ad supplicationes Papales semper candelabra septem. Quando Papa non est presentis, duo candelabra ardent. Si Papa celebrat in aliqua Ecclesia, vbi fides eminens multum distet ab altari, vt in Ecclesia I.ateranensi, vel in Ecclesia sancti Pauli de urbe, tunc cum corpus, & sanguis ex altari defertur ad Papam, octo funalia, quæ ibi permanent accensa vsque post communionē, feruntur ante Sacramentum, primò ante corpus deinde ante sanguinem: neque extinguuntur antequām sit completa communio. Imagines, & Reliquiæ, ponuntur super altare, quando vtuntur mitra auriphrygiata, & non aliter.

DE MINISTRJS CELEBRANTIBVS.

Cardinali diuina celebranti adesse debent Diaconus & Subdiaconus cum suis paramentis opportunis, capellanus assilens cum superpellicio & pluiali, seruicens de mitra cū superpellicio, & mappula lōga ad collum, & septem alij capellani cū superpellicijs, qui seruire debent, unus in sustinendo librū supra caput, unus in ampullis, aliis in tenedo thuribulo, & quatuor in tenendis

V u z can dela-

candelabris in Euangelio, & funalibus in e-
leuatione, & iuniores debent seruire in istis
vltimis: totidem aderunt celebranti Vespe-
ras. Prælato autem non Cardinali, ultra Dia-
conum, Subdiaconum, & assistenter cum
pluuiiali, aderunt quatuor alij tantum mini-
stri cum superpellicijs: in credentia pro Car-
dinali erunt tres scutiferi, pro prælato duo
tantum.

*DE EVANGELIO, ET EPIS.
tolagracè legendis.*

Evangelium, & Epistola græcè leguntur
quotienscunque Pôtifex Romanus pu-
blicè, & solenniter celebrat, si illi placuerit;
& in hoc non est aliqua festivitas magis pri-
uilegiata quam alia. In coronatione ponti-
ficii legi obseruatum esse, vocari ad hoc mo-
nachos ex monasterio cryptæ Ferrata, si
Romæ fiat, qui sunt fere in suburbjis, & lin-
guam ac ritum Græcanicæ Ecclesie serua-
re consueuerunt: ego tamen nunquam vidi
illos in tali exercitio. Habeantur igitur duo,
qui docti sint, & linguam græcam bene no-
uerint: nçque adhibeantur qui sint inexper-
ti, & non intelligunt: quia raro est quod non
sit aliquis doctus in illa lingua, qui cum au-
diunt barbarizantes, siue solecizantes, irri-
dent

dent solennia nostra: melius est à tali actu
desistere, quam ponere non idoneos: oportet
tamen, vt hi in Diaconali & Subdiaconali
ad minus ordine sint constituti. Vidi tamē
sæpius obseruari, quod Episcopus quispiam
Euangelium Græcè dixerit, Epistolam verò
alius vir non indoctus, neque vilis. Hanc au-
tem consuetudinem Græce legendi, hinc
ortam puto, vt appareat Romanam Ecclesi-
am in se continere utramque gentem, Græ-
cam scilicet, & Latinam, ex quibus Ecclesia
Dei fere tota cōsistit: in qua quidem prima-
tum obtinet, quod Græci diu recusarunt,
Apostolica fides. Ego reperi in antiquissimis
codicibus, non modò Euangelium & Epi-
stolam, sed & Prophetias, & Passionem Chri-
sti in sacra hebdomada, & alia huiusmodi,
Græcè legi consuetum fuisse. Hi Diaconus,
& Subdiaconus debent accipere paramen-
ta, quando alij, & sedere, vt in Missa Papali
diximus.

*DE GENFLEXIONIBVS IN
capella.*

In diebus solennibus cum Papa venit ad
Missam, dum facit cum celebrante con-
fessionem, Pontifex, celebrans, Cardinales,
& prælati omnes stantes faciunt confessio-

nem præter assistentes, qui post Papam genuflectunt, reliqui omnes genuflectut: dein de cum Pontifex ante eleuationē Sacramenti venerit ad faldistorium, oēs genu flectunt, & cùm sanctitas sua eleuato Sacramēto surexit, oēs surgunt. Cùm Papa dat benedictio nem post sermonem, vel in fine Missæ, cū incipit Precibus & meritis, vel, Sit nomen, omnes genuflectunt præter Cardinales & prelatos: prælati tamen cum incipiunt, & bencdictio Dei Patris, siue, Benedicat vos omnipotens Deus, genuflectunt, Cardinales stantes se inclinant. In diebus ferialibus, & Missis defunctorum genuflectut omnes ad primas orationes ante Epistolam, & ad ultimas post cōmunionē: & cum dixerit Sanctus, genuflectut, & ita permanent usque ad Per omnia secula, ante Agnus Dei: item ad Versum, adiuua nos Deus salutaris noster: in quadragesima omnes genuflectunt ad Versum Credo in, &, Incarnatus, &c. omnes genuflectunt semper in Euāngelio. In principio erat Verbum cum dicitur, &, Verbum caro factum est, in Euāngelio Epiphaniæ, cum dicitur, Et procedentes adorauerunt eum, in paſione Domini nostri cū dicitur, Et inclinato capite emisit spiritum: item cum in Missa sancti spiritus dicitur vers. Veni sancte spiritus, &c. omnes genuflectunt.

In

In Vesperis cum dicitur Versus, Veni creator spiritus, & similiter, Ave maris stella, omnes genuflectunt, & permanent usque ad finem Versus. Inter Pascha & Pentecosten non fiunt genuflexiones, etiam in ferialibus, nisi ad eleuationem Sacramenti, & ad Incarnationem est, & Veni Sancti spiritus, & ad hymnos Veni creator, & Ave maris stella, si pro tempore dicendi erunt. Et generaliter quotiescunque ille qui facit sermonem, dicit Ave Maria, omnes genuflectunt.

*DE MITRIS ET TIARA CVM
triplici corona, quibus Papa utitur.*

Romani Pontifices tribus mitris pro temporis exigentia secundū antiquas ceremonias vtebantur. Prima & preciosior, erat cum vnonibus & gemmis, & habebat auriphrygium in circulo & titulo, id est, per medium à circulo ad summitem: & hac vtebantur in solennitatibus. Per circulum designant, vt aiunt, coronam potestatis: per auriphrygium quod ad summum ascendit, contemplatiæ vitæ decursum. Secunda etiam erat cum vnonibus, auriphrygiumque tantummodo habebat in circulo: & hac vtebatur in consistorijs, tam publicis quam

Vv 4

priua-

priuatis, per quam significabatur regia potestas. Tertia erat alba ex damasceno fericeo, siue vniōnib. siue aureo, aut aliquo ornamento: & hac vtebantur in Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ diebus ferialibus, & in officijs defunctorum. Hodie quatuor mitras habemus, preciosiori vtitur Papa in maioribus solennitatibus, secunda etiā quæ preciōsa est: & ambæ habent auriphrygiū in circulo, & in titulo vtitur in diebus minus solēnibus, & in consistorijs. Tertia mitra nihil habet auri, sed vniobus ornata, & habet circulum & titulum ex vniōnibus: & ista vtitur Papa Dominicis Aduētus, & Quadragesimæ, præterquam in Dominica Gaudete, & Dominica Lætare: in quibus vtitur secunda mitra. Quarta est ex serico damasco, multo auro contexta: sed non habet vniōnes, aut gemmas: & hac vtitur in ferialibus, diebus, & aliquando in diebus solennibus post principiū, vt minus grauetur, & maxime dum fit sermo. Habet etiam aliam magis simplicem ex damasceno cum paruo auro, qua vtitur in officijs defunctorū, & diebus ferialibus maioris hebdomadæ. Est p̄tērea tiara triplici corona ornata, quod regū appellatur: per quam significatur sacerdotalis, & Imperialis summa dignitas atque potestas. Hac tiara vtitur Pōtifex in maximis solen-

solennitatibus eundo ad Ecclesiam, & redeundo: sed nunquam illa vtitur in diuinis. Cū peruenit ante altare, deponit tiaram, orat, & assumpta mitra vadit ad sedem, & cum ista persequitur diuinum officium, siue in vesperis, siue in Missa: tiara autem interim reponitur super altare. Finito officio cūm Papa reuertitur ad palatium, rursus ei imponitur tiara, cum hac coronatur in die suæ benedictio-
nis & coronationis. Antiquitus quando Rom. Pontifex diebus solēnibus tiaram hāc ferebat, fiebant ei laudes à Diaconis & offi-
cialibus, vt in coronatione, Exaudi Christe,
&c. & Pontifex dabat presbyterium. Ho-
diē vtrunque abolitum est. Dies autem qui-
bus Papa coronabatur, erāt infrā scripti, vi-
delicet in festo sanctorum quatuor corona-
torum, Sancti Martini, Sancti Clementis, in
Dominica gaudete, in Dominica Lætare, in
natiuitate Domini, in Sancti Stephani, in Epi-
phania, in Resurrectione, & secunda Feria,
in Dominica, Ego sum pastor bonus, in As-
censione, in Pentecoste, in sancti Petri, in
sancti Siluestri, & in anniversario suæ coro-
nationis.

*D E P R O C E S S I B V S G E-
neralibus.*

Processus legi consueuerunt, & excom-
municationes fulminari ter in anno, in

quinta Feria cœnæ Domini, in die Ascensionis, & in dedicatione Basilicæ Apostolorum Petri, & Pauli, eodem ordine, & modo. Nunc id sit tantum in cœna Domini. Causas, cur in istis diebus potissimum fiant, istas dicunt. In cœna Domini habuit principium Christi Sacramentum, cognitum ut in illa die excludantur ab Ecclesia, qui eo Sacramento indignos se reddiderunt. In Ascensione Christus rogavit pro fidelibus suis, dicit: Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, declaratur quod non orauit pro ipsis. In dedicatione declaratur quod excluduntur à loco congregationis, & orationis fidelium. Candela accensa projiciuntur, & extinguuntur: quia sicut candela accensa proiecta extinguitur, ita illi sic ciecti ab Ecclesia, & lumine, gratia spiritus Sancti priuantur. Campanæ tumultuose pulsantur, quia sicut illarum ordinata pulsatione fideliis populus congregatur: ita confusa & tumultuaria infideles dissipantur. Cum fiunt alijs temporibus processus contra certas, & nominatas personas, omnes sunt parati, & fit iisdem ceremonijs: cum autem fiunt contra incertos, solus Papa est paratus, alij sunt in suis cappis laneis. Et ita seruatum legitur à Clemente Papae-

xto,

xto, anno quarto, die prima Februarij, cum fecit processus contra interfectores Andreæ Regis Siciliæ illustris incertos, & non nominatos.

QVIBVS DIEBVS VOCAN-
sur Cardinales ad capellam Papa, & qui-
bis fit sermo, vel non fit. Et quando
fiunt Vespere, aut supplicatio.

Papa celebrante ordinariè nunquam fit sermo, nisi ipsemet velit orare, aucta liquis Cardinalis id faciat.

In diebus quando fit solennis supplicatio, non fit sermo. Fit autem in diebus infra scriptis. Et primò Cardinales vocantur ad capellam in diebus sequentibus.

In prima, secunda, & quarta Dominica aduentus Domini, fit sermo.

In Nativitate Domini nostri Iesu Christi, & non fit sermo. Et ante fiút Vesperæ papa les, & in nocte matutini, & i. ac secunda Missa maiori, Diaconi Cardinales, & alij officiales capelle comunicantur à Papa.

In Sancto Stephano, & fit sermo.

In Sancto Ioanne Euagelistæ, & fit sermo.

In circuncisione, & fit sermo, ac fiút Vespere.

In die Epiphaniæ, & fit sermo, & Vesperæ.

In die

SACRARVM CERIMONIARVM

In die Purificationis, & non fit sermo, & fit supplicatio cum paramentis violaceis, & candelarum distributio.
In die cinerum, & fit sermo, & dantur cineres cum paramentis violaceis.
Prima, Secunda, Tertia, Quarta, & Quinta Dominica in Quadragefima. Et fit sermo.
Dominica in Palmis, & non fit sermo: & fit distributio palmarum, & supplicatio cum violaceis paramentis, & palmis.
Quarta feria maioris hebdomadæ fiunt matutinæ tenebroſæ in sero.
Quinta feria in cœna Domini, & non fit sermo. Et fit supplicatio ad processus in albis, & fit mandatum. In sero Matutinæ tenebroſæ.
Sexta feria in Parasceue, & fit sermo. In sero fiunt Matutinæ tenebroſæ.
Sabbato sancto, & non fit sermo.
In die Resurrectionis, & non fit sermo. Diaconi Cardinales, & alij officiales capella communicant à Pontifice.
In secunda, & tertia feria, & non fit sermo.
In sabbato in albis non fit sermo. Dantur Agnus Dei, portantur paramenta.
In annunciationis Beatæ Virginis fit sermo, fiunt Vesperæ, si non venit in Quadragesima.

In Ascen-

LIBER TERTIVS.

340

In Ascensione Domini fit sermo, fiunt Vespere.
In Pentecoste fit sermo, fiunt Vesperæ.
In secunda, & tertia feria non fit sermo.
In Dominica sanctæ Trinitatis fit sermo, fiunt Vesperæ.
In solennitate corporis Christi non fit sermo: fit supplicatio in Albis, fiunt Vesperæ.
In Nativitate sancti Ioannis Baptistæ fit sermo, & fiunt Vesperæ.
In festo Apostolorum Petri, & Pauli, non fit sermo fiunt Vesperæ.
In festo Visitacionis Beatæ Mariæ non fit sermo, neque Vesperæ.
In festo Assumptionis Beatæ Mariæ fit sermo, & fiunt Vesperæ.
In festo Nativitatis Beatæ Mariæ fit sermo, & fiunt Vesperæ.
In festo omnium Sanctorum fit sermo, & fiunt Vesperæ, & in sero Vesperæ, & Matutinæ pro mortuis.
In commemoratione defunctorum non fit sermo.
In dedicatione Basilicæ Saluatoris non fit sermo, fiunt Vesperæ,
In dedicatione Basilicæ Apostolorum Petri, & Pauli non fit sermo, & fiunt Vesperæ.

In festo

SACRARVM CERIMONIARVM

- In festo Sancti Andreæ, non fit sermo, & nō sunt Vesperæ.
In cōmemoratione omniū Pōtificū, & Cardinalium defunctorum nō fit sermo.
In Anniuersario obitus p̄decessoris nō fit sermo,
In Anniuersario Assumptiōis Pōtificis nō fit sermo.
In Anniuersario coronationis Pontificis nō fit sermo.

DIES IN QVIBVS NOSTRō tempore Papa aut Cardinales celebrant

- D**ominica tertia Aduētus Domini, quę dicitur Gaudete.
In nocte nativitatis Domini, & in Missa maiori.
In die Sancti Stephani, & in die Sancti Ioannis Euangelistæ.
In Circuncisione, Epiphania, Purificatione beatæ Mariæ Virginis.
In quarta feria cinerum, in quarta Dominica quadragesimæ, quę dicitur Lætare, vel de rosa.
In Dominica Palmarum.
In quinta, & sexta feria, & sabbato maioris hebdomadæ.
In die Resurrectione, & duobus diebus sequentibus.

In fab-

LIBER TERTIVS.

341

- In sabbato in albis, si dantur Agnus Dei: alioquin celebrat aliis prælatus.
In annunciatione Beatæ Mariæ Virginis.
In Ascensione Domini nostri.
In Pentecoste, & duobus diebus sequentibus.
In Dominica sanctæ Trinitatis.
In solennitate corporis Christi.
In Natuitate beati Ioannis Baptista.
In Natalitijs Apostolorum Petri, & Pauli.
In Visitacione, Assumptione, & Natuitate Beatae Mariæ Virginis.
In festo omnium Sanctorum, & commemoratione omnium fidelium defunctorum.
In dedicatione Basilicæ Saluatoris, & in dedicatione Basilicarum Petri & Pauli.
In anniuersario Assumptionis, et coronationis præsentis Pontificis.
In omnibus supradictis diebus consueuerunt Romani Pontifices antiquis temporibus per semetipſos celebrare: sed nostris diebus ad quatuor vel quinque, aut plures solenitates reseruātur, in natuitate Dñi, in resurrectione, in Pentecoste, in natalitijs Apostolorū Petri, & Pauli, & in festo omniū sanctorū: in his ordinariè, qñ nō sunt impediti, celebrat, & extraordinarie in canonizationib. sanctorū, in ordinationib. sive cōsecrationibus, si quan-

SACRARVM CERIMONIARVM

si quando eas facerent, & in coronatione Imperatoris, siue Regis alicuius. In alijs autem diebus capellæ, celebrant alij prælati.

Et nota, quod quando Papa per se celebrauit, omnes Cardinales, & prælati portant paramenta sibi conuenientia, coloris temporis congruentis, tam in Vespere quam Missa; sed non semper descendunt ad Ecclesiam cum paramentis, sed tantum in diebus supplicatorijs in Missa.

Secundum antiquas obseruationes, erat alijs dies in quibus fiebat capella: nostris temporibus ab Eugenio quarto, & citra supra scripta fuerunt obseruata, quamvis à tempore Sixti usque ad hunc diem aliqua fuerint prætermissa & immutata. Solemnitas Vesperarum fit semper ordinarie in primis Vespere: in secundis nunquam fit ordinarie nostro tempore. Quando Papa in crastinum celebraturus, fiunt Vesperæ solennes, & capiunt paramenta à Cardinalibus post factam reuerentiam, & incipiuntur Antiphonæ per Cardinales & Papam, in alijs non capiuntur paramenta. Et Papa incipit Deus in adiutorium &c. Incensat ad Magnificat, & dicit orationem, & dat benedictionem, & nihil aliud in eis agit.

Sermones committuntur, & reuidentur per magistrum sacri Palati, ut prædictimus.

Et

LIBER TERTIVS. 341

Et in quatuor, primis Dominicis aduentus, & quadragesimæ, fratres quartor ordinum mendicantium orant. In prima ordinis Prædicatorum, In secunda ordinis Minorum, In tertia ordinis Eremitarum Sancti Augustini, In quarta ordinis Carmelitarum. In alijs autem diebus Pontifex, si placet: & ordinarie magister sacri palati committit sermones ad beneplacitum.

QVIBVS DIEBVS PONTIFI
ces Romani consueverunt à confistorio
secreto cessare.

Die Domini, tertia, quinta feria, & Sabbato per totum annum ordinariè non fit confistorium.

Non fit confistorium in diebus infra scriptis. In Vigilia, & in die circuncisionis Domini usque post diem Epiphanie.

In festo Sancti Antonij.

In festo sanctorum Fabiani & Sebastiani.

In festo sanctæ Agnetis.

In festo sanctorum Vincetij, & Anastasij.

In conuersione sancti Pauli.

In Vigilia, & festo purificationis.

In festo sancti Blasii.

In festo sanctæ Agathæ.

X x

In

SACRA RVM CERIMONIARVM

In cathedra sancti Petri.
In festo sancti Mathiae.
In festo sancti Gregorij.
In festo sancti Benedicti.
In Vigilia & festo annunciationis Beatae
Mariæ Virginis.
In Vigilia & festo Ascensionis Domini.
In Vigilia & festo Pentecostes, & duobus
diebus sequentibus.
In Vigilia & festo corporis Domini.
In festo sancti Marci Euangelistæ.
In festo Apostolorum Philippi & Iacobi.
In festo Inventionis sanctæ Crucis.
In festo sancti Ioannis ante portam lati-
nam.
In festo apparitionis sancti Michaelis.
In festo sancti Barnabæ Apostoli.
In festo & Vigilia nativitatis sancti Ioannis
Baptistæ.
In Vigilia & festo Apostolorū Pet. & Pauli.
Et in commemoratione sancti Pauli.
In festo sanctorum Ioannis & Pauli.
In octaua sancti Ioannis Baptistæ.
In octaua Apostolorum Petri & Pauli.
In festo sanctæ Mariæ Magdalena.
In festo sancti Iacobi Apostoli.
In festo sancti Petri ad vincula.
In festo sancti Laurentij.

In

LIBER TERTIVS. 342

In Vigilia & festo assumptionis Beatae Ma-
riæ Virginis, & in octaua.
In festo sancti Bartholomei.
In festo sancti Augustini.
In festo decollationis Beati Ioānis Baptistæ.
In Vigilia & festo nativitatis Beatae Mariæ, &
in octaua eius.
In festo exaltationis sanctæ Crucis.
In festo sancti Matthei Apostoli.
In festo dedicationis Beati Michaelis.
In festo sancti Hieronymi.
In festo sancti Francisci.
In festo sancti Lucæ Euangelistæ.
In festo Apostolorū Simonis & Iudæ,
In Vigilia & festo omnium sanctorum.
In commemoratione defunctorum.
In dedicatione Basilicæ Saluatoris.
In dedicatiōe Basilicæ Apostol. Pet. et Pau.
In festo sancti Martini.
In festo sanctæ Ceciliae.
In festo sancti Clementis.
In festo sanctæ Catharinæ.
In festo sancti Andreæ Apostoli.
In festo sancti Nicolai.
In festo sancti Ambrosij.
In festo sanctæ Luciae.
In festo sancti Thomæ Apostoli.
In Vigilia Nativitatis Domini usq; ad diem

X x 2 post

SACRARVM CERIMONIARVM
post Epiphaniam non fit consistorium.
Sed aliquando conueniunt Domini Car-
dinales cum Papa ad tractandum, & con-
sultandum, si est opus.

Item à quinta feria ante Quinquagesimam,
vsque ad quartam feriam cinerum inclu-
sive.

Item à Dominica in palmis vsque ad Domi-
nicam in albis inclusive.

Item quando fiunt vocaciones curiæ in æsta-
te, statuuntur aliqui dies in quibus tatum
fit consistorium, & tempus vacantia. Et
quando audiëtia resumetur, debet intimari
curialibus, vt quis possit procurare fa-
cta iua.

In anniversarijs Pontificum, Cardinalium,
sive regum, quando pro eis fit capella.

In die anniversario, & coronatione Ro-
manii Pontificis pro tempore existentis.

Item quotiescumque fit publicum consi-
storium, vel capella.

Item quando Imperator, Rex, Cardinalis,
legatus ad curiam venit, aut recedit à cu-
riæ. Et similiter quando nouus Cardi-
nal is, aut aliquis magnus princeps venit.
Et quando ordinaria consistoria sunt in-
terrupta; Cardinales non vadunt ad con-
sistorium nisi vocentur à Papa. Quando
autem non sunt interrupta, vadunt sem-
per sta-

per statutis diebus, etiam non vocati.
nisi prohibeantur. Dies vero consistoria-
les sunt, Secunda, Quarta, & Sexta Fe-
ria, per totum annum diebus
suprà nominatis ex-
ceptis.

*Sacrarum Ceremoniarum Romane
Ecclesie Libri Tertiij*

F I N I S.

